Matrimonialis cã fauorabilis eſt & ſemper in dubio pro matrimonio iudicatur.

8 *Cõpelli an & qñ debeat ſponſus & ſponſa ad contrahendum?*

9 *Iudex eccleſiaſticus eſt iudex competens inter laicos in cauſa peccati nedum poſt peccatum ſed ẽt ante vt peccatum euitetur.*

¶ CAP. X.

X literis.

Qui iurauit cum aliqua contrahere ſi non ſubeſt impedimentũ per cenſuram eccleſiaſticam contrahere compelli tur. Primò ponit caſum narratũ. Secũdò cõmittit ipſi⁹ diffinitionẽ ibi: *quid igitur.* ¶ Caſus lr̃alis. Duo nobiles viri ſaluan. epatus. g. ſ. & b. filios & filias impuberes habebãt: cõuenerũt ĩter ſe ꝙ eos adinuicẽ copularẽt: & hoc tã parẽtes q̃ filij iurauerũt ſe facturos. vnus illorũ. ſ. G. filiã alteri⁹ conſentiente patre iurauerat ducere in vxorem: poſtmodũ volebat aliam ducere ĩ vxorem. eps cõpellebat ipſum illã accipere quã iurauit accipere. q̃ſiuit eps à papa quid iuris eſſet. Reſpondet Papa periculoſum eſſe dicto. G. cõtra iuramẽtũ ſuũ veni re: mandat pictauien. epo vt ſi de hoc conſtiterit ei: moneat illũ & compellat ꝙ recipiat quã iurauit & eã maritali affectu pertractet,

1 niſi rõnalis cã ipediat. Ber. ¶ † No. j. ꝙ licitè poteſt promittere pater cũ iuramẽto ſe datu rũ alicui filiam in vxorem: licet ergo pater nõ poſsit obligare filiã ad cõtractum matrimonij ea renitente: vt in. c. vnico de deſpõ. ĩpu. li. vj. xxx. q. ij. c. vbi. tñ licitè promittit & iurat: qa vr̃ ꝓmittere ſe curaturũ q̃tũ ĩ eo erit. &c.

2 de quo cũ gl. j. ¶ † No. ibi. *conſentiente patre.* ꝙ filia nõ cõtrahit ẽt ſpõſalia niſi patre cõſentiẽte. quod intellige de honeſtate. xxxij. q. ij. c honorant. ſed ad ſubſtantiã matrimonij ſeu

d ſpõſaliorũ nõ requiritur parentũ conſenſus d vt. c. ſufficiat. xxvij. qõ. ij. & in. d. c. vbi. p̃alleg.

3 facit. c. ſi annum. de iud. li. vj. ¶ † Not. iij. ibi. *ſuum iuramentum.* ꝙ vbi ſpõſalia non ſunt iurata e eccleſia nõ cõpellit alterũ p̃ciſè ad cõtrahẽdũ. nã hoc. c. & c. requiſiuit. j. e. & c. p̃terea. ſ. eo. cũ multis ſimilibus: ſemp ĩ cõpulſiõe põderãt iuramentũ ſeu fidei interpoſitionẽ. ſed ego contrarium arbitror, quia cùm hæc compulſio fiat ratione peccati eccleſia compellit non ſolùm iurantem ſed pactum nudum facientem: vt in. c. j. ij. & iij. ſ. de pact. & in. c. iuraméti. xxij. q. v. vbi dicit ꝙ deus nõ facit differentiam inter iuramentũ & ſimplicẽ ꝓmiſſionem. nam vtroq; caſu tranſgrediens peccat mortaliter licet magis peccet veniens cõtra iuramentum. vt not. in. c. pen. de iureiu. & ad hęc iura reſpondeo ꝙ narrãt facti cõtingẽtiã: tamen ſatis põt dici ꝙ non ita ſtudioſè eccleſia cõpellit alterũ vbi nõ interuenerit iura

ANTO. FRAN.

¶ Credo iſtã opinionẽ eſſe verã ꝙ non poſsit reſilire ſimiliter etiã ĩ contractibus innominatis quãdo eſt interpoſitum iuramentum: qa tunc debebit agi ad implementa: vel debebit impleri pro parte etiam implẽtis ꝓpter illud iuramentũ præſtitũ quia illud eſt ſemper ſeruandũ ſi ꝑt ſeruari ſine pericu lo aĩę & diſpẽdio ſalutis ętęrnæ etiã ſi ſit præſtitũ contra diſpoſitionem legalẽ, imò etiã canonicã non refiſtẽ tẽ obligationi q̃ ꝓ iuramentum indu cit. vt in. c. debito res. & ĩ. c. cũ cõtin gat. de iureiur. & in authẽ. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſus vẽ. & plenè tra ditur in regu. non eſt obligatoriũ. de reg. iur. & ibi plenè per Io. an. ĩ mer curiali.

SEBA. SAPI.

e ¶ Iurata. vide Ab. in. c. requiſiuit. & in. c. ſicut. & in. c. pręterea. j. eo. & in c. de illis. primo. j. de deſpon. impu.

mẽtum & facit ad materiã.c.requisiuitj.eod.

4 ¶ † Itẽ nota ꝙ ecclesia potest adiri per laicũ vt sponsam compellat per excõicationẽ ad cõ trahendũ matrimoniũ secũdũ ꝓmissionẽ: & ratione peccati ecclesia se impedit contra laicũ. Credo ẽt ꝙ iudex secularis põt adiri vbi non vertereť in dubiũ de validitate spõsaliorum,sed solum petereť vt alter adimpleret ꝓmissionẽ etiam iuratã. nã & iudex secularis põt adiri vt cõpellat laicũ ad obseruationẽ iuramẽti:vt in.c.licet.de iureiu.li.vj.& facit qđ

5 no.Bar.in.l.titia.ff.sol.matri.¶ † Vltimò no. ꝙ si alter ex sponsis non vult perficere matrimonium potest ad petitionẽ alterius cõpelli per iudicẽ,& cõpelliť quis precisè ad factum maximè quia hîc non potest solui interesse: quia spiritualia non capiunt æstimationẽ. fa-

6 cit qđ dixi.s̃.eo.c.p̃terea.¶ † In gl.j.in fi.vult ergo gl. ꝙ parẽtes promittendo pro filijs videntur promittere se curaturos [a]bona fide ꝙ filij contrahẽt:& sic potius promittunt factũ proprium.Sed aduerte ꝙ istud non satisfacit contrario supra formato.nam iura ciuilia dicunt ꝙ si promitto simpliciter factum alienũ in nullo obligor.[b] vnde vt sim obligatus ad curãdũ oportet ꝙ specificè hoc promittã.vt institu.de inut.stipulatio.§.si quis alium.& in l.stipulatio ista.§.si quis.ff. de verb. oblig.do. Anto.dicit ꝙ sicut æquitas prætoria facit vt in stipulationibus prętorijs ꝓmittendo simpliciter factum alienũ in dubio videt promittere se facturum & curaturũ:vt in.l.quoties. de ver.obli.ita æquitas iuris canonici hoc inducit in materia canonica.hoc est notabile dictum sed iure non probat. Sed quo ad istum tex.& similes põt dari alia solutio & melior & tutior vt in iuramento hoc procedat.nam iuramentum habet vim clausulę si non valet quod ago vt ago valeat vt valere põt.vt in.c. quãto.& in.c.ad nostram.de iureiur.no. in.l. cùm pater.in.§.filius matrem.ff.de leg.ij.ideo in dubio promittendo factum alienum debemus interpretari quòd promiserit se curaturum quantum in eo erit.fateor tamen ęquissimum esse hoc obseruari in omni materia canonica.arg.in.c.dilecti.s̃.de iudi.¶ In glos. in ver.sub iuramento.ibi. *sed si aliàs sint doli capaces.* not.bene gl.maximè iuncto tex.ex qua habes ꝙ impubes doli capax obligat ex iuramento suo. ex quo infertur ꝙ si doli capax [c] contrahit et iurat cogitur seruare cõtractũ. & facit ad intellectum authen.sacramenta puberum.C.si aduer.ven. vt habeat locum etiã in doli capace.de quo ibi per doct.& per Ho

7 sti. in.c.cùm contingat. de iureiur. ¶ † In fi. gl.ex hac vltima quæstione possunt elici duę opi.vna ꝙ ille non cogatur istam quã cognouit ducere,quia cum ea nunquam fuerũt spõsalia:nec matrimonium.& hanc opi. tenet Ino.dicẽs ꝙ liberè põt cum alia contrahere cũ nõ sit cõditio restricta ad illã pſonã dũtaxat quã cognouit.Secunda opinio in qua residet gl.est vt nõ virtute spõsaliorũ sed virtute iuramenti cogatur illã ducere:& hãc opi.sequitur Io.an.spõsalia eñ semp fuerũt nulla.cũ eñ nõ põt cõsistere ex parte vnius tñ oportet dicere ꝙ cũ oĩbus sororib⁹ esset contracta spõsalia,& sic nullã possit ducere obstãte publicæ honestatis iustitia.Host.licet variè loqua

tur sentit tertiam opin.vt copula cum vna superueniens declarauerit seu certificauerit sponsalia prius dubia & eodem momento fecerit illã transire in matrimonium pręsumptum.ar.ĩ.c.is quij̃.e. do.Anto:videbat primò sentire hanc opin. sed tandem residet in opi.gl.& Io.an.ex quo illa sponsalia prorsus fuerunt nulla. Credo ꝙ opinio Host.satis possit sustentari.nam sponsalia trãseunt ĩ matrimonium per carnis copulam: non tantum virtute sponsaliorũ quantũ ex præsumpto consensu:vt in.d.c.is quij̃.eo.sed ex quo iurauit ducere vnam ex filiabus titij:& postmodum vnam ex eis cognouit satis videtur illam elegisse & iã in eam consensisse. nam in dubio non debemus p̃sumere duplex pactũ scilicet stupri & periurij:sed potius in fauorem maximè matrimonij debemus præsumere copulam fuisse licitam,& ꝙ ille voluerit adimplere iuramẽtum suum:nam in dubio semper iudicatur pro matrimonio:vt in c.licet ex quadam.s̃.de testi.in.c.fi.s̃.de re iudi. Item facimus semp interpretationem vt euiteť peccatum:vt in.c.est totej̃.de regul.iur. secus dic secundùm Host. si quis iurasset ducere vnam de certo loco.nam tunc cognoscendo certã nõ videtur cũ illa contrahere, cũ possit hoc casu contrahendo cum alia adimplere iuramentũ. not. tamen singulariter ex opi.gl.ꝙ licet iuramentũ non sit restrictum ad certam personam tamen ecclesia compellit iurantem ad obseruationem iuramenti licet finis iuramenti concernat vtilitatem priuati:& hoc fit vt iurãs euitet peccatum ex qua ratione iudex pro-

8 cedit ex officio : vt in.c.j.de offi.ordi.¶ † In gl. in ver. *compellas*, ibi: *ecce crimina.* hîc debet continuari finis glo.in ver. *hoc quidem.* vsque ad fin. & ex princip.& fine gloss.colliguntur quatuor solutiones ad .c.requisiuitj.eo.vbi dicit ꝙ si spõsus vel spõsa pręcisè resistit & non vult contrahere matrimoniũ cum sponso, pręcisè nõ est compellenda.& tene tertiam solutionem gl.vt ex causa ecclesia non compellat : vt puta si ita abhorret sponsam vel econtra ꝙ ex inuitis nuptijs vehementer præsumeretur scandalum futurum.nã tunc ecclesia debet sustinere minus malum vt maius euitetur.arg. in.c.duo mala.xiij.distin.Et hanc solutionem tenet gl.in.c. sic qppe.§.sed concedatur.xxvij.quęstio.ij.& Hostien. in.d.c.requisiuit. & videtur satis probari iudicio meo in text.illius.c. in ratione sui.

9 ¶ † In ea.gl.ibi. *sed etiam committenda prohibere.* not. bene ex glo. quòd ecclesia impedit se de peccato laici nedũ post peccatum perpetratum:sed etiam ante:vt peccatum euitetur, nam & ꝓ futuris culpis potest fieri excõmunicatio si est aliqua præsumptio de põti vt in.c.romana.§.caueant.de senten.excommu.li.vj.Sed credo aliã solutionem posse dari ad tex.nam cùm iste purè promiserit illam ducere in vxorem statim fuit obligatus ad ducendum:vt in.l.in oĩbus.ff.de re iudi.peccat ergo sponsus si requisitus vt contrahat sine causa differt.facit.l.sæpe.ff.de verbo.signifi.& j̃.eo.c. præterea, compulsio ergo hæc fit ratione promissionis instantis: & non tantùm ratione mali euitandi.

a ¶ Se curaturos. Adde Francis. de are. consi.cxlij. ZACHARIAS.

b ¶ In nullo obligor Adde de hac. q.s. an & quando promittens factũ alienum sub pœna obligeť. per Bar.in.l. continuus.§. illud inspiciẽdum.ff. de ver.ob.Frã.de are. in.l. si ita stipulat⁹ fuero.§. possũ.eo. titu. eundẽ consil. cxlij.inci. ex facto proponitur. colũ. iij.vers. venio igit ad primã. & Feli.ĩ c.ex rescripto.col. vj.ver.& no. ꝙ ꝓmittens factũ alienum.s̃. de iureiur. ☙ SEBA.SAPI.

c ¶ Doli capax. Ita cõiter tenetur secũdũ Bar.in.d. auth. sacra puberũ. sed contrariũ cõiter teneri attestat Alex. in.l. qui iurasse.in princ.ff. de iureiu. vide Paul. de cast. cõcordantem ĩ. d. authẽ.sacra puberum.vt opi.Bar.,ꝓ cedat de iure canonico alia de iure ciuili. vt ibi per eũ.

SVMMARIVM.

1 *Pater licet habeat filios in potestate sua non tamen potest filij vxorem retinere,imò compellitur illam sibi restituere.*
Filius non est in potestate patris quo ad spiritualia : potest etiam nonnulla alia agere sine patris consensu.
2 *Filius potest in spiritualibus agere contra patrem & econuerso.*
3 *Vxor repeti potest coram ecclesiastico iudice etiam si non agatur de validitate matrimonij.6.*
4 *Populi tenentur ex facto principis.*
5 *Diuinorum officiorum appellatione venit baptisma & pœnitentia.*
6 *Vxor an sit ĩ potestate patris vel mariti & quæ iura habeat maritus in ea.*
7 *Excommunicatio etiam si feratur ad tempus requiritur absolutio . secus in interdicto & suspensione.*
8 *Interdicti tempore intelliguntur cepta quatuor sacramenta quæ etiam tũc confici possunt: videlicet baptisma : pnia.confectio chrismatis. & etiam matrimoniũ.dubiũ tamẽ est de nuptiarũ solennitate & ordinũ collatiõe.*
Interdictum quandoque ponitur in personas quandoque in loca.
9 *Pœnitentia an in casu necessitatis possit ab hæretico recipi?.*

¶ CAP. XI.

NOn est. Per censurã ecclesiasticam pater compellit restituere eius filio vxorẽ quam iniustè detinuit vel detinet.priò narrat factũ.Secũdò prouidet.ibi. *nos.* ¶ Casus lrãlis. Inter regem Anglorum

a ¶ Vxorẽ. Adde ꝙ licet tempore belli ſit permiſſum capere bona alicuius nullo caſu tñ eſt ꝑmiſſũ capere vxorẽ alicuius. qđ eſt notãdũ ſecundum Phi. hic. ad dictum Bal. in. l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pu. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bãnit⁹ poſsit impune offendi poterit etiã impunè derobari. ar. in. l. in ſuis. ff. de li. & poſthu. a tñ vxor ei⁹ nõ poterit derobari neq; detineri min⁹ adulterari cùm detẽtio vxoris ſit improbata: vt hic,

ZACHARIAS.

¶ Adde ꝑ hoc vl. membro. ſ. ꝙ vxor banniti non poſsit adulterari q̃uis poſſit permittẽte ſtatuto ĩpunè offẽdi bãnitus p Bal. pleniſſimè ĩ. l. fi. colũ. j. ad fi. ver. & iõ ſi cauet ſtatuto. ñ, ſi contra ius vel vti. publ. & vltra rõnẽ q̃ hic ponit adde aliã q̃ tibi fortaſſe potior vi- 4 debit. nã vxor bãniti gaudet priuilegio viduæ, qa ꝑ vidua eſt. cũ habeat virũ inutilẽ: vt no. gl. ĩ. l. fi. in ver. orbitãtes, C. de plagia. Anto. Franciſ. 6

¶ An ſtãte ſtatuto ꝙ bãnitus poſsit ĩpunè offendi poſſit eius vxor derobari & ab eo adduci, ſicut ei⁹ bona? dicas opinionem de qua hic eſſe veram qa cũ matrimoniũ ſit à iure diuino introductũ & ſit ẽt ĩſeparabile ꝑ leges humanas, vt ĩ. c. gaudemus de diuor. imò dicitur dura & crudelis ſeparatio vxoris à viro & ecõtra vt. l. ĩ poſſeſſionẽ. C. cõmu. vtri. b iud. cũ ipſum matrimonium ſit viri & mulieris coniũctio c vt in. §. j. in ſtip. de nup. meritò nõ põt per ſtatutũ induci vt ipſa vxor à viro bãnito poſsit adduci & ſeparari, & maritus ẽt adulterari, qa tale ſtatutũ eſſet nutritiuũ pctĩ & ꝑmitteret adulteriũ. ꝙ eſſet cõtra. l. diui nã illud ſemp. & oĩ Anglorũ & filios eius fuit diſcordia: ꝓpter qđ rex detinebat vxores filiorum ipſius: ita ꝙ mariti earũ ad eas accedere nõ valebãt, conqueſti ſunt do. papæ. filij regis. Mandat Papa archiepis & Epiſcopis ꝑ Angliã cõſtitutis ꝙ cũ ſit iuſtũ & æquũ vt viri ſuas petãt vxores quaten⁹ eũdẽ regẽ ad eas reſtituẽdas ſolicitè moneant vt ſi intra cõſtitutũ terminũ reſtiterit ex tũc in quacũq; terra vel ꝓuincia detineãt vel trãſferant, donec ibi fuerint, nulla diuina officia celebrent, vel ꝑmittant aliquatenus celebrari p̃ter baptiſma paruulorũ & in pœnitẽtia moriẽtiũ. Ber. ¶ † No. primò ꝙ licet filiꝰ ſit in ptãte patris nõ tñ ꝑ hoc põt pater detinere inuito filio ipſi⁹ vxorẽ. a nã quãtũ ad iſta ſpũalia fili⁹ nõ cẽſet in ptãte patris: vt in. c. ſi annũ. de iud. li. vj. Itẽ ſi caſtrẽſia põt filius liberè tractare põre inuito. ff. de caſtrẽ. pe. quaſi ꝑ totũ, forti⁹ iſta ſpiritualia. & not. hodie. de ſepul. lib. vj. in. c. licet. ¶ † Scdò nota ꝙ in iſtis ſpiritualib⁹ põt fili⁹ agere cõtra patrẽ. & quãuis gl. in. c. ſi eccleſia. xxij. q. iiij. dicat ꝙ de iure canonico filius põt agere contra patrẽ. & ecõuerſo ꝑ. c. q̃riť. ij. q. vij. & ſequať Gaſ. de ca. hoc dictũ, tñ non videť verũ niſi vbi ſubeſt peccatũ. nã rõne peccati hoc eſt admittẽdũ, aliâs ſec⁹: vt apertè vr̃ de mẽte literę in. d. c. ſi annũ. arguẽdo ꝑ locũ à ſpeciali. ad hoc. l. lis nulla. ff. de iudi. & quod ibi no. 3 ¶ † Tertiò no. & tene mẽti ꝙ vxor p̃t repeti corã iudice eccleſiaſtico ẽt cõtra laicũ detinẽ tẽ q̃ q̃ nõ diſputeť de validitate & ſubſtantia matrimonij. & de hoc ĵ. cũ gloſ. ¶ † Quartò no. ꝙ ex facto prĩcipis p̃t patria ſubijci interdicto: & ſic ĩdirectè puniunť populi de facto principis, ex quo vide qđ no. gl. xxiiij. q. iij. in ſumma. ¶ † Itẽ nota ꝙ appellatiõe diuinorũ officiorũ cõprehẽdunť baptiſma paruulorũ & in pœnitẽtia moriẽtiũ: aliâs nõ eſſet bona exceptio q̃ fit in tex. ¶ † In gl. j. ibi. ꝑ officiũ iudicis vel eꝑm loco, põdera bñ hãc alternatiuã gl. vr̃ eñ de mẽte gl. ꝙ ſiue vxor detineať iuita, ſeu volẽs p̃t marit⁹ adire tã iudicẽ ſeculare q̃ eccleſiaſticũ. Ex quo eñ nõ cõtẽdiť de ſubſtãtia vinculi matrimonialis tã eccleſiaſticus quã ſecularis iudex eſt iudex cõpetẽs: ꝓut ẽt ſentit Io. an. ĩ addi. Spec. in ti. q fil. ſint legi. in. §. j. & de iudice eccleſiaſtico ſatis ꝓbať hîc. Et reſpectu actiõis intẽtãdæ. dicit Hoſt. ꝙ ſe cũdum canones nõ eſt curãdũ de actiõe ꝑ. c. dilecti. de iudi. põt eñ marit⁹ dicere peto ꝙ vxor &c. Sed nũq̃d maritus poſsit vẽdicare vxorẽ adiecta cã de iure diuino ſeu canõico? Io. an. in p̃allegato loco. in ver. cõpetit dicit ꝙ nõ: qa vxor de iure ciuili oĩno nõ eſt in potestate b mariti ſed in officio tm̃: c vt ĩ. l. ſicut. ff. de ope. liber. ꝓ hoc bonus tex. ĩ. l. vxorẽ. C. de cõdi. inſer. vbi diciť ꝙ vxor eſt in ptãte ſui pr̃is & nõ mariti, niſi quo ad debitũ: & quãuis multi ſequanť hãc opinionẽ ego tñ cõtrariũ cõcludo ĩ. c. illud. de p̃ſump. qa licet vxor nõ ſit in ptãte viri ſicut fili⁹ ĩ ptãte patris, tñ marit⁹ habet multa iura ĩ ꝑſona vxoris, adeò ꝙ tex. ĩ. c. nõ debet ĵ. de cõſangui. & affini. dicit ꝙ vxor nõ habet poteſtatẽ ſui corporis: ſed marit⁹ & ecõtra. & ſunt verba apoſtoli. & alibi dicit ꝙ vxor eſt penè famula viri, vt in. c. hęc imago. & c. mulierẽ. xxxiij. q. v. vñ rõne iſtius iuris poterit maritus vẽdicare vxorẽ & vxor maritũ adiecta cã de iure diuino ſeu canonico: ſicut in ſimili habetis per text. & gloſ. notabilem. in. l. j. §. per hanc. ff. de rei vendica. & dixi de reg. in capi. licet. ¶ In gloſſ. in ver. *donec.* ibi. *ad tempus*. dic quod in caſu illius. l. remanet infamia vt ibi patet. hęc aũt ſuſpen b ſio diuinorum ſtringitur ſolũmodò vxorib⁹ 7 detẽtis in loco. ¶ † Aduerte ꝙ quantuncũq; excõicatio ferať ad tp̃s, ſemp reqriť abſolutio poſt tp̃s. ſecus in interdicto vel ſuſpẽſiõe. vñ ſi diciť ſuſpẽdo te donec ſatiſfeceris poſt ſatiſdationẽ nõ reqriť abſolutio: ſecus in excõicatiõe. de quo vide tex. iũcta gl. no. in cle. j. de deci. & per Inn. in. c. cũ bonę. de ęta. & quali. ¶ In fi. gl. hodie dic vt pleni⁹ hr̃ ĩ. c. fi. de ſen. 8 ex. li. vj. ¶ † In gl. in ver. *baptiſma*. dic ꝙ à quo libet interdicto cẽſenť excepta quatuor ſacramẽta vt baptiſmus & nõ ſolũ paruulorũ: ſed ẽt adultorũ. vt hodie hr̃. in. c. qm̃. de ſen. excõ. Scdm eſt pœnitẽtia moriẽtiũ vt hîc. Tertiũ eſt cõfectio chriſmatis. nã ex quo cõcediť baptiſmus: ꝑ cõſequẽs cõcediť chriſmatis cõfectio, cũ ſine chriſmate nõ fiat baptiſmus. vt in. d. c. qm̃. Quartũ eſt corpus Chriſti. de quo in. c. qđ in teĵ. de pœni. & remiſ. & de his vide tex. cũ gl. in. c. fi. de ſen. excõ. li. vj. vbi diſputať de matrimonio nũ qd poſsit contrahi tpe interdicti. cõiter cõcludiť ꝙ ſic. Sed de ſolẽnitate matrimoniali dubitať: & ſic habes q̃nq; ſacramenta excepta tpe interdicti. Dubitať de ſexto. ſ. ordinũ collatiõe. & vr̃ hîc velle Inn. ꝙ laicis nõ p̃nt cõferri ordines, ſed aliâs clerici põterũt ꝓmoueri ad maiores, cũ ipſi non ſint interdicti. Aduerte. qa hoc dictũ eſt ſatis obſcurũ & ſine rõne. nã cũ interdiciť locus nec laici nec clerici ſunt interdicti. vñ extra locũ licitè percipiunt diuina. q̃nq; enim perſonæ ſunt interdictę. & tunc quocũq; ſe conferãt interdictum ſequiť eos. de quo in ca. ſi ſententia. de ſen. excõ. li. vj. & ſic nõ vr̃ differentia inter clericos & laicos in hoc. vñ in ca ſib⁹ huius. c. poſſent clerici & laici alibi ordi c nari, poſſet etiã attẽtari ꝙ ex neceſsitate poterunt ordinari in loco interdicto: quia ex quo conceduntur aliqua quę non p̃nt cõferri niſi per clericos: ergo indirectè permittitur ordinatio clericorũ: ſicut de confeſsione chriſmatis: vt dixi. aduerte tñ ꝙ in caſu huius ca. non eſt propriè interdictũ: ſed ceſſatio à diuinis ſecundum Inn. & bñ & pro differentia inter iſta vide text. cũ glo. in cle. j. de ſen. excom. & qđ no. Io. an. in. c. ſi canonici. de offic. or. li. vj. 9 ¶ † Vltimò not. iſtam gloſſ. in fi. dum vult ꝙ pœnitentia poſsit in neceſsitate recipi ab hæretico: ſed contrarium ſentit gloſſ. xxxij. diſt. c. præter. §. verum. & illam puto veriorem, ne adducat illum pœnitentem ad errorem & deſperationem. & in neceſsitate non nocet ſi prætermittitur oris confeſsio: vt in capitulo quem pœnitet. de pœnis diſtinctione prima notat gloſſa in capitulo paſtoralis. de officio ordinarij.

caſu ꝓhibentẽ. & iõ non teneret ꝑ ea quę not. in ſimili in c. fi. de pręſcri. & faciunt no. in. c. quanto de conſue.

¶ In ptãte. ex quo ĩferť ꝙ ſi filia aliqd acquirit illud acquirit patri ſub cuius ptãte eſt. l. placet. ff. de acq. hęre. l. cũ oportet. C. de bo. q̃ libe. & ſi eſt ĩſtituta hæres debet adire hęreditatẽ cũ cõſenſu patris. l. fi. C. de bo. q̃ lib. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſũ. ff. de acqui. hęr. ĩſt. ad ſena. cõſu. tertu. ingl. poſita ĩ verbo parẽtis idẽ eſt dicẽ dũ ꝙ ſi filia vult eẽ in iudicio nõ ſufficiet cõſenſus mari- ſed patris reqriť. d. l. fi. §. neceſſitate. de quibus latè ꝑ Bal. no. in. l. rei iudicatę §. ſocero, ff. ſo. mat. vbi ponit an vxor teneať potiꝰ patri q̃ viro obedire. ad de ꝙ licet patri poſſit in caſu neceſsitatis vendere & obligare filiũ. ĵ. C. de patri. qui filios diſtraxerũt &c. ñ. & ibi no. s̃. de pig. ſecus ĩ vxore. qa maritus nõ poterit eam in caſu neceſsitatis vẽdere. vt hic ꝑ Phil. Franciſ.

✠ SEBA. SAPIA.

c ¶ In officio tantũ. Vide Alex. in conſi. cxxxiñ. inci. circa primum co. ñ. in iiñ. volu.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Dictum vnius aſſerentis impedimentum impedit matrimonium contrahendum non iuratum.*

2 *Sponſa impeditur à ſponſo vt contrahat matrimonium.*

3 *Affinitas cõtrahitur etiam per illicitum coitum.*
4 *Vnius dicto creditur vbi agitur de pcto vitando.7.*
Teſtis occulti dictum valet abſque publicatione ſui nominis.7.
5 *Spõſalia nõ iurata ſoluũtur facilius quam iurata.*
6 *Iurm & ſimplex promiſsio differũt, & facilius permittitur cõtrauentio cõtra promiſsionem quam contra iuramentum.*
7 *Turpitudinem ſuam allegans auditur.*
8 *Pcti euitadi cã multa cõcedũt q̃ alʒ nõ cõcederent.*

¶ *CAP. XII.*

1 PRæterea. ¶ † Dictum vnius aſſerẽtis impedimentũ impedit matrimoniũ contrahẽdũ nõ iuratum: & eſt caſus notabilis. Primò conſultatio. Secundò reſpõſio ibi: *Taliter.* ¶ Caſus literalis. Quidam vir volebat contrahere cũ quadã muliere: conſanguineus illius viri dicebat ſe deliquiſſe cũ ea: ſed illud non audebat publicè confiteri propter potentiã mulieris: quærit quid iuris ſit? Reſpondet papa q̃ matrimoniũ illud fieri non permittatur ne deterius inde contingat: niſi iuramentum interueniſſet. Ber. ¶ † Not. primò q̃ ſponſa impeditur à ſponſo vt contrahat matrimoniũ ſicut promiſit. & facit tex. ad id q̃ dixi in cap. ex literis. ſ. eo. ¶ † Secundò no. q̃ per illicitũ coitũ[a] contrahitur affinitas inter mulierem & conſanguineos viri, q̃ quidem affinitas impedit matrimoniũ cõtrahendũ. Et põt colligi arg. hic q̃ affinitas ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro. nam hîc non exprimitur vtrum cognouiſſet poſt ſponſalia vel añ ergo generaliter debet intelligi. nam ſuperuenit fortius vinculũ. ad hoc. c. diſcretionẽ. &. c. j. &. ij. j. de eo q̃ cog. conſan. vxo. ſuę. & apertiſsimè probat in. d. c. ij. ¶ † No. iij. caſum[b] valde notabilem in quo creditur dicto vnius: licet publicè dictum non effundat. & ſic valet dictũ teſtis abſque publicatione ſui nominis. de quo j. Et ex hac litera põt colligi ar. q̃ vbicũque agit de pcto vitãdo adſq; magno incommodo[c] alterius creditur dicto vnius etiam abſque publicatione noĩs ſi ex cã timet prodire in publicũ. ¶ † Vlti. no. & tene mẽti q̃ facili[9] permittit diſſolutio ſponſaliorũ non antecedẽte iuramento q̃ ſi ſponſalia eſſent iurata. & facit ad materiã. c. requiſiuit j. e. vt eccleſia facilius abſtineat à cõpulſiõe ſponſi ſeu ſponſæ q̃ñ iuramentũ non interuenit, & timet aliqd malũ futurũ. facit ad ea quę dixi. ſ. e. c. ex lr̃is. ¶ † Ex his ẽt habes qd eccleſia ẽt facit dr̃iam inter iuramẽtũ & ſimplicẽ ꝓmiſsionẽ. Nã vt hîc vides, facili[9] permittit cõtrauẽtio contra nudã promiſsionẽ, q̃ cõtra iuramentũ. ¶ † In gl. j. ĩ fi. Aduerte. nã hęc gl. nõ vr̃ hr̃e rõnẽ ĩ ſe de directo. prima frõte videt contra text. nã rõnes ipſi[9] etiã militãt q̃ñ in ſecreto fit cõfeſſio. imò forti[9]: q̃a p̃ſumptio eſt cõtra occultè loquẽtẽ. & de mẽte lr̃ę poti[9] iſta clãdeſtinitas cõparat ad detractionem fidei ipſius q̃ ad augmẽtũ. nã magis creditur teſti, q̃ñ iurat ĩ pñtia partis & dictũ ſuũ poſteà publicat, q̃ q̃ñ in occultò deponit, vt ſatis colligit ex. c. ij. de teſt. Sed fortè gl. intellexit in caſu in quo interueniſſet iuramẽtũ: vt tũc nõ credat iſti etiã ſi publicè cõfiteret. Sed q̃cquid gl. ſenſerit dicendũ q̃ iſte tex. ponit caſum valde ſpecialẽ ratione peccati euitandi: attento q̃ incommodum magnum non ſurgit ſi matrimoniũ inter iſtos non ſequit. Vnde tex. iſte põt intelligi dupliciter. Primò q̃ iſte veniebat vt denuntiator. & tũc habes caſum notabilẽ q̃ pro peccato euitãdo admittit denũtiator occultus licet ſit criminoſus & alleget turpitudinẽ ſuã: ſed pro peccato commiſſo criminoſus non admittit. iuxta no. in. c. nouit. de iudi. & per Goſt. in ſum. de accu. in fi. Secundò poteſt intelligi q̃ iſte deponebat vt teſtis: & tunc concurrunt tria ſpecialia. Primũ q̃ nõ iurat in pñtia partis contra. c. ij. de teſti. Secũdũ q̃ dictũ ſuũ cũ noĩe nõ publicatur contra. c. qualiter. in. ſ. debet. de accu. Tertiũ quia ſtatur dicto vnius in prę̃iudiciũ alteri[9] contra. c. licet. &. c. veniẽs. ſ. de teſti. Poteſt addi quartum & ſpeciale: quia auditur allegãs turpitudinẽ ſuã. contra. c. inter dilectos. de dona. Et hæc omnia admittunt pro pter peccatũ euitandũ. quia magis eſt ponderandum periculũ aĩarũ q̃ corporum. & hoc caſu intellige vt ſentit Io. And. q̃ iſte iurauit corã iudice: ſed nomẽ ſuũ nõ propalabat in publico: ex quo veriſimiliter timuit potentiam partis. ¶ Et facit hoc ad notabilem. q. nunqd poſsint recipi teſtes ſine publicatione nominis, q̃ñ veriſimiliter quis timet potentiam aduerſarij: vel aliud ſcandalum. do. Anto. dicit ſe credere in materia peccati duntaxat hoc eſſe admittendum. & de hoc quaſi videtur hic tex. Sed pro & contra poteſt adduci. c. fi. de hęreti. libro ſexto vbi in cauſa hæreſis ꝓpter timorem ſcandali futuri ſubticẽtur noĩa teſtiũ. vñ p̃ locũ à ſpeciali poſſumus dicere aliud eſſe in alijs cauſis. ſed per arg. à ſimili poſſet colligi contrarium: ſed primum plus placet. Adde tu vnum dictum Hoſtien. ſingulare quod ſequitur Ioan. And. in. c. quoniam in princip. vt lit. non conteſt. vbi dicit q̃ ſi actor timeret conuenire reum propter ipſius potentiam poſſunt teſtes de quorum morte vel abſentia timetur, recipi in priuato & facient fidem tempore quo lis poterit inchoari. ¶ † Item dicit Hoſtiẽ. hîc quod in caſu huius capitu. etiam vbi interuenit iuramentum erit arbitrarium an impediatur matrimonium conſideratis circunſtantijs perſonarum. Sed ego non diſcederẽ à verbis literę vt ad dictum vnius ſolius nõ impediãtur ſponſalia iurata. bene fateor quod dictum vnius q̃nque non eſt ſufficiẽs etiam ſi non ſint iurata, vt ſi aliquis eſt vilis perſona: vel mulier reperitur virgo, vel quid ſimile.

SEBA. SAPI.
a ¶ Per illicitũ coitũ. Vide Fe. ĩ. c. p tuas col. j. ver. no. ſecundò. ſ. de ꝓb. vbi dicit q̃ matrimoniũ ĩpedit contrahere ex natiuitate filij baſtardi, q̃a baſtardi dicunt de cõſanguinitate patris: & ſic cõſãguinitas cõtrahit p illicitũ coitum.
b ¶ Caſum. Ali[9] caſus eſt q̃ñ de cõcordia partium fuit cõuẽtũ q̃ ſtaret dicto vni[9]. l. j. §. fina. ff. de ver. obli. & l. theopompus. ff. de do. p̃ leg. licet Bart. ĩ. d. c. fi. teneat q̃ nõ ſit ꝓpriè teſtis, cõis opi. eſt in cõtrariũ: imò aduerſarius põt ſtare dicto aduerſarij. l. fi. C. de fideic. l. fi. C. de ſent. paſ. de q̃ per. An. & Abb. in c. ij. ſ. de proba. qui cõcludũt q̃ partes nõ p̃nt diſponere q̃ ſtetur dicto vni[9] niſi euidenti & neceſſaria cã: q̃a eſſet diſponere cõtra ius diuinum cũ in ore duorũ &c. c. licet. c. in oĩ. ſ. de teſti. c. cũ eſſes. ſ. de teſta. dic vt in dictis locis.
c SEBA. SAPIA. ¶ Incõmodo. Hoc dictũ refert & ſequit do. Iaſ. ĩ repe. l. admonẽdi. col. lxxv. ver. Itẽ plenè creditur. ff. de iureiu. & ibi enũerat plures caſus in quibus dictum vnius teſtis facit plenam probationem.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractũ ſi poſteà mulier in eũ non cõſenſit nõ tenet & ſi alteri poſteà nubit valet. ſ. 8.*
2 *Amor illicitus nõ tollit liberũ conſenſum.*
3 *Filia ſi cõtrahat ſpõſalia ẽt illicito amore ducta parẽtib[9] ignorãtib[9] tenẽt.*
Parentum conſenſus non requiritur in matrimonio.
4 *Inuitus dicitur qui voluntatem oſtendit ſuam cum alio ſigno quàm voce.*
Reclamans dicitur qui voce & alio ſigno oſtendit animi deſiſtentiam.
Violentia & coactio etiã ſi à parẽtibus inferatur inualidat matrimonium.
Matrimoniũ cõtractũ propter parẽtũ reuerẽtiã ẽt ſi aliàs fili[9] nõ cõtraxiſſet dũmõ metus qui caderet in conſtantem, non interueniat, tenet.
6 *Carnalis copula ſequens purgat metũ p̃cedentem dũmõ nõ ſit oĩno coacta.*
7 *Executioni reſiſtentes excõicari poſsunt etiam per delegatum.*
8 *Matrimonium metu contractum an ſit ipſo iure nullum vel annullandum?*
9 *Mulier ſuperinducta à tertio viro an poſsit cõtra aliã opponere de iure ſuo.*
10 *Poſſeſſorio ſi agatur in cã matrimoniali non auditur proponens de proprietate niſi incontinenti paratus ſit probare.*
Poſſeſſorio ſi agatur, proprietatis q̃ excluditur in odium ſpõliantis.

¶ *CAP. XIII.*

1 VEniẽs. ¶ † Si mulier inuita cũ aliquo contrahat, nec in eũ poſteà cõſenſit, tenet mr̃imoniũ, ſi alteri poſteà nubit. ita cõit ſummat: & ſecũdũ hũc ĩtellectũ eſſet hic caſus apertus q̃ mr̃imoniũ metu cõtractũ eẽt ipſo iure nullũ. hoc tñ clarè nõ colligit ex lr̃a: vt j. patebit. Primò narrat factũ. Scdò diffinitionẽ cõmittit. ibi. *Mãdamus quatenus.* ¶ Caſus literalis. Quædã mulier M. noĩe intãtũ adamauit quẽdã iuuenẽ q̃ vterq; illorũ ĩ præſentia triũ teſtiũ p̃ſtitit iuramẽtũ de matrimonio inuicẽ cõtrahẽdo. parẽtes mulieris hoc ignorãtes eã inuitã & reclamãtẽ cuidã alij ĩ vxorẽ tradiderũt: ſed illa intm̃ ipſum exhorruit q̃ nullo modo ſe ab eo cognoſci permiſit: & cœpit publicè confiteri q̃ à primo viro cognita & iurata fuerit. tandem Epiſcopus diœce. cognito q̃ illi eſſẽt conſanguinei, ipſos ab inuicem ſeparauit: ſed dũ cã illa tractabatur, & illa nollet

& illa nollet conſentire viro cui à parentibus tradita fuerat ipſe vir aliam duxit in vxorẽ,& illa cuidã alij.T.noïe publicè fuit deſponſata,de quo poſtmodũ filiũ genuit.pater illius viri ei oppoſuit ꝙ filiũ ſuũ habere in virũ non poterat,eo ꝙ ab alio viro qui iam defunctus erat fuerat deſpõſata.Vñ mulier illa ad do.pa.acceſsit exponẽs ſibi oĩa ſupradicta.Mãdat pa.quibuſdã quatenus ſi inuenerit ꝙ dicta mulier à priore viro iudicio eccleſię fuerat ſeparata,& ab illo.T.ſine cõtradictione eccleſiæ in vxorem traducta:& ille cui à parentibus traditá fuit vita deceſsit,moneant dictum.T.& cõpellant vt prędictã.M.recipiat in vxorẽ.& eã marita li affectu pertractet,quod ſi cõtradixerit excõicationi ſubijciant.

2 Ber.¶ †No.primò ꝙ illicitus amor p̃cedens nõ tollit liberũ conſenſum in matrimonio cõtrahẽdo.vides enim hîc ꝙ hęc iuuenis adamauit illum adoleſcentẽ illicitè & propter hũc amorẽ cõtraxit ſecũ ſponſalia q̃ valuiſſent & tenuiſſent niſi obſtitiſſet cõſanguinitas.Et no.hoc dictum,qa quotidie accidit inter adoleſcẽtes.

3 ¶ †Secũdò no.ibi *quod parentes &c.* ꝙ de iure canonico tenent ſponſalia cõtracta per puellã etiã illicito amore ductã parẽtibus ignorãtibus.ad ſubſtantiã ergo matrimonij de iure canonico nõ requiritur ꝙ filius cõtrahat de conſenſu vel ſciẽtia patris ad hoc

4 c.cũ locũ j̃.e.&.xxx.q.ij.ca.vbi.¶ †Tertiò no.ibi. *inuitã & reclamantem.* differentiã inter iſta.& dic ꝙ inuita dicit̃ q̃ oſtendit voluntatem animi cũ alio ſigno quã voce.Reclamãs verò dicitur quæ voce aut alio ſigno oſtẽdit animi deſiſtẽtiam.& de hoc vide

5 bo.gl.lxxiiij.di.in.c.j.¶ †No.quartò ꝙ coactio impedit vires matrimonij etiã ſi inferat̃ à parẽtibus.nõ em̃ poſſunt parẽtes inferre violẽtiam liberis in matrimonio cõtrahẽdo etiã de iure ciuili : vt in.l.nec filium.C.de nup.&.ff.de ritu nupt.in.l.ſi patre.Aduerte tñ:qa ſi filius cõtrahit matrimoniũ cũ puella ne incurrat indigna

a tionem patris,ita ꝙ aliãs nõ contractũ niſi ob reuerentiã[a] pater-

b nã tenet nihilominus matrimoniũ ex quo nõ interuenit metus[b] qui poſsit cadere in cõſtantẽ:de hoc videt̃ tex.notabilis iuncta gl. in.d.l.ſi patre.qđ tene menti,qa videt̃ multũ limitare text.in.l.j.§.

6 quæ honorãdę,cũ ibi no.ff.quarũ rerũ act.non da.¶ †Itẽ no.ibi. *cognoſci permiſit.* iuncta gl.ꝙ carnis copula ſequens purgat metũ prędecedentẽ.& cõualidat matrimoniũ ſaltẽ vt ex nũc qđ intellige qñ copula non fuit omnino coacta ſed volũtaria.ſecus ſi per vim

7 fuiſſet puella cognita.vt no.in.c.cõſultationi j̃.e.¶ †Itẽ no.ꝙ reſiſtente executioni ſentẽtię poſſunt excõicari etiã per delegatũ.de

8 quo in.c.j.de offi.dele.¶ †In gl.inver. *deceßerit.* in fi.no.gl.vult em̃ apertè relata ad tex.ꝙ matrimoniũ contractũ p̃ metũ ſit ipſo

c iure nullũ,[c]ita ꝙ non ſit opus petere reſciſsionem[d] p̃ actionẽ qđ

d me.cau.nã ſecundũ iſtũ intellectũ hîc eſt caſus apertus:quia hæc puella cõtraxit cũ tertio nõ petita reſciſsione ſecũdi matrimonij cõtracti per violẽtiã,& q̃ q̃ dictũ ſit verũ in ſe vt dicã latius in.c. proxi.nõ tñ probat̃ per iſtã literã:ſed poti⁹ põt ſumi cõtrariũ:qa papa mandat inquiri,ſi ſecũdus deceſſerit;& fortè ad iſtũ finẽ:qa noluit vt diſcutereť nũc de violẽtia ſine effectu.nã ſi tertius mari tus cohabitauit cũ iſta muliere poſt mortẽ ſecũdi videt̃ ratificaſſe matrimoniũ p̃ſuppoſito ꝙ prius habuiſſet aliquã dubitationẽ pro hoc qđ leg.& no.in.c.j.de eo q du.in ma.& hæc not.qa limi-

9 tant.c.fi.e.ti.¶ †Vltimò ſcias ꝙ In.hîc tractat nunqđ iſta ſuperinducta à tertio viro potuiſſet ſe opponere cõtra iſtã mariotam proponẽdo de iure ſuo.& cõcludit ꝙ fic.dicens ꝙ potuiſſet aſsiſtere viro ſuo in iudicio & proponere de iure ſuo & etiã appellare à ſnĩa.ar.l.à diuo pio.§.ſi ſuper reb⁹.ff.de re iudi.& in.c.cũ ſup. eo.tit.facit.l.à ſnĩa.ff.de app.dicit etiã aliud dictũ ſatis no.ſi eſſet

10 verum.† ꝙ ſi mariota egiſſet poſſeſſorio non fuiſſet audita iſta ſuperinducta proponẽs de proprietate iuris ſui ad effectũ impediendi reſtitutionẽ,niſi voluiſſet incõtinẽti probare.ar.in.c.literas.de reſti.ſpo.& reddit rationẽ prima fronte notabilẽ.d.Ant.ſ. ꝙ ius iſtius ſuperinductę eſt ita cõiunctũ cũ iure ſpoliãtis ꝙ nõ poſſet audiri iſta ſuperinducta quominus prodeſſet ſpoliatori, ſecus vbi ius tertij cõparẽtis non eſſet ita coniunctũ cũ iure ſpoliãtis.hoc dictũ nunq̃ mihi placuit,vt plenè dixi in.c.itẽ cũ quis. de reſti.ſpo.quia odiũ ſpoliatorũ nõ debet obeſſe tertio,qui non fuit in culpa.& potius debet tolerari odioſus q̃ innocens puniri. vt.c.ſacris.de ſepultu.&.xxiij.q.iiij.in.c.q̃ magnum facit.l.abſentem.ff.de pœnis.Item queſtio proprietatis excluditur in cauſa reſtitutoria in odiũ ſpoliãtis:vt in cle.j.de cã po.& proprie.qđ ceſſat hîc reſpectu tertij, & maximè quia iſta tertia erat in poſſeſſione & ſic potuiſſet impedire ẽt executionem ſnĩæ proponẽdo de iure ſuo:vt in.c.veniens. de teſti.& in dicto.§.ſi ſuper rebus.& in.d.c. cum ſuper.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Locus tutus aſsignari debet puellæ ſi timetur de violentia.5.*

2 *Metus vel violentia excludit cõſenſsum,& per conſequens annullat actũ in ſpũalibus vbi requiritur cõſenſus liber:in alijs autem non.*
Coacta voluntas, voluntas eſt:ſed non in matrimonio & alijs quibuſdam.

3 *Conſenſus cõtrahentium ſufficit quo ad vinculũ matrimonij.Sufficit quid ſignificet.*

4 *Conſenſus quo ad matrimoniũ cõtrahendũ nõ ſufficit niſi ſit cũ plena libertate & ſecuritate.*

5 *Iudex ſi timetur de violẽtia etiã parentũ debet puellam ſurripere & in loco tuto ponere.*
Sequeſtrari puella vbi & quando debeat?

6 *Matrimoniũ metu cõtractũ an ſit ipſo iure nullũ?*
Metus an req̃ratur etiã ex parte viri & qualis.

7 *Metu & violẽtia facta quæ & quãdo teneãt.9.*
Matrimon.eſt ſacramentũ & ſignificat vnionem inter Chriſtum & eccleſiam,in qua requirũtur fides & proles.

8 *Matrimonij ſecunda inſtitutio facta fuit vt euitetur formicatio.*

9 *Incarcerati acta & matrimonium an & quando teneant?*

¶ CAP. XIIII.

1 CVm locum. ¶ †Si timetur inferri violentia puellæ, de cuius matrimonio agit̃,debet iudex prouidere ſibi locũ tutũ & honeſtũ donec cã terminet̃.h.d.principaliter.Primò ponit regulã.Scdò infert genus.Tertiò ſpeciẽ.ibi .*matrimoniũ.*& ibi. *quo circa.* & eſt text.multũ allegabilis.& quotidie accidit iſte caſus.¶ Caſus lite.Inter duos ciues Papiẽſes quædã queſtio vertebat̃ ſup matrimonio cuiuſdã puellæ,vterq̃ illorum c dicebat ſe cũ illa matrimoniũ cõtraxiſſe:mulier illa timebat violentiã ſibi inferri à prædictis qui eam perebãt.quæſitũ fuit à pa.iqđ fieri deberet.reſpõdet vbi metus vel coactio intercedat cõſenſus locũ habere nõ põt,ſed vbi cõſenſus req̃rit̃ coactio ſiue metus debet repelli,& matrimoniũ ſolo cõſenſu cõtrahit̃ & hîc oĩs metus vel coactio debet repelli,ne d per timorem dicat ſibi placere qđ odit.vnde mandat pa.eꝑo Papiẽſi vt puellã illã de cuius matrimonio quærit̃ ponat in domo aliqua vbi nullo modo timeat:& etiam faciat cuſtodire honeſtè donec cauſa fuerit per ſententiã determinata.& ſnĩa ſine cõtradictione cuiuſq̃ executioni miſſa.B. ¶ †Not.primò 2 regulã ex principio literę ꝙ metus vel coactio excludit cõſenſum.& p̃ cõſequẽs annulat actũ à cõſenſu depẽdẽtẽ:ſed intelligo hãc regu.in matrimonio & in alijs caſib⁹ ſpũalibus vbi requirit̃ conſenſus liber.nam regulariter metus non excludit conſenſum nec annullat actum ipſo iure:quia coacta volũtas,

a ¶Ob reuerẽtiã. p Allex.& p Bar.in l.q̃ dotis.ff.ſol.matri.& p Alex.in.l. ſi cũ dotẽ.§.eo aũt tpe.ff.eo.an metus reuerẽtialis impediat cõſenſum reſultantẽ ex patiẽtia & præſentia. Bart.in.d.l.q̃ dotis tenet ꝙ ſic p.l.pe. ff.de fur. ſequitur Ant.in.c.nõne . ſ. de p̃ſum.Abb.cõtrarium tenet.ibi quẽ approbat.Alle.in.d.l. q̃ dotis. in.vñ.co.vbi poſt eã concordat iſtas opi.vt ibi p eum. & per Ale.cõſi.cj. in.iiij.vol.

✤SEBA.SAPI.

b ¶Metus. Vide q̃ ſcribit Decius ĩ.c. j.de offi.deleg.vbi tangit an ex eo ꝙ mulier patiẽt metũ ſit iuſtus met⁹ ex qualitate perſonę an verò requirat̃ ꝙ ſit talis q̃ cadat in cõſtãtẽ. ad hoc vide etiã Feli.in.c. cãm matrimonij col.ij.cũ ſeq. ſ. de lega.

c ¶Nullũ . latè per Alex.cõſi.xlvij.colũ.viij.in.iij.vo.& qs metus req̃ratur vt mr̃imoniũ metu cõtractũ nõ valeat.Alex.cõſi.cx. p totũ.in.ij.vol.

✤SEBA.SAPI.

d ¶Reſciſſionẽ.Vide Iaſ.in.l.interpoſitas.in primo no. C.de tr̃aſ. & in.l. pacta nouiſſima. col pe.ver.& not. ꝙ matrimoniũ.C. de pact.

a ¶ Consensus, Vide quo ad sui essentiã non requirit copulã carnalem. Saly.consi.xxiij.ver.nec ob.in.j.vol.quia cõsensus & nõ cõcubitus nuptias facit.l.nuptias.ff.de regu.iur.

b ✠ SEBA.SAPI. ¶ Ipso iure nullũ.vide Oldr.in consi. xxv.cũ allegatis;per do.Ias.in.l.pacta nouissima.col.pe,ver.& not.q̃ matrimoniũ. C.de pact.in.l. interpositas.in primo not.C.de trãs. Feli.in.c.cãm matrimonij. col. ij.s. de offi.dele. Alex. in consi.cxlvj.inc. in causa & lite,co. ix.ver. accedit ad confirmationẽ. in v,volu.

c ¶ Talis metus requiriť q̃ caderet in cõstãtẽ virũ & à iure est determinatũ qã̃ subest metus mortis vel cruciatus.Linterpositas. C.de trãs.l.si donationis.C.q̃ metus cau.& dic q̃ scd̃m opi.Abb.cõsuluit Alex.q̃ matrimoniũ sit nullũ. cõsi. xlvij.in.iij. volu. vbi subdit q̃ ista est cõis op.de quo per Cor.cõsi.xlj. in.ij.vol.

ZACHARIAS. ¶ Addeq̃ idẽ operaretur timor grauaminis q̃ ipe metus:vt est bo.text. in.c.j. quẽ ad hoc ibi põderauit Andr.Barb.in ver.timentes grauari.s. de dila. ꝑ quo facit qd̃ no.Ancha. cõs.xxxvij. dũ dicit q̃ habẽtes passagiũ pñt cõseq re missionẽ mercedis nõ solũ si supueniat guerra: licet etiam sit timor guerre ꝑ quẽ timorẽ hoies nõ audent trãsire vt solebãt. ꝑ quo facit.l.arma la.j. §.idẽ labeo.ff. de vi & vi arma.

ZACHARAS. d ¶ Ipso iure nullũ. gl.& in.l.j.in fi.ff. de aut.tut. Bal.in trac.schismatis.co. vj.Bar.cepo.in rubri.de test.co.xxij Car.ĩ cle.j.q.xvij. de cõsan.& affi.& Hosti.in. c.cõsanguinei.s. de reiud. qd̃ ego amplio ẽt si metus nõ accesserit tpe cõtracti matrimonij.imò præcessisset. vt not.Bar.ĩ.l.fi.ff.si qs ali.te.prohi.Bal.ĩ.l.j.C.e.ti.gl.ĩ.l.si mulier.§.si dos.ff.q̃ met.cã. Inn.in.c. cãm matrimo.s. de of.dele.Rotã deci.cclxxvij.inci.fuit dubitatũ.in no. & ꝑ Old.oĩno cõs.xxxv.nec omitto q̃ hoc ꝓcedit tã ĩ carnali q̃ ſpũali matrimo.dũmõ talis fuerit met⁹ q̃ cadat ĩ cõstãtẽ virũ ita no.plene Ale. cõs.ĩci.ſn cã publi.q̃ ponit post.iij. cõs.Ale.de imo.vo.iij.& eũdẽ Ale. de imo.cõsi.xlv.& cõsi.xlvij.& xlvij. vol.eo.& cõsi.xcix.& cõ.vl.vo.iij.

e ¶ Non valet.latè per Alex.in.l.qui à latronibus.ff.de testa. per Ange. in.l.si mulier.§.si dos.ff.quod met.causa.

voluntas est.vt plenè le.& not.in.l.si mulier in.§.penul.in fi.ff.quod met.causa.& in.c.abbas.eo.tit.vbi plenè ꝑ gl.& qd̃ voluit hic tex. patet ex illatione quã facit in ver, *matrimoniũ autẽ &c.* Itẽ videt in electione:vt in.c.vbi periculũ.§.cæterũ.de elect.lib.vj. ¶ † Not.ij.q̃ ad substantiam vinculi matrimonialis solus consensus[a] cõtrahentiũ sufficit vt hic.& in.c. cũ apud j.eo.& j.de spon.du.c.vlti.vñ nõ req runtur ad substãtiã aliq̃ solẽnitates:vt ĩ.c.j.s. eo.pro hoc.xxvij.q.ij.c.sufficiat. vbi dicit q̃ sufficit cõsensus.& de significato hui⁹ verbi sufficit:est vt nihil aliud requirat ad essentiã actus:vt dicit glo.notabilis in.c.statutum.in prin.de rescr.lib.vj. ¶ † Nota ibi. *plena debet securitate.* q̃ ad matrimoniũ cõtrahendũ nõ sufficit purus cõsensus:sed debet esse cũ plena libertate & securitate.pro hoc facit quod statim dicet. ¶ † Itẽ not.q̃ vbi est indagandus animus puellę sup cõtractu matrimonij debet iudex ex officio ꝓuidere vt collocet in domo:in qua nullũ metũ nullãq̃ violẽtiã habeat timere. ¶ Ex quo infero q̃ si timet de violẽtia & metu parentum:puta quia puella contraxit clam parentibus inscijs,q̃ ad petitionem sponsi iudex debet puellam surripere de potestate parentum, & collocare eam in aliqua honesta domo:puta in monasterio monialium.vt in.c.penu.de proba.vel apud honestos cõsanguineos puellæ: & ita posset ĩtelligi litera ista si bene põderent verba ipsi⁹ licet gl.habuerit aliũ intellectũ:& ex hoc no. casum in quo libera ꝑsona quasi sequestrat. ¶ † Sed hic reuoco in dubiũ nũqd matrimoniũ sit ipso iure nullũ[b] si interuenit met⁹ vel coactio? Et scias q̃ metus proprie secundum Inn.est quãdo ꝓter violẽtiam corporalem seu captionẽ metus infert. Coactio verò est quãdo fit cũ captura seu violentia corporali gl.cõiter tenuerũt q̃ ipo iure matrimoniũ sit nullũ:dũmõ interueniat met⁹ q̃ habet cadere in cõstãtẽ. Et q̃ requirat talis metus[c] tã in masculo q̃ in fœmina:est tex.de masculo in.cj. ꝓxi.in fi.de fœmina no.in.c.cõsultatiõi j.e.tñ dicit hic gl.q̃ est multũ notãda.q̃ minor met⁹ excuset magis mulierẽ q̃ masculũ: q̃a fragilior est rõne sexus.pro hoc.c.idignãtur.xxxij.q.vj.& sequit Host.in sum.in ti.de matri.§.qualiter ver.si verò.Ideò dicendum q̃ ex parte mulieris requiritur met⁹ qui possit cadere in constãtem mulierem,ideò,text. in prealleg.consultationi.dicit solũmodò de constãti.hãc opi.q̃ matrimoniũ sit ipso iure nullũ ꝓpter talẽ metũ tenet gl.s.tit.proxi.& in.d.c.abbas.& in.c.inter cætera.xxij.q.iiij. & glos.iuris ciui.in.l.si mulier.§.si dos.ff.quod met.causa.& in.l.si patre.ff.de ritu nup.est cõmunis sentẽtia doc.præter do.Car.qui in.d.c.abbas.dicit q̃ de mero iure posset sustentari q̃ matrimonium teneat,licet veniat rescindendũ actione quod mẽ.causa.motus per regulam generalẽ:quia omnia q̃ fiunt per metũ tenent.& per illud.c.inter cætera.vbi tex.multũ stringit.sed semp sequutus sum opi.cõmunẽ pro qua allego casum apertũ in.c.significauit j. de eo q dux.in ma.quã pol.per adul.vbi tenuit scd̃m matrimoniũ nõ obstãte primo per metũ cõtracto,nulla petita rescissione prioris.ad idẽ j.c.proximo.vr̃ etiã tex.de iure ciuili in.d.l.si patre.vbi dicit tex.q̃ matrimoniũ inter inuitos nõ cõtrahit.ad idẽ iste tex. dũ dicit q̃ plena debet securitate gaudere.nã verbũ debet de sui natura importãt necessitatẽ.vt est gl.no.in cle.attendẽtes.de sta. regu.no.doc.in.c.j.de despon.impu.& Bar.in.l.creditor.ff.de pigno. Itẽ vbi requiritur cõsensus cũ qualitate libertatis nõ sufficit consensus nisi adsit qualitas libertatis:vt no.gl.quã tenebis menti.xxxiij.q.v.c.notificasti. Et ad.c.inter cætera.rñde prout no.ibi
7 gl.& in.d.c.abbas. ¶ † Sed est pulchrũ videre rationẽ quare regulariter teneãt q̃ fiunt per metũ & non sic in mr̃imonio.multæ rationes possunt assignari:sed dic post Gas.de cal.q̃ in mr̃imonio reperiunť tria bona,fides,proles,& sacramẽtũ.vt in.c.fi.de cõdi. ap.xxvii.q.ij.in.c.omne.q̃ oĩa metus intercedẽs habet excludere. Nam primò mr̃imoniũ est sacramẽtũ:qa significat vnionẽ inter Christũ & ecclesiã:vt in.c.debitũ.de biga.vñ sicut Christus volũtariè assumpsit carnẽ humanã ita & mr̃imoniũ illã vnionẽ designans debet esse voluntariũ,vt signũ correspondeat signato.arg. insti.de do.in.§.est & aliud. Secũdò met⁹ impedit procreationem sobolis q̃ est scd̃m bonũ mr̃imonij,qa propter displicentiã nõ in tẽdit procreationi prolis seu sobolis. Tertiò est cõtra bonũ fidei. nam fides est vnũ ex bonis matrimonij.vt nullũ sit adulteriũ,sed propter metũ seu inuitas nuptias de facili cõiuges labunť in adul
8 teriũ,qa qd̃ qs nõ diligit,facilè cõtẽnit.vt.c.p̃sens.xx.q.iij. ¶ † Itẽ est cõtra secundã institutionẽ matrimonij.fuit em̃ mr̃imoniũ secundò institutũ vt euitareť fornicatio:sed si nuptiæ inuitæ valerent nõ sequereť iste effect⁹.imò cõtrari⁹:& ideò iura induxerũt
d vt matrimoniũ sit ipso iure nullũ:[d] nec mirũ,cũ & ipsa dos metu constituta nõ valet.vt in.d.§.si dos.licet Bart.reddat ibi rõnẽ minus sufficientẽ.intelligo q̃ si interueniret stipulatio,valeret dos metu constituta,sed hodie hoc est inutile,cũ ius fingat semp stipulationem interuenire.l.vnica.C.de rei vxo.act.Itẽ text.in.d.§.si dos.loquit indistinctè.& hęc notabis.Inno.hic dicit plura.quęrit em̃ qd de alijs actis gestis per metũ? vt pone q̃ aliq̃s est in carcere
9 an teneat quod egit.dicit Inn.q̃ † vbi met⁹ infert sup eo sup quo
e detinetur nõ valet.[e] tex.est in.l.q̃ in carcere.ff.q̃ me.cã.sed si metus sunt diuersi bene valet.puta qs est in carcere pro debito põt cõtrahere matrimoniũ.l.metũ.§.qd̃ licet.ff.qd̃ me.cã.ex quo non fuit reclusus vt cõtraheret mr̃imoniũ:& sic mr̃imoniũ cõtractũ etiã in carcere valet,& tenet,dũmodò nõ sit ibi reclusus vt matrimoniũ cõtraheret:secus qñ esset captus ab hostibus: tũc em̃ non tenet matrimonium:tñ q̃ teneat in cõtrariũ est text.in.c.dñs.de secun.nup.dictum tamẽ Inn.põt saluari quo ad præcedentia.s.q̃ non possit constituere procuratorẽ ad matrimoniũ cõtrahendũ.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Sponsalia de futuro si sequuta est copula nõ soluuntur per matrimonium de præsenti: secus est si copula non est sequuta,nisi per metum qui possit cadere in constantem contractũ sit.*

2 *Carnalis copula præcedens sponsalia nõ facit illa trãsire in matrimonium de præsenti:& ita probatio copulæ simpliciter non concludit matrimonium.*

3 *Verba,promitto te ducere in vxorem,inducunt sponsalia de futuro: sed si diceret promitto tetenere in vxorẽ: cõtrahitur matrimoniũ de p̃senti.*

4 *Desponsare dicitur tàm in matrimonio de præsenti,quàm in matrimonio de futuro.*

Desponsatio & sponsus quid significent.

5 *Metus qui non cadit in constantem non impedit actum etiam summam libertatem requirẽtẽ,nec etiam libertas per eũ excluditur.*

6 *Præsumptum matrimonium habet tantam vim quantam verũ,ex hoc infertur quòd depositum in casu vero habet locum in præsumpto.*

7 *Matrimonium metu cõtractum est ipso iure nullum.*

Occidere an poſsit pater inuentum cum filia in actu venereo.
Metus à iure approbatus an excuſet vt ſi comminata fuerit alicui mors qui inuentus fuerit cum aliqua in actu venereo?

¶ CAP. XV.

VEniens.¶ †Sponſalia de futuro ſi ſecuta eſt copula non ſoluũtur per ſponſalia de præſenti, aliâs tenẽt ſponſalia de preſenti, niſi per metũ qui potuiſſet cadere in conſtantẽ cõtracta ſint. primò ponit caſum. Secũdò diffiniẽdo cõmittit. ibi: *Ideoque.* ¶ Caſus literalis. Quidã nomine Gu. quãdã mulierẽ in domo ſua recœpit, de qua prolẽ habuit. & ei poſtmodũ fidẽ dedit ꝙ eã duceret in vxorẽ. poſt hoc acceſsit ad domũ vicini ſui: & ſic cũ nocte illa in domo vicini ſtetiſſet inuentus fuit cũ filia vicini dormiuiſſe: pater puellæ inueniẽs illos ſimul in lecto cõpulit illũ accipere in vxorẽ filiã ſuã per verba de p̃ſenti. Iſte Gul. acceſsit ad pa. & oppoſuit ei p̃dicta. vñ mãdat papa Epiſcopo loci quatenus ſi inuenerit ꝙ primã mulierẽ poſt fidẽ datã cognouerit cũ ea remaneat. Si verò ipſam poſt fidẽ præſtitã nõ coguouit maneat cũ ſecunda: niſi per talẽ metũ fuiſſet cõpulſus eã accipere in
2 vxorem qui poſſet cadere in conſtantẽ virum. Ber. ¶ †Not. primò ꝙ ſpõſalia de futuro non trãſeunt in matrimoniũ per præcedentem copulam ſed per ſequentem. probãs ergo ſponſalia & copulã ſimpliciter non concludit matrimoniũ, cũ copula potuerit
a procedere vt hîc. & probatio debet concludere neceſſariò [a] vt in
3 c. in preſentia. de proba. ¶ †No. ij. ꝙ per iſta verba promitto te ducere in vxorẽ nõ contrahitur matrimoniũ de præſenti: ſed ſolũ ſponſalia de futuro. ſecus ſi diceret promitto te tenere in vxorem: vt in. c. ex parte. & quod ibi dixi. §. c. ¶ †Not. ibi. *deſponſare.*
ꝙ verbum deſponſo põt conſtituere matrimoniũ de preſenti. & põt tunc dici deſponſatio. i. promiſsio reſpectu traductionis ad domum & copulæ futurę: nõ autem reſpectu contractus eſſentię
5 matrimonij: quia propriè ſpõſus idẽ eſt ꝙ futur⁹ marit⁹. ¶ †No. ibi. *conſtantem.* & tene menti ꝙ metus qui non cadit in conſtan-
b tem [b] non habet impedire actũ etiã ſummam libertatem requirẽtem: non ergo excluditur libertas per metum qui non poſſet ca-
6 dere in conſtãtem. ¶ †Item no. ꝙ matrimoniũ præſumptum habet tantam vim quantam matrimonium verum. nam vides hîc ꝙ ſi concurrit præſumptum cum vero præfertur prius tempo-
c re. Ex hoc infert ꝙ diſpoſitum [c] in caſu vero habet locũ in caſu
7 præſumpto. facit qd legit & no. in. l. ſi poſſeſſor. C. de re. & ſump. fu. & in. l. certè. ff. de preca. ¶ †Itẽ poteſt hîc notari tex. apertus quòd matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum. nã (vt hîc vides) nulla petita fuit reſciſſio per actionem, quod me-
8 cauſa. ſed ſimplr papa reſpondet quid iuris eſt. ¶ †In glo. fi. in fi. hoc contrariũ ſoluitur tribus modis. primo vt ſentit Hoſt. quòd
d patri licitum eſt [d] occidere turpiter inuentum cum filia quando eos commiſcentes reperit: ſed hîc reperit eos in eodem lecto non aũt in eadem carne: ſed hæc ſolutio non eſt bona: quia tex. in. l. quod ait lex. ff. de adul. pręſtat hanc facultatem patri etiam ſi reperit eos in actibus venereis. i. actibus præparatorijs, vt ſunt colloquia, oſcula & ſimilia, vt ibi nota. in glo. & ideo ſi reperit iſtos in lecto vel ſolos in camera iuſtè poterat cõminari mortẽ: & ideo talis metus vt à iure approbatus habet excuſare. vt in. l. ſi mulier. alle. in gl. Secundo ſoluitur per Abb. & Gof. ꝙ ſpãle eſt in matrimonio in prærogatiuã ipſius matrimonij. & hęc ſol. multũ mihi placet propter ea quæ dixi. §. ca. proxi. nam metus repugnat omnibus tribus bonis matrimonij, ideo ab omni coactione debet eſſe liberum. Tertiam ſo. ponit idem Gof. ꝙ licet de iure ciui
e p̃t ferre ſnĩam.[e] vt in.c.afferte.de p̃ſumpt.ĩ.l.iudicia. C. de rei vẽdi.& in.l.ſciãt cũcti.C.de proba.canonizata.ij. qõ.viij.c.ſciant cũcti.neq; ſup his põt dari certa regula: nã ſecũdũ qđ indicia ſtringũt p̃ſumptio facit gradũ probatiõis:facit qđ no.Bar.in.l.admonẽdi. ff.de iureiurã.& vide qđ plenè dixi de p̃ſump.in.c.q̃to.hęc verò p̃ſũptio iuris & hoĩs cauſat qñq; ex facto quã gl.appellauit p̃ſũptionẽ facti,qñq; ex natura ideſt ex cã naturali:quã glo. appellauit p̃ſumptionẽ naturę:qñq; ex geſtis & cõſuetudine hoĩs & gl.appellauit p̃ſumptionem hominis: ſed certè illa habent ſe tanq̃ materia ad pręſumptionem hominis,iuris,& iudicis. Abbas.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Sponſalia de præſenti nõ ſoluũtur per ſequens matrimonium etiam carnali copula conſummatum.*
Sponſalia de futuro etiam iurata ſoluuntur per ſponſalia ſubſequentia de præſenti.
2 *Sponſalia dupliciter cõtrahũtur,alia videlicet de præſenti & alia de futuro,& quare illa de præſenti ſponſalia dicãtur.*
Spõſa dicitur vxor de præſenti ante cõſũmationẽ matrimonij.
Vxor an veniat appellatione ſponſæ & econtra?
3 *Loqui quis prius debeat & interrogari in cõtractu matrimonij maſculus vel fœmina? & dic quòd ſtatur conſuetudini.*
4 *Verba nõ ſunt ſtatuta certa pro cõtrahẽdo matrimonio:ſed ſufficit quòd per verba exprimatur conſenſus de præſenti.*
Iuram. & carnalis copula nihil addũt ad ſubſtãtiã matrimonij
5 *Sponſalia de futuro etiam iurata non impediunt matrimoniũ cum alia contractum.*
6 *Verba etiã in loqui valente nõ ſunt neceſsaria ad matrimoniũ dũmodo ſigna appareãt, vt puta ſi mulier annuit cãpite,vel manũ porrexit & paſsa eſt ſe ſubarrhari per ĩmiſsionẽ ãnuli.*
Verba placet & conſentio an ſufficiãt ad matrimonium.

¶ CAP. XXXI.

SI inter virum. † Sponſalia de pręſenti nõ ſoluuntur per ſequẽs matrimonium etiam carnali copula conſummatũ: ſed ſponſalia de futuro etiã iurata ſoluũtur per ſequẽtia de p̃ſenti.duo ſunt dicta.Secundum ibi. *Verùm*. ¶ Caſus literalis.Si inter virũ & mulierẽ cõſenſus de p̃ſenti interuenerit ſub hac forma verborũ. Ego accipio te in meũ:& ego accipio te in meã.vel per alia verba cõſenſum exprimẽtia de p̃ſenti ſiue iuramentũ interuenerit ſiue nõ.nõ licet alteri poſtea ad alia vota tranſire, qđ ſi fecerit etiã ſi carnalis copula fuerit ſubſecuta poſſunt e ſeparari:& primum matrimonium in ſua firmitate remanet.Sed ſi inter eos verba interuenerint de futuro vtroq; dicẽte alteri.ego accipio te ĩ meã: & ego accipio te ĩ meũ.vł ſiſmilia verba.ſi alter cũ alia poſtmodũ ꝑ verba cõtraxerit de p̃ſenti,nõ debẽt ſeparari:ẽt ſi inter ipm & primũ iurm ĩteruenerit:ſed de fide mẽtita ei eſt pœnitẽtia iniũgẽda.Ber. ¶ † No.priò q̃ ſpõſalia cõtrahunt̃ dupl̃r:qñq; ſcilicet ꝑ verba de futuro.i.per verba exprimẽtia cõſenſũ nõ de p̃ſenti:ſed de futuro.& iſta rectè & ꝓpriè poſsũt dici ſpõſalia.qa qs ſpõdet aut ꝓmittit ſe futurũ maritũ vel vxorẽ.q̃dã dicunt̃ ſponſalia de p̃ſenti.i. ſpõſalia cõtracta per verba exprimẽtia cõſenſũ de p̃nti.

a ¶ Præſumptionẽ. Fallit quãdo vellet ꝓbare ſe debere reſtitui ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa videbit. Cy.in.l.j.C. de cõdi.inde.Spe.in ti. de exec. ſnĩæ.§.ſi. Ant.in.c.ſuborta, ſ.de re iudi.Alex. in.l. inter ſtipulãtẽ.§.ſi ſtichũ. in .j. col.ff.de verb.ob.
✤ SEBA.SAPI.
a ¶ Præſumptionẽ. Vide Alexan.vbi ponit regulã cum tribus limitationibus.ĩ.l.ãdiuo pio. §.ſi pignora.ff. de re iudic.& Feli.in c.quãto.co.ñ.ſ.de præſum. vide etiã Iaſo. in.l. ſi prius. col. xv.ff. de ope. no. nun. & Bartholo. vero. cau. xxij.& Lãfran.de ori.in.c.qm̃ cõtra. in verbo cõfeſsiones. in princ.ſ. de proba.Feli.ĩ.c. cũ ioannes.colu.xiij. ver.ſecũdus caſus. ſ.de fide inſtru.
b ¶ Admittit̃ probatio.facit gl.in.l. j.C.de dolo . vbi Sali.Bar. in.l. abſentẽ.ff.de pœnis. Andr.Barba.
c ¶ Idẽ vult. Adde Lud.ro.cõſi.cccc.
d ¶ Retractari . ſequit̃ Ro . in . l. ad monẽdi.in.xj.col. ff.de iureiur.ſequitur hic Ant.de bu. reputãs hoc dictũ ſingulare.& ĩ. c.fi. ſ.de ſucceſ. ab inteſta.ſequit̃ Abb. in.c.q̃to.ſ. de præſump. & in qõne per eũ diſputata incipiẽte ſtãte ſtatuto.in.xviij. col. Bal.in aut.ad hoc de vſur. Bar . cepo.caute.xxiij.Ia. latè.in.l.admonendi.col.xix.ff.de iureiu.
e ¶ Snĩam.tamẽ nõ põt ferri cõdẽnatoria.d . c. afferte. ſecũdũ Old. conſ. xciij.

a ¶ Annuit.hoc verũ in his q̃ nõ req rũt verba ꝑ ſubſtãtia.l.j.§. ſi quis ita.& ibi glo.ff.de ver.ob.in ver. annuiſſet.l. ſi ſtipuler.ff.e.gl. in.l. itẽ qa.ff.de pac.ĩ quibus locisgl.voluit ꝙ ſtrĩgendo quis humeros dicit cõſentire.Imo.ĩ.d.§. ſi quis ita.reprehẽdit illã gl.quia vt experiẽtia docet q̃ eſt rerum magiſtra:ſtrĩgẽdo quis humeros dicitur dubitare.

b ¶ Cõſummatũ.qa licet in delictis affectus habeat pro delicto cõſummato.l. quiſquis. C. ad legẽ iul.maie.c. j.ſ.de eo qui mi.in poſ.tñ ſecꝰ eſt ĩ cõtractibꝰ vt eſt hic tex. ſecũdum do. Phi.de fran.

a ✠ SEBA.SAPI.

b ¶ Cõſummatum. de hoc latè ꝑ Feli. in.c.j.col.j. cũ ſeq. ſ.de ꝓſum.& ĩ tracta.qñ conatus puniatur:& ꝑ Mod. in.l.j. §.fi.ff.quod quiſq; iuris.

c ¶ Ad copulã vel, diſtingue qñq; cõtrahunt de pñti q̃ iuris interp̃tatiõe cẽſent eſſe de futuro vt ꝓpter defectũ legitimæ ętatis & iſta trãſeunt in matrimoniũ nõ ſolũ ꝑ copulã carnalẽ ſed & ꝑ aliũ modum per oſcula & cohabitationẽ. & eſt vnum cõſilium plenum Cornei. cxvj.ĩ.iiij.col. vide Phil.frã.in. c.vnico.§.idẽ quoq;.de deſpon.ĩpu.li. vj.

✠ SEBA.SAPI.

d ¶ Si ſpõſus. Adde ꝙ quando matrimonium non põt habere ſuum effectum vt per impotentiã coeundi, in dubio non iudicatur pro matrimonio:vt no.d.Abb. in. c.fraternitatis. col.iiij.verſi.ſed eſt dubium.j. de frig. & malefi. quod dicit eſſe mirabile.

& iſta impropriè appellãtur ſponſalia reſpectu vinculi matrimonialis:ſed pñt appellari ſpõſalia reſpectu executionis matrimonij:quia vterq; ſpondet in futurũ reſpectu executiõis ſed reſpectu vinculi ꝓmittit de pñti. Et ſic no.ꝙ ante carnalẽ copulã & traductionẽ ad domum põt vxor appellari ſpõſa.& ita in multis locis appellat. & hoc facit ad ſtatuta odioſa faciẽtia mentionẽ de vxore.vt nõ cõprehẽdãt iſtã ſponſam de pñti maximè propter cõem vſum loquẽdi.de quo vide quod dixi. ſ. e.ſuper rubr. ¶ † Secũdò no.arg.ſecũdũ Io.an.ꝙ in cõtractu matrimonij debet maſculꝰ primò loq; ſeu interrogari.Ad idẽ.c.licet.de ſpon. duo.fateť tñ ꝙ alibi ſeruat cõtrariũ vt paduę:ſed nõ eſt vis.qa hoc nõ eſt de ſubſtãtia matrimonij.& fortè ob bonã cãm in aliquibꝰ locis ſeruat vt mulier primò interrogeť. qa cũ ſit variabilis cautiꝰ eſt priꝰ ꝑſcrutari cõſenſum ſuũ, ne vir primò cõſentiẽs remaneat cũ dedecore ea poſtmodũ nolẽte conſentire. ¶ No.tertiò ibi: *vel alia verba &c.*ꝙ in contractu matrimonij nõ eſt ſtatuta certa forma verborũ,ſed ſatis eſt ꝙ ꝑ verba exprimat cõſenſus de ꝓſenti.Itẽ not. ꝙ iuramentũ nõ addit ad ſubſtãtiã vinculi matrimonialis nec etiã copula carnalis. ¶ † Vltimò no. ꝙ ſponſalia de futuro iurata non impediũt matrimoniũcũ alia cõtractũ. de quo in.c.ſi cui.ſ.e ¶ † In gl.j.in fi.no.ſingulariter iſtã gl. q̃aperit intellectũ. c.tuę.ſ.e.magis q̃ ibi fecerit.vult em̃ ꝙ etiã in loqui valẽte ſufficiãt ſigna preſertim ſi in maſculo exp̃ſſè cõſentiẽte mulier annuit[a] capite,vel porrexit manũ & paſſa eſt ſe ſubarrhari per ĩmiſſionẽ annuli. ¶ † Et per hoc dico deciſam eſſe queſtionẽ docto. q̃rentiũ hic quid ſi maſculꝰ dicat ego accipio te in meam:& fœmina dicit placet vel cõſentio. nunqd ſit matrimoniũ? & videbatur ꝙ nõ qa tex.videbat exigere vt mulier ꝓferat cõſimilia verba,ſed cõtrariũ fuit bis iudicatũ vt refert hîc Abbas.nã nõ refert ꝑ q̃ verba exprimat cõſenſus de pñti.vt patet in text. ibi: *vel alia verba.*

Abbas.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

Niſus ad copulam non facit ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium.

Ius quãdo aliquid inducit ex præſumptione certa,ſeu ex aliquo facto non ſatiſſit iuri niſi factum ſit perfectum & non ſufficit inchoaſſe.

Pœnã impoſitã à iure vel ſtatuto propter aliquod delictũ non incurrit ille qui delictum tantum inchoauit niſi perficiat.

Inceptum delictum habetur pro conſummato,& an hoc ſit indiſtinctè verum in foro fori & in foro poli.2.

Sponſus ſi defloravit ſponſam,ex quo tamẽ non fuit ſubſecuta ſeminis commixtio,nõ eſt iudicandum pro matrimonio.

Receptio munerum & iocaliũ & amplexus an faciãt tranſire ſponſalia de futuro in matrimonium.

¶ CAP. XXXII.

A Doleſcens † Niſus ad copulã nõ facit ſpõſalia de futuro trãſire in mr̃imoniũ.ponit dictũ cauſam inſerens ibi: *Cum qua.* ¶ Caſus literalis. Adoleſcens quidã cõtraxit cum quadã ꝑ verba de futuro. Et niſus fuit ſæpe illã cognoſcere ſed nõ potuit:poſt modũ per verba de ꝓſenti cũ alia cõtraxit,quęriť quã debeat habere:diciť ꝙ primã habere nõ põt:cũ illud nõ fuit verũ matrimoniũ ex forma cõtractꝰ,nec præſumptũ. qa conatꝰ nõ habuit effectũ.& ita ſecũdã habebit vxorẽ. ¶ † No.primò & tenementi.ꝙ vbi ius aliquid inducit ex præſumptione certa ſeu ex aliquo facto,nõ eſt ſatiſfactũ iuri niſi illud factũ ſit perfectũ.vnde nõ ſufficit factũ ĩchoaſſe.ſicut dicimꝰ in ſiſi qñ pœna eſt appoſita ipo iure ex aliquo maleficio ad incurrendũ pœnã nõ ſufficit maleficiũ eſſe inchoatũ
b niſi etiã plenè ſit cõſummatũ[b] vt in.c.perpetuę. de ele. lib.vj.iuncto.c.cũ ĩ cũctis.eo.tit.firmat Io. an.in regula odia.de reg.iur.lib.vj.in mercu.facit ad materiã. l. ſi qs nõ dicã rapere. C.de epiſ.& cle.& tetigi in.c.j.de eo qui mit.in poſ.& rõ eorũ põt eſſe quia hęc odioſa & deuiãtia à reg.iur.debent reſtringi.vt in.c.pœnę.de pœni.di.
3 j. † Contra iſtum tex.opp.de.c.iuuenis.ſ.e.vbi niſus ad copulã habuit effectũ.Itẽ delictũ habeť pro cõſummato ſaltem quo ad deum ex inchoatiõe. vnde ſcribitur q̃ viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eã iã mechatus eſt eã in corde ſuo.xxiij.q.v.c.nec ſolo &.c.q viderit.& de pœn. diſtin.j.c.ſi cui.&.c.ſi ꝓpterea.Sol. ꝓpter hęc contraria Gaſ.de cal.reſtringit iſtũ tex.vt intelligať qñ ſpõſa erat impubes,ita ꝙ nõ poterat exp̃ſſè nec tacitè in matrimo
c nio conſentire,aliâs inter maiores niſus ad copulã[c] induceret matrimonium pręcedẽtibus ſponſalibꝰ. Sed hæc opi.deſtruit iſtam literã q̃ indiſtinctè loquiť & oẽs doc. tenẽt oppoſitũ:nã cũ copula ſequens inducat matrimoniũ verũ ex p̃ſumptione iuris deuiantis à cõmunibꝰ regulis nõ debemꝰ extẽdere illã p̃ſumptionẽ ſeu fictionẽ ad cauſam nõ exp̃ſſam.facit qđ no.in.c.noſtra.de iniur. & in.l.iij.§.hęc aũt verba.ff.de neg.geſt.imò plus ſentit
d Inn.hîc ꝙ ſi ſponſus[d] defloravit ſpõſam ex quo tñ non fuit ſubſecuta ſeminis cõmixtio nõ eſt iudicãdũ ꝓ matrimonio.pro hoc etiã facit. qa duo ſponſalia nõ debẽt cõcurrere circa idẽ vt in.l.j.C.de do.promiſ.ſed in caſu noſtro ſi niſus ſufficeret cõcurrerẽt duo ſpõſalia.primũ ꝙ copula trãſſunderet ſpõſalia ĩ matrimoniũ.Secũdũ ꝙ niſus ad copulã haberet pro actu cõſummato. Tene ergo ſimplr ꝙ q̃tũcunq; ſponſi ſint maiores niſi perfectè ſponſus cognoſcat ſponſam nõ trãſeũt ſponſalia in matrimoniũ. ¶ † Sed q̃ro quid ſi ſponſa de futuro recipit
4 iocalia & amplexata eſt ſæpe ſponſum nũquid ex his ſpõſalia trãſeũt in matrimoniũ? Cõclude ſic.aut ſunt ſpõſalia de futuro verbis & mente cõtrahẽtiũ,& ꝓpter hæc & ſimilia non tranſeũt in matrimoniũ,ſed videť amplexari virũ ſpe futuri matrimonij.& de hoc eſt caſus in.c. j.de ma.contrac.contra interdi.ecc. Aut p̃ceſſerũt ſponſalia de p̃ſenti verbis & mẽte cõtrahẽtiũ ſed iuris interp̃tatiõe ſunt de futuro ꝓpter minorẽ ętatẽ vtriuſq; vel alteriꝰ,& tũc ſi peruenĩũt ad ętatẽ legitimã intercedẽtibus p̃dictis ſignis illa ſpõſalia trãſeũt in matrimoniũ. & de hoc eſt caſus cũ gl.in.c.j.de deſpõ.ĩpube.li.vj.& ibi per Io.an.nũquid aũt ꝑ traductionẽ ſpõſę ad domũ viri trãſeãt ſpõſalia in matrimoniũ circa carnalẽ copulã.tenet Io.an.hîc ꝙ ſic:allegat.l.q̃ſitũ.ff.eo.& alia iura canonica q̃ hoc nõ probãt:vnde Io.cal.& do.Ant. tenẽt oppoſitũ,qđ mihi plꝰ placet:qa hæc fictio ſiue p̃ſumptio cũ ſit à iure exorbitãs nõ debet extendi ad cauſam in iure nõ expreſſam.quod no,ad aliam materiã.Hîc nõ alia.

De deſponſatione impuberum. Rubrica.

¶ Suprà vſum eſt de ſponſalibꝰ in genere:nũc de eis ſubmittit in ſpecie.ſ. de his q̃ cõtrahunť per ĩpuberes. Vel aliter & ſic. Quia ad ſpõſalia cõtrahẽda certa ętas determinata eſt à iure.iõ poſt rub.p̃cedẽtẽ ſubijcit iſtã in qua tractať de ętate habili ad ipa ſpõſalia:iõ &c. De materia huius rubr.vide.xxx.q.ij.facit.xx.q.j. c. j.&repetitur in vj. Abbas.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Pater pro filio impubere contrahit ſponſalia,pro pubere verò non,niſi conſentiat.*

2 *Ætas quatuordecim annorũ dicitur perfecta reſpectu matrimonij cõtrahẽdi:quò verò ad alia nõ niſi.xxv.an.attigerit.*

3 *Differentia an ſit inter filium puberem vel impuberem quo ad ſponſalia per patrem contrahenda?*

4 *Metus ſiue reuerentia paterna non facit matrimonium nullũ, niſi ſit talis metus qui poſſit cadere in conſtantem.*

Matrimonialis

Matrimonialis causa secundū canones & nō secundū leges terminatur.

5 *Filia quæ inscio patre matrimonium contraxit an vitium ingratitudinis incurrat & propterea possit à patre exhæredari?*

6 *Pater an teneatur filiā dotare quæ matrimoniū cōtraxit sine suo cōsensu? Dotium causa fauorabilis est.*

7 *Verbum debet an importet necessitatem vel honestatem.*

¶ CAP. I.

1 VA. †Pater pro filio impubere spōsalia contrahit, pro pubere verò non, nisi cōsentiat. h. d. Habet tria dicta. Secundum ibi: *potest.* Tertium ibi: *Et postquā.* ¶ Casus literalis. Pater vult ꝙ filius eius contrahat cum aliqua muliere: & filius adultus non vult contrahere cum illa, quērit an pater filium cōpellere possit vt cum illa contrahat? dicitur ꝙ si filius nō consenserit id fieri non potest, sed filiū nondum adultū pōt pater cui vult in matrimoniū tradere: qa voluntas ipsius adhuc discerni non potest: sed postq̄ venerit ad ætatem legitimam debet factum patris ratum habere si sibi placuerit, sed
2 non cōpellitur. Ber. ¶ †No. primò ꝙ post. xiij. ann. quis appellat adultus, & in perfecta ætate cōstitutus. & hoc respectu matrimonij contrahendi. nam quò ad alia non dicitur perfectę ætatis nisi
3 attigerit. xxv. ann. ff. de mino. quasi per totū. ¶ †Opp. contra tex. & videtur ꝙ nulla sit differentia inter filium adultū & minorem per tex. in c. vnico. eo. tit. lib. vj. vbi dicitur ꝙ ex sponsalibus contractis per parentes non obligantur filij puberes vel impuberes, nisi cōsentiāt tacitè vel expressè, vel sint presentes & non contradicant. Sol. dicendū est ꝙ in veritate quò ad iuris effectum nulla est differētia inter istos vt saluet distinctio huius. c. dicit do. Ant. tex. istū procedere quando filius est infans, vt sic pater possit pro eo sponsalia cōtrahere. tamē dico ꝙ illa sponsalia nullius sunt effectus. tex. est. xxx. q. ij. in c. vbi. & j. eo. c. literas. Sed pōt distinctio huius. c. referri ad factū & honestatē quandā vt pro filio in ætate habili ad sponsalia cōtrahenda pater eo nō consentiēte sponsalia contrahere non debet: sed pro filio infante ex quo eius voluntas discerni nō pōt sponsalia cōtrahere pōt ponēdo spem in ratificatione filij q̄n fuit factus maior: tamen quò ad iuris vinculū nulla ex his spōsalib⁹ oritur obligatio quò ad ipsum filiū. vt in. d. c. vbi.
4 & j. eo. c. literas. cum seq. ¶ †In glo. j. ibi: *coactione paterna ductus.* intellige. glo. de actione reuerentiali paterna: vt qa ob reuerentiā patris filius contraxit cum ea cum qua fuisset contracturus si sui iuris extitisset. & ita propriè intelligitur. l. si patre. alleg. ī gl. secus autem si fuisset coactus à parēte vi vel metu qui potuisset cadere in constantē. nā tūc matrimonium nullum esset vt patet. s. ti. pxi. c. veniens. el. ij. & c. cū locū. & not. in. d. l. si patre. Et in fi. gl. hodie stamus canonibus non autem legibus. quia materia matrimonialis est canonica & nō legalis. vt de or. co. c. tuā. Et no. gl. ꝙ de iure canonico non cogitur filia consentire sponsalibus per patrē contractis & ꝙ tenet matrimonium per eam contractū sine cōsensu
5 patris: quod clarius probat. in. d. c. veniens. ¶ †Sed circa hoc q̄ro nunquid filia incurrat vitiū ingratitudinis vt possit exhęredari à
a patre si contraxit matrimoniū sine cōsensu patris? [a] Goff. dicit ꝙ fic. ad hoc qd habetur in auth. vt cū de ap. cog. §. si alicui. matrimonium tamē tenet: vt hīc. Sed Host. hoc dictū non approbat nisi filia eligeret turpē vitam. & hoc vltimū dictum cōmuniter approbatur arg. j. de secū. nup. c. pe. & vlt. Ex quo enim filia vtit permissione canonica non debet incurrere vitiū ingratitudinis. ¶ †Sed
6 b quæro de quæstione quotidiana, nunquid pater [b] teneatur filiam dotare ex quo contraxit matrimonium sine suo consensu? doct. non tangunt hīc, sed ꝙ teneatur habes gl. notabilem. xxxij. q. ij. c. fi. & in. c. de raptoribus. xxxvj. q. c. quę tamē gl. limitat primum dictum nisi filia elegerit maritum moribus suis indignum. & idem ibi tenet Archi. Sed aduerte latius, aut filia nupsit post. xxv. ann. & tūc pater nō potest sibi impingere aliquam culpā ex quo tanto tempore distulit eam collocare: vt in. d. §. si alicui. Si tamen nupsit sine promissione dotis non potest pater cogi ad dotē præstandā: quia pater cogitur præstare dotē vt possit filia reperire maritū. vt in. l. qui liberos. ff. de ritu nu. & l. fi. C. de do. promis. ex quo filia reperit maritum sine dote cessat causa compulsionis legalis: & idē est si contraxisset in minori ætate: vt voluit notāter Bar. post Guil. de cu. in. l. obligamur. ff. de act. & obli. a sic limita gl. supius allegatā. Aut filia cōtrahit an. xxv. ann. & tūc est dubiū nūqd pater teneat ad dotādū: credo ꝙ sic. q̄n pr̄ tenetur alere filiū, nec ex cōtractu illi⁹ mr̄imonij, p̄t sibi denegare alimēta: cū in istis spōsalib⁹ filia nō sit sub ptāte prna: vt ī. c. fi. annū. de iud.
c li. vj. forti⁹ ergo tenet dotare, [c] qa cā dotis est fauorabilior cā alimētorū: vt no. Cy. in. l. nō oī. C. de admi. tu. & hoc ītellige cū distinctiōe p̄missa q̄n nupsit, p̄mittēdo dotē, & sic
7 aliās cōsului in q̄one facti. ¶ †In gl. fi. not. gl.
d iūcto tex. ꝙ verbū debet [d] q̄nq̄ īportat honestatē & nō necessitatē ēt si p̄cedat verbū oīno: & hęc iō. qa materia non necessitat: aliās de sui natura importat necessitatē: vt est gl. no. in cle. attendentes. de statu re. per Bar. in l. creditores. C. de pign. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis cōiungi non debent. 6.*

2 *ÆEtas ad matrimoniū non tantū secundū canones sed etiam secundū leges ætenditur.*

Legum authoritas in matrimoniali cā attenditur.

3 *Necessitate vrgente vel pro bono pacis pōt quandoque recedi à iuris dispositione.*

4 *Bonū pacis est quādoque cā inductiua ad matrim. contrahendum: nec peccant contrahentes.*

5 *ÆEtas septem annorum quo ad sponsalia communis est masculo & fœminæ sed respectu matrimonij differentia est.*

ÆEtas. xiiij. an. requirit in masculo. xij. ī fœmina. Fœmina citius pubescit quàm masculus & quare?

¶ CAP. II.

1 VBi non. ¶ †Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis cōiūgi nō debēt. Primò ponit dictū. Secūdò excipit. ibi. *nisi.* Tertiò exemplificat. ibi. *vt pote.* ¶ Casus literalis. Dicit hīc ꝙ aliq quorum vterq̄ vel alter ad ętatē legitimā nō puenerit cōiūgi nō debēt nisi fortè aliqua cā interueniēte, vt puta pro bono pacis cui⁹ cōtrariū fuit cā hui⁹ p̄hibitiōis. puta cōtrahebāt aliq ī minori ętate cū ad ętatē legitimā pueniebāt displicebat alteri & sic nō cōtrahebāt ꝓpter qd scandalum &
2 odiū ĩter parētes oriebat. Ber. ¶ †No. ibi: *legibus vel canonibus.* & tene mēti ꝙ respectu ętatis aptę ad matrimoniū nō solū recurrimus ad canones sed ēt ad leges: & sic facit iste tex. in ar. ꝙ ēt in materia matrimo. possum⁹ recurrere ad leges canonib⁹ non cōtrarias.
3 ¶ †No. secūdō ꝙ exvrgēti necessitate vel p bono pacis pōt q̄nq̄ recedi à dispōne legali
4 seu canonica. facit. xxix. di. p totū. ¶ †Vltiò no. ꝙ bonū pacis est q̄nq̄ cā īductiua ad matri. cōtrahēdū nec pęccāt ob hāc cām cōtrahētes. facit ꝙ no. gl. xxvij. q. j. in fi. summæ.
5 ¶ †In gl. ij. ī fi. no. gl. ꝙ ī spōsalib⁹ de futuro ętas. vij. ān. est cōis masc. & fœmi. sed respectu matri. cōtrahēdi est dr̄ia [e] inter mascu. & fœmi. qa masc. regu. debet cōpleuisse ann. xiiij. fœmi. vexò. xij. & est rō. qa ad matrim. cōtrahēdū ętas req̄rit ꝓpter potētiā coeūdi sed mulier naturaliter citi⁹ pubescit q̄ masc. ideo &c. Quare autem fœminæ citius pubescant dicit gloss. in. l. ij. C. de his qui ve. æta. impe. quod mala herba cito crescit: sed alias

a ¶ Patris. hodie est correctū p. §. causas. in auth. vt cū de app. co. & filiæ cō trahēti sine cōsensu p̄ris nō fit p̄iudiciū neq; ī dote nec in cōmuniōe actionis Barto. in. l. ñ. §. ꝙ si in p̄ris. ff. sol. ma. Im. in. c. accedēs. s. de ꝓc. vr tenere ꝙ p̄ tenet dotare filiā q̄n nubit indigno. Alex. ī. l. j. ff. sol. ma. sed in hoc vltiō cōtrariū tenuit gl. & ibi Archi. ī. c. de raptoribus. xxxvj. q. j. Io. an. & Ant. ī. d. c. accedēs. & Ab. ī. c. cū cā. j. de rap. Bal. ī. l. si p̄. C. de spōs. & ī. l. nec filiū. C. de nup. Alex. sibi cōtrari⁹ in. cōs. xcvij. in. j. vol. Sal. in. l. si vt proponis. C. de nup. & ista est cōis opi. vt attestat Ias. in. d. §. ꝙ si in p̄ris. sic tene ꝙ ēt hodie est correcta auth. sed si post. C. de inof. test. est cōtra Pau. de cast. ibi: & ita tenet Abb. hic & meli⁹ ī cōsi. xij. inci. vt clarè materia. cūmatrimonia debeāt ēe liberā. vt. s. ti. proxi. c. gemina. l. titia. ff. de ver. ob. ab oī metu pœnæ.

b SEBA. SAPI. ¶ Nūqd pater. vide Pet. de anc. ī. c. qntauallis. s. de iureiur. Bal. ī. l. fi. C. de fest. q̄ sine certa quan. profe. & Alex. ī cōs. cxxxix. incip. viso themate. in. ij. vol.

c ¶ Dotare. argumētū de dote ad alimēta nō ꝓcedit: patet qa pater nō tenet alimetare filiā diuitē. l. si qs. §. si qs. ff. de lib. agn. sed dotare tenet. l. fi. C. de do. ꝓmis. latè p Alex. in. l. j. ff. sol. mat. ī. iij. co.

d SEBA. SAPI. ¶ Debet. vide Ab. in. c. ꝓposuit. col. ij. s. de appel. Feli. in. c. nā cōcupiscētiā. col. ij. s. de cōsti. vbi dicit ꝙ verbū debet nō ī portat necessitatē q̄n adderet verbum habuit.

e ¶ Dr̄ia. est etiā in

faciendo teſtm̃.l. qua ętate.ff.de teſ.

SEBA.SAPI.

a ¶ Xiiij̃.annorum. Adde qđ no.Ioã. and.in.c. iordane. j.de eo qui cog. conſang. vxoris ſuæ.ꝙ mulier põt eſſe apta ad copulã etiã ꝙ multũ diſtet ab ætate legitima.& ꝙ añ ætatẽ xiiij̃.anno.puber tas poſsit cõſiderari tenet Rapha. cu.in cõſi.clxxxj. inci. ꝓponitur ꝙ Bartholomeus,

rationes reddũt doc j̃.eo. c. literas . videlicet quia mulier eſt ingenioſior & callidior . Itẽ ſex⁹ muliebris eſt debilior.vnde citi⁹ deficit 2
fœmina q̃ maſculus:& naturaliter videmus ꝙ id qđ citius deficit citi⁹ ꝓficiẽ. qcqđ ſit experimẽto cõpertũ eſt ꝙ fœmina citi⁹ pubeſcit & regulariter,in.xij.anno accedit puber 3
tas:iõ iura põfixerũt illã ętatẽ.¶ In gl.in ver. *cõiũgantur.* in fi.põdera gl.nã videt⁹ intellige re tex.reſpectu matrimonij & ſpõſaliorũ:& ſic ante ętatem pubertatis nõ debebãt ali- a
cui cõiũgi & idẽ ſentit Inn.& exp̃ſius Hoſt. dicẽs ꝙ cã hui⁹ ꝓhibitiõis fuit bonũ publicũ b
nã ex ſpõſalib⁹ q̃ tenẽt oriẽ impedimẽtũ publicę honeſtatis.cũ aũt de facili diſſoluãt cũ ꝓ minores cõtrahunt nõ põt ſponſa amplius
cõtrahere cũ cõſanguineis ſponſi nec ſpõſus 4
cũ cõſanguineis ſpõſę:vt i.c.ſpõſam.s.ti. ꝓxi. qđ videt cõtra mẽtẽ.l.j.ff.ſol.ma.&ſic apertè ſentit ꝙ maiores ſeptẽnio impuberes tũ nõ debẽt admitti ad contractũ ſpõſaliorũ dicebat tũ Io.an.ꝙ iſte text.loquit de honeſtate, qđ nõ puto verũ ꝓ illa verb. *diſtrictius inhibemus* . nec placet mihi cõis intellectus gl.& doc.prĩò:qa tex.dicit. *nõ cõiũgãtur.* ſed per ſponſalia non fit coniunctio ſed promiſsio cõiunctionis futurę.facit. xxv.q.x.c. noſtrates.Itẽ prę ſuppoſito ꝙ hoc verbum poſsit adaptari ad ſpõſalia ex alio capite nõ ꝓcedit cõis intellectus:qm̃ tex.iſte ꝓhibet añ q̃ vter que perueniat ad ętatẽ canonibus determinata:ſed poſt ſeptennium reſpectu ſpõſaliorũ peruenerũt ad ętatẽ legitimã:vt in. c.literas. & in.c.ſeĵ.e.ergo licitè cõtrahũt ſpõſalia.vñ intelligo iſtũ tex.ſtrictè qm̃ impuberes ambo vel alter cõtrahũt matrimoniũ & volũt intẽdere copulę carnali.talis eñ cõiũctio nõ eſt permittenda per eccleſiã ne poſtmodũ dubi tetur de validitate matrimonij prout accidit in terminis.s̃.eo.c.cõtinebaṫ:& adde hoc quod habetur in.c.vñico j̃.e.lib.vj. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Puberes ſunt quo ad matrimonium qui ex habitu corporis cõcipere & generare poſsunt.*
2 *Puberes dicũtur à pudicitia.*
Pudibũda loca olim inſpiciebãtur hodie verò nõ.
Argumentum ab ætymologia vocabuli.
3 *Pubertatis ſigna plura ſunt.*
AEtate nouem annorum quidam nutricem prægnantem reddidit.
Habitu & ex aſpectu corporis cognoſcitur an quis ſit maior vel minor.
4 *AEtate habilis ſed impotens ad coeundum matrimonium licitè contrahit quãuis nonnulli cõtrarium dicant.*
AEtas decẽ & octo annorũ eſt habilis ad coitũ.

b ¶ Prægnantẽ. Referunt hoc dictũ Bar.& doc.ĩ.l.ĩ pupillari, ff.de vulg. & pupil.ꝙ ſubſtitutio pupillaris expirat qñ filius impubes ſuſcepit filium, quod eſt poſsibile.

¶ *CAP. III.*

1 PVberes. ¶ † Puberes ſunt quo ad matrimonium qui ex habitu corporis cõcipere & generare poſſunt.Primò narrat dictũ.ſecũdò refert vnã opinionẽ ibi: *quidam.* Tertiò aliud dictum ibi: *Certum.* Quartò aliud .ibi : *& puerperæ.* ¶ Caſus literalis. Quia hæc rubrica de deſpon.impub. ſituata eſt dubitatũ fuit qui eſſent impuberes.Sed quia puberibus cognitis cognoſcũtur & impuberes:dicitur prius:tamen Iſidori & quorũdam aliorum recitata ſnĩa:eos verè puberes eſſe qui generare poſſunt.In fine dicit ꝙ illę ſunt puerperę quę in puerilibus annis pariunt.Ber.¶ † No.ar.ab ætymologia vocabuli. vocãtur enim puberes à pudicitia ſeu pudore corporis,quẽ ipſi & inſpectores patiebantur cũ loca pudibũda ĩſpicerent:ſed hodie hoc ſignũ eſt ſublatũ ab imperatore:quia cũ dubitatur de pubertate nõ debent inſpici loca pudibũda:vt in.l.fi.C.qñ tut.vel cura.eſſe deſi.¶ † Se cũdò no.tria ſigna quib⁹ cognoſcitur pubertas.Primũ iuxta ordinẽ literæ eſt fallax:quia nõ oẽs piloſi ſunt potentes,nec nõ piloſi impotẽtes.Secũdum ſcilicet ætatis eſt fallax:.quia multi pubeſcunt ante ętatem.xiiij.annorum.[a] vnde narrat Grego.in dialogo.ꝙ quidam puer ix.ann.reddidit nutricẽ prẽgnantem:[b] vt refert glo.xx,q.j.in ſumma.Tertium ſignum eſt infallibile.cũm.ſ. quis habet potentiam coeũdi.& no.ibi: *ex habitu corporis.* ꝙ qñque minor vel maior cognoſcitur ex aſpectu corporis:ad hoc. l. minor.xx.annis.ex aſpectu.ff.de mino.plenè per Bar.in.l.de ætate.ff.e. ¶ † In gl.ij.ibi: *contrarium credo.* no.iſtã gl.vult eñ quòd habilis ætate impotens tamen ad coeũdum valide non contrahit matrimonium,refert alios tenuiſſe cõtrarium: & hãc cõtrariam opinionẽ ſequũtur hîc communiter doct . reprobando gloſſ. ex quo enim habet ętatem legitimam ad matrimonium nec apparet de impedimento perpetuo tenet matrimonium: hoc probat j̃.de frigi. & malefi.c.laudabilem . nam ſi maritus non poteſt cognoſcere mulierem non diſſoluitur illico matrimonium:ſed debent dare operam per triennium vt ſic experiantur vtrum impedimẽtum ſit perpetuũ:aliâs ſequeretur ꝙ impotẽs ad coeũdũ propter infirmitatem non poſſet cõtrahere matrimonium. vnde in caſu noſtro debet iſte adoleſcẽs expectare vſq; ad plenã pubertatem. ſ.xviij. annorũ . nam illa eſt plena pubertas.l.item mela.ff.de alimen.& ciba.legatis.& ſi adueniente ætate non poteſt generare & mulier inſtaret pro diſſolutione,tunc poterit fieri diſſolutio: quia prę ſumitur impedimentum eſſe perpetuum:& hęc opinio doct.eſt ęquior:ſed opi.glo.fortè eſt verior reſtrigendo eam ad minorem prout loquitur.nam ętas ad matrimonium conſideratur ex eo quod cõiter accidere ſolet:ſed ex quo clarum eſt ꝙ non põt generare ergo non eſt pubes reſpectu matrimonij. Põt ergo iſte aſsimilari impuberi.& pro hoc facit hic tex.in verſ.vlt.Abb.

SVMMARIVM.

1 *Septennio minorem qui deſpõſauit poteſt cũ eius matre matrimonium cõtrahere: ſecus ſi tempore ſponſaliorũ erat maior,vel ſi tunc erat minor vt in eadem voluntate permanens facta ſit maior.*
Matrem ſponſæ qui in vxorem ducit & eã cognoſcit,nec matrem nec filiam habere poterit..
2 *Impedimentũ publicæ honeſtitiæ nõ oritur ex ſpõſalibus cõtractis cũ minore ſeptennio:ſecus ſi cũ maiore vel minore cõſentiẽte poſt ſeptẽniũ.*
Affinitas ſequens ſoluit ſponſalia præcedentia de futuro.4.
3 *Septimus annus cõpletus eſſe debet ad hoc vt quis poſsit ſponſalia cõtrahere & idẽ intelligitur de alijs annis ad matrimonium contrahendũ.*
4 *Affinitas etiam per illicitum coitum ſoluit ſpõſalia de futuro.*
5 *AEtate ſuperueniente legitima cõualidantur ſponſalia cum minore ſeptennio cõtracta ſi tacitus ſuperuenit cõſenſus,& idẽ eſt intelligẽdũ.*

¶ *CAP. IIII.*

1 LIteras. ¶ † Qui diſpõſauit minorem ſeptennio cum eius matre cõtrahere poteſt: ſecus ſi tempore ſponſaliorum erat maior : vel ſi tunc fuit minor eadem voluntate permanente facta ſit maior,quia ſi cum matre contrahit & eam
2 cognoſcit nec matrem habebit nec filiã,vel generalius ſic.¶ † Ex ſpõſalibus contractis cum minore ſeptennio non oritur impedimentum publicę honeſtatis: ſecus ſi cum maiore vel minore conſentiente poſt ſeptennium:& affinitas ſequens diſſoluit ſponſalia præcedentia de futuro . Communis diuiſio . Secunda ibi: *Conſultationi* . ¶ Caſus literalis,Quidam cum eſſet ætatis legitimæ ad contrahendum matrimonium deſponſauit quandam puellam in cunabulis , poſtmodum cognouit matrem & eam in vxorem accœpit : dubitatur an eam habere poſsit

in vxorem

in vxorẽ:Reſpondet Pa.quòd ſi præfatus vir matrem puellæ in vxorem accœpit anteq̃ puella ſeptimũ annũ cõpleret matrimonium tenet:quia huiuſmodi deſponſationes quæ intra ſeptimum annum fiunt nullæ ſunt : veruntamen ſi poſtq̃ puella.vij.annum compleuit:vir ille matrem accœpit ꝙ ſpõſalia ex tũc placere conſueuerunt matrimoniũ illud ſeparari debet,nec matrẽ nec filiam habere poterit.Ber.¶ †No.primò ibi. *ſeptimũ annum cõpleuiſſet.* quæ verba repetũtur ibi. *ſeptimum annũ cõpleuit* :ꝙ ad ſpõſalia de futuro contrahẽda requiritur ꝙ ſeptimus annus ſit cõpletus,[a]& optimè facit iſta litera ꝙ ætas iſta præueniri nõ poteſt: aliâs papa diſtinxiſſet prout facit in matrimonio j.eo.c.cõtinebatur.de quo vide quod dixi.s.tit.proxi.c.gẽma.&.c.iuuenis.¶ †No.ſecundò ꝙ ex affinitate etiam per illicitũ coitum[b] cõtracta diſſoluuntur ſponſalia de futuro.¶ †Tertiò no.iuncta gl.penul.& tene menti ꝙ ſponſalia cõtracta cum minori ſeptennio cõualidantur per ſuperuenientem ætatẽ ſi tacitè ſpõſalia præcedẽtia approbauit[c],vt quia ſponſus venit ad domum ſpõſæ ſeu mittit ſibi iocalia tanq̃ ſponſæ vel quid ſimile.& vide hodie bonum text.in.c.vnico.eo.titu.libr.vj.vbi idem ſtatuit in matrimonio contracto per minores. Abbas.

a ¶ Completus. an ceptus annus habeatur pro cõpleto vide.l.qua ætate.ff.de teſta.& ibi per doc.ex quo infert ꝙ malitia non ſupplet ætatem in ſpõſalibus.de quo dixi i.c.iuuenis.s. tit.proxi.

ZACHARI.

b ¶ Per illicitũ coitũ Adde an per ſodomiam contrahatur affinitas. Car.in.c.j.de ſponſa.lib.vj. poſt Io.and.in arbore affi.plenius p eundem Cardi.in cle.j.de cõſang.& affi.& conclude ꝙ quòd ad matrimoniũ impedimẽtum contrahitur affinitas per ſodomiam non quòd ad aliud, vt no.glo.Inno.& Ioã.de fan.& doc. in.c.nõ debet.j.de cõſang.& affi.not. iſte in.c. tertio loco.vbi plenè vide s.de præſumpti.

ZACHARI.

c ¶ Si tacitè præcedentia ſpõſalia approbauit . Adde do.de ro.deci.ccclxv.incip.dubitat Inno.

ZACHARI.

d ¶ Septimus annꝰ. Adde quid ſi minor ſeptẽnio cum maiore de conſenſu ſui tutoris contraxit ſpõſalia:an detur ei reſti.in in teg. aduerſus illa iam cõtracta. Spe. in ti.de reſti.in integr.§.iñ.ver.quid ſi quis.& in tit.de ſpon.§.j.in princ.

e ¶ Impedimẽtum. Vide glo.in.c.vnico.de ſpon.lib.vj. poſitã inverbo publicæ.& ibi Phili. de fran.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ non oritur ex ſponſalibus nullis ex defectu conſenſus:ſecus ex ſponſalibus veris licet illa poſtmodum diſtoluantur.4.*
2 *Deſpõſatio quid ſit,& in quo differat à matrimonio.*
3 *Septimus annus debet eſſe completus quò ad ſponſalia contrahenda. Ætas præueniri non poteſt.*
4 *Impedimentum publicæ honeſtatis durat vt ſponſalia diſſoluantur. Impedimentum publicæ hone.vnde ſit cauſatum.*

¶ CAP. V.

1 ACceſsit.¶ †Summatum eſt.s.c. proxi.Vel per alia verba ſumma ſic.Sponſalia nulla ex defectu conſenſus nõ creant publicæ honeſtatis iuſtitiã.Sponſalia verò aliqua ſic:licet legitimo modo fuerint diſſoluta:diſtinguit duo membra.Secundũ ibi :*Sanè*. ¶ Caſus literalis.Quidã.G.nomine contraxit ſpõſalia cum quadã puella intra ſeptimum annum & cum ipſa poſtea in dictũ.G.conſentire nollet : ideo fuit per archiepiſcopum abſoluta.poſtmodũ dictus.G.cũ matre puellæ matrimonium contraxit & ex ea filios ſuſcepit : dubitauit archiepiſcopus vtrũ matrimoniũ illud teneret & an filij legitimi ſint habẽdi.ſuper hæc papa cõſultus reſpondet mandamus archiepiſcopo quatenus ſi conſtiterit ei ꝙ puella nõ eſſet.vij.annorum quãdo præfato.G.deſpõſata fuit:& ꝙ idem.G.fuiſſet abſolutus ab ipſa cùm poſt.vij.annum cõſentire nollet matrimoniũ illud legitimum iudicet,& prolem eorũ legitimam nuntiet,quia deſponſationes intra.vij.annũ non tenent ſi poſtea conſenſus nõ accedat.Si verò dicta puella antequàm deſpõſata dicto.g.fuiſſet ſeptimũ annũ compleuit quàmuis ab ipſa abſolutus fuiſſet,quia in eũ conſentire nolebat matrem puellæ habere nõ poteſt.Ber.¶ †No.ibi. *deſponſationes & matrimonia.* differentiam inter hæc:nam matrimonium non eſt propriè deſpõſatio,nec deſpõſatio propriè matrimoniũ: nam deſponſatio idem eſt quòd promiſsio futurarũ nuptiarum.
2 3 de quo dic vt dixi.s.de ſpon.ſuper rubri.¶ †Not.ſecundò ibi:*ſeptimum annum cõpleuerat &c.* ꝙ ad ſponſalia de futuro cõtrahẽda
d requiritur tam in maſculo q̃ in fœmina ꝙ ſeptimus annus [d] ad minus ſit cõpletus.& ſic videtur quòd hæc ætas non poſsit præueniri:& idẽ videtur velle tex.s.c.proxi.de quo vide quod dixi.s.
4 ti.proxi.c.gẽma.&.c.iuuenis.¶ †No.tertiò ꝙ impedimẽtũ publicæ honeſtatis durat licet ſpõſalia ſint ſoluta in morte vel in vi
e ta.& no.vnde oritur hoc impedimẽtũ [e]:fuit enim cauſatũ ex quadam honeſtate vt patet ibi. *inhoneſtum.* de quo vide quod dixi. in.c.iuuenis.s.ti.proxi, Abbas.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Impubes deſpõſata & traducta ſi petit licentiam pubes facta alteri nubendi nõ auditur,ſi vir iurat eam cognouiſſe,nec etiam auditur proxima pubertati ſi probetur cognita.2.5.*
Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus contractis cum maiore ſeptennio.4.
2 *Impuberes licet matrimonialiter coniungi non debeant tamen ſi cõiunguntur & puella appꝛaret cognita tenet matrimonium.5.*
Potentia coeundi ſupplet ætatem.
3 *ÆEtate.xj.annorum puella & quandoque in decennio concipere poteſt.*
4 *Impedimentum publicæ hone.extẽditur vſque ad quartum gradum inter ſponſum & conſanguineas ſponſæ & inter ſponſam & conſanguineos ſponſi.*
6 *Carnalis copula ſuperueniens cum ſponſa quæ tantum exceſsit ſeptimum annum an faciat matrimonium,& ſimiliter in alijs annis ante pubertatem tam in maſculo quàm in fœmina.*
7 *Viri aſsertioni an ſtetur ſi dicat puellam impuberẽ cognouiſſe?*
Statuto ſi cauetur quòd ſtetur iuramento alicuius officialis ſuper maleficio intelligendum eſt niſi per teſtes probetur contrarium.
8 *Iuramẽtum exigi poteſt à reo licet actor nihil probauerit vbi vertitur periculum animæ.*
9 *Proximus pubertati dicitur ſi ab illa diſtat per ſex menſes,& ita de alijs ætatibus intelligendũ eſt: ſed in hoc varia eſt opinio.*

¶ CAP. VI.

COntinebatur.
1 ¶ †Si impubes deſponſata & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi non auditur ſivir iurat ſe eam cognouiſſe,nec auditur ſi nõdum pubes ſed proxima pubertati probetur cognita.hoc primò. Ex ſponſalibus cõtractis cum impubere maiore ſeptennio oritur publica honeſtas. Primò conſultatio.Secundò reſponſio.ibi. *Conſultationi.* ¶ Caſus literalis. Quædam puella intra nubiles annos conſtituta tradita fuit in vxorem cuidã iuueni & ab eo traducta. Poſt modum cùm peruenit ad nubiles annos poſtulauit licentiam cum alio cõtrahendi,dicẽs quòd in illũ non cõſenſit.Iuuenis ille in contrariũ allegauit ꝙ & ſi fortè cũ deſponſauit
c eam nõdum annũ.xij.attigiſſet:ita erat ætati proxima ꝙ eam carnaliter cognouit.Quæſitum fuit à Papa:cui potius ſit credẽdum?reſpondet papa ꝙ in decretis expreſſum habetur quòd ſi vir dicat vxorem ſuã ſe cognouiſſe & mulier negauit, ſtandũ eſt verbo viri.vnde in caſu prẽmiſſo ſtandũ eſt viro dicẽ
d ti & iurãti ſe illam cognouiſſe:ſi verò fuerit ætati proxima.vt in.xj.anno.vel circa.xij. & cum aſſenſu ſuo deſponſata & cognita ab eo ſeparari nõ debet prẽcipuè cũ parẽtes ipſius ipſam ętatis legitimę faterentur.¶ In fi.dicit ſi puella intra nubiles annos alicui fuerit deſponſata,non licet alicui de conſanguinitate illius cui deſponſata fuerit eã ducere in vxorem nec ſponſus poterit aliam accipere de cõ
2 ſanguinitate ſponſæ.Bernar. ¶ †No.primò
e quòd licet ante ætatẽ legitimam non ſit permittendũ vt aliqui matrimonialiter coniungantur:vt.s.e.c.ij.tamẽ ſi cõiungũtur & puella apparet cognita tenet matrimoniũ:quiaex quò fuit cognita potẽtia coeũdi ſupplet ętatem.vt.s.eo.c.puberes.in fi.& j.eo.c.à nobis.
3 ¶ †Itẽ no.ꝙ poſsibile eſt ꝙ puella in.xj.ann.

a ☙SEBA.SAPI. ¶Ex ſtatuto. Vide Ang.in.l.q vas.in princi.ff. de furtis.& in authen.de exhibend.reis.in prin.Bal.in.l.cõtra negãtem.C. ad legem aquil.& in.l.j.C.de rebus credi.

b ¶Per teſtes.de quo latè per Inno.Ro.& Alexan.in.l.qui bona.§.dãni. ff.de dam.infect.per Cyn.in.l.ſi quando.C.vnde vi,Iac.but.in.l.j.C. de re iudi.vbi vult ꝙ ſi ſtatutũ diſponit quòd debeat fieri actio officialis intelligitur niſi probetur cõtrarium. Spec.& Ioã.an.in ti.de citatiõe. ver. ſequitur.Io. an. in c. quoniã cõtra.ſ. de proba.nã licet nuntio ſit credendum aliquem citaſſe.c.cum parati ſ.de appel.l.magiſputo.§.ne tamẽ.ff. de reb.eo. tñ põt probari cõtrariũ glo.iiñ. q.iiñ.in.c.ſi teſtes.§. itẽ teſtes. Archi.in.c.venerabilibus.de ſen.excõ.lib.vj.

c ¶Probauerit.Qd̃ eſt notandũ ad .l. qui accuſare.C.de eden.ibi & ſi reus nihil præſtiterit. quia videmus ꝙ actori nõ eſt deferendũ iuramentũ quãdo plenè probauit.c.ñ.ſ.de proba.doc.in.l. admonendi.ff.de iureiuran.Abbas in.c.atteſtationes.in fi.j. eod.

☙SEBA.SAPI.

c ¶Nihil probauerit.Vide Feli.in.c. j.col.v.ſ.vt lite nõ conte.& in rubri. ſ.deſpõſa.vbi hoc ponit inter priuilegia matrimoniñ.

ZACHARI.

d ¶Benefacit.Addebo.tex.in.l.j.etibi gl.Bar.Alexan.& doct.col.ñ. ver.venioadverbũ.illud. ff. de noua. Bald. in.l.ſi quis in tantam.col.ñ.verſi.iñ. querit. C.vndevi. bona gl.inſtitu. de inuti.ſti.§. pupillus.in verſic. proximus.Cardina.in cle.j.q.v.de homi. vbi etiam dicitur doli capax.& no. iſte in rubr.de delic.puero.

☙SEBA.SAPI.

e ¶Determinatum. Idefirmat Ioã.fabri in.§. pupillus. inſtit. de inutiſti.

ZACHARI.

f ¶Sed maior obligatur minori. Add de tamen ꝙ do.de ro.deci.ccccixviij.

poſsit maturè cognoſci & concipere. habes etiã tex.in.c.fi.de eo qui co.cõſang.vxo.ſuæ. vbi dicitur de decennio. ¶ †No.tertiò ꝙ ex ſpõſalibus cõtractis etiã cũ impubere oritur impedimẽtum publicæ honeſtatis prohibẽs matrimonia cõtrahi inter ſponſam & cõſanguineos ſponſi: & extendit hæc prohibitio vſq; ad quartũ gradũ & non vltra.vt dixi in c.ſponſam.ſ.ti.proxi. ¶ †Oppo.cõtra tex.videtur enim ꝙ ver. *conſultationi.* ponat idem quod in ver. *ſi autem.* nã in vtroq; dicit ꝙ ante annos legitimos puella fuit cognita.So. Inn.intelligit primũ ver.quãdo puella peruenerat ad annos legitimos tẽpore traductionis.ver. *ſi autem.* intelligit quãdo erat adhuc impubes reſpectu ætatis.Hoſt.dicit ꝙ in primo ver.querebatur an deberet credi aſſertioni mariti in ver.*ſi autem.*querebatur an eſſet matrimonium ex quo puella erat in.xj.vel circa.xij. ¶ †Sed quero quid ſi puella tãtum exceſsiſſet ſeptimum annum,nũquid copula ſuperueniens habeat cõſummare matrimonium?Guil.naſo ſentit ꝙ nõ.dicit enim per iſtũ tex.requiri ꝙ puella ſit.xj.annorũ ad minus.Sed Io.de deo tenuit cõtrariũ & verius per.d.c.fi.de eo q̃ cog.cõſan.vxo.ſuę.vbi patet ꝙ in.x.anno fuit matrimoniũ conſummatum.Itẽ ſi maſculus qui tardiꝰ pubeſcit qñ ꝙ pubeſcit in.ix.anno vt no.glo.xx.q.j.in ſum. fortius idẽ dicendũ in muliere quę citius pubeſcit:vt dixi.ſ.eo.c.puberes.& ideo concludit Io.de deo ꝙ ſi maior ſeptẽnio fuit cognita à ſponſo conſummatũ eſt matrimoniũ.& circa hoc multũ inſtat hîc Inn. variãdo non parũ.Sed mihi ſatis placet cõcluſio ſequẽs ꝙ aut puella eſt minor ſeptẽnio:& tũc quantũcunq; fuerit cognita nõ dicatur matrimoniũ conſiſtere:quia nõ videt habere conſenſum aptũ ad diſcernendũ quid ſit matrimonium, niſi multũ eſſet doli capax & diſcreta. ¶ †Si verò eſt maior ſeptẽnio ita ꝙ non ſit proxima pubertati nõ ſtatur ſimpliciter verbo viri dicentis ſe cognouiſſe illã puellã.nam poſſibile eſt ꝙ puella ſit defloratа, nõ tamen ſequitur ꝙ ſit apta ad concipiendũ,tũc ideo deberẽt mulieres ex parte aſſumi ad vidẽdum an puella ſit viri potens,ſi autem puella eſſet proxima pubertati tũc eſſet ſtandũ verbo viri:& ex cognitiõe etiã preſumpta debet præſumi ꝙ ſit viri potens:& optimè probatur hoc in ver.*ſi autem.*& tene menti iſtũ tex.ad hãc materiã. ¶ In gl.j.ibi.*ſtandum eſt verbo viri*:intellige quando ſimul cohabitauerunt: & ſic propriè loquit tex.in.c.ſi qs vxore.xxxiij. q.j.& hîc.nã põderatur hîc ꝙ iſta puella fuit inducta à marito ad domũ.Et in fi.gl.no.bene ex gl.& clarè probat per iſtũ tex.iuncto.c. propoſuiſti.de proba.ꝙ ſi ex ſtatuto[a] deberet ſtari iuramẽto alicuius officialis ſuper aliquo maleficio:debet iutelligi niſi accuſatus ſeu denuntiatus probet contrariũ per teſtes,[b] licet aliqui cõtra.vt no.in.l.j.C.ſi aduer.li.&.l.j.ff. de re iudi.ſed primũ dictũ puto verius.nã videmus ꝙ ſtatur teſtibus & inſtrumentis niſi melius & pinguius probetur cõtrariũ:vt in.c.cùm Ioãnes.de fide inſtru. † In glo.in ver. *firmauit.* in fi.& hoc vltimũ tenet Tan.hîc dicens.ꝙ vbicunq; vertit periculũ animæ põt exigi iuramentũ à reo licet actor nihil probauerit.[c] & no.bene hoc dictũ quòd ſatis mihi placet.nã ſatis in hoc exuberat iudicis officiũ facit.c.ſicut.in fi.ſ.tit.proxi. † In gl.in ver. *proxima.ibi per ſex mẽſes.* not.bene gl. quæ facit ad ſtatuta vt dicat quis proximus alicui ætati cũ ab illa diſtat[d] per ſex mẽſes vel minus.& bene facit tex.in.l.nõ tantùm. alle.in gl.quę probat ꝙ diſtãs per ſex mẽſes dicit prope illã ætatẽ qd̃ bene no. ¶ Idẽ qd̃ gl.hîc ſentit Inn.Hoſt.aliter.ſed dictũ ſuum cõmuniter nõ tenet:ſed in contrariũ ego allego gl.iuris ciuilis in §.furioſus.inſti.de inuti.ſtipu.& in.§.in ſumma.inſtit.de ob.q̃ ex deli.naſcũ.quę dicũt ꝙ maſculus dicit proximus pubertati cũ eſt in decimo anno cũ dimidio.fœmina verò in nono cũ dimidio. ar.§.fi.inſti.ex qui.cau.ma.nõ licet.& eſt ratio.quia poſt pueritiã quæ cõtingit in ſeptimo anno reſtãt ſeptẽ anni vſq; ad pubertatẽ in maſculo.vnde ex quò excedit medietatẽ huius tẽporis videtur magis proximus pubertati q̃ infantiæ.& idẽ in fœmina q̃ pubeſcit.in.xij.anno.d.Antj.e.in.c.atteſtationes.dicit hoc relinquẽdũ arbitrio iudicis,ex quo à iure nõ eſt determinatum.[e] ſed reſpectu matrimonij.tene qd̃.ſ.dixi.ꝙ ſi fuit cognita dũ eſt in decimo vel vltra ſatis preſumit viri potẽs vt matrimoniũ dicat cõſummatũ. ſi autẽ nõ fuit cognita nõ eſt diſputandũ de iſta proximitate.quia oportet ꝙ maſculus cõpleuerit.xiiij.fœmina.xij.annũ.ſ.e.c.puberes.&j.eo.c.atteſtationes.niſi ex alijs ſignis poſsit deprehendi potentia coeundi.& vide quod dicã in.d.c.atteſtationes. Abbas.

1 *Maiores ſeptẽnio ſi cõtrahũt ſpõſalia neuter ante pubertatẽ reſilire põt.ſ. Pubes factus an teneatur expectare alium ſponſum impuberem donec ad ætatem peruenerit legitimam?*

Pubes cum impubere contrahens reſilire non poteſt, ſed impubes factus pubes bene poteſt.3.ſ.

2 *Ætas apta requiritur in matrimonio cõtrahẽdo & nõ ſimpliciter coeundi poteſtas.*

3 *Maior ſi cum minore contrahit contractus claudicat, quia maior obligatur & minor nõ, ſaltem priuſquàm ad ætatem peruenerit legitimam.*

4 *Impubes maior ſeptennio licet ſponſalia contrahere poſsit:tamen non obligatur priuſquàm ad ætatem peruenerit legitimam.*

5 *Iuramentum vbi interuenit in ſponſalibus facit quòd maiores cõpelli poſſunt ad contrahendũ matrimonium.6.*

7 *Cogi non debent ſponſi ad contrahendũ matrimoniũ vbi iuramentũ non interuenit.*

8 *Medicus ſemel approbatus reprobari poteſt.*

Doctor etiam cuiuſcunque facultatis ſemel approbatus reprobari poteſt.

¶CAP. VII.

1 DE illis. ¶ †Si maiores ſeptennio contrahunt ſponſalia neuter ante pubertatẽ reſilire põt.hoc primò.Et ille qui primò fit pubes alterum expectabit.hoc ſecũdò ſecundũ intellectũ gl. ſed plus mihi placet ꝙ nõ teneat expectare.vtj. dicam.Tertiò dicit ꝙ ſi tẽpore cõtractus alter erat pubes ,non ille ſed alter factus pubes reſilire põt.& tria ſunt dicta.Secũdũ ibi: *ſi verò.* Tertiũ ibi. *Mulier.* ¶ Caſus literalis.Aliqui intra nubiles annos cõſtituti maiores ſeptẽnio cõtrahũt ſponſalia ſiue vterq; ſiue alter anteq̃ ad annos legitimos perueniãt ſi poſtulẽt ſeparari:nõ ſunt audiẽdi.Si verò alteruter iſtorũ peruenit ad legitimos annos altero in minoribus adhuc exiſtẽte maior ſi petat non eſt audiendus,niſi alter ad ætatẽ legitimã peruenerit & petierit ſeparari,tũc iudicio eccleſiæ poterũt ſeparari.Si verò qñ contrahunt ſponſalia alter eorũ maior fuerit:& alter minor.ſi maior poſtulet ſeparari nõ eſt audiẽdus,quia ex quo in eũ ſemel cõſenſit:non põt amplius diſſentire,niſi minor cũ ad ætatẽ legitimã peruenerit petierit ſeparari.Ber. ¶ †No.primò ibi: *annos aptos matrimonijs.* ꝙ in matrimonio cõtrahẽdo cõſideraſ ætas:& ſic nõ ſimpliciter poteſtas ſeu potẽtia coeundi.de quo vide quod dixi.ſ.co.c.

2 puberes. ¶ †No.ſecũdò ꝙ ſi maior cõtrahit cũ minori cõtractus

3 claudicat:cũ minor nõ obligetur minori ſaltẽ priuſq̃ peruenerit

f 4 ad legitimam ætatem ſed maior obligatur minori. [f] ¶ †Vltimò no.ꝙ licet

no.q licet maior septẽnio possit cõtrahere spõsalia tamẽ nõ obligatur priusq; peruenerit ad legitimã ætatẽ.vnde poterit petere separationẽ licet nullã causam alleget.& hoc cõcessit ius.quia ante
a ætatẽ aptã matrimonio[a] nõ videt q; quis habeat perfectũ sensum
5 ad consentiendũ indissolubiliter in futurũ matrimoniũ. ¶ † In gl.j.in fi.aduerte vt clarè habeamus intellectũ vtriusq; dicti.nam in primo & vltimo dicto omnes cõueniunt in vna sententia.Primum enim loquit quãdo tẽpore cõtractus spõsaliorũ ambo erãt impuberes.maiores tamẽ septẽnio,& ante ætatẽ legitimã neuter debet audiri reclamans:ratio quia sicut nõ habet cõsensum ad cõ trahendũ ita nec ad dissentiẽdũ.Tertiũ dictũ loquit quãdo alter
b erat maior:alter minor.[b] & deciditur q; maior non põt dissentire,sed minor factus maior sic.difficultas restat circa intellectum secundi,videlicet.§. *si verò.* in quo variæ sunt lec.Gl.tertia intelligitur cũ ambo erãt minores tẽpore cõtractus:& alter prius per
c uenit ad ætatẽ legitimã:& deciditur q; nõ debet audiri reclamãs[c] donec alter peruenerit ad legitimam ætatẽ:postea verò quilibet potest cõtradicere.Et ad tex.in ver. *cum sponsalia.* glo.respondet extorquendo literã.Alter intellectus est q; ille ver.loquit quãdo tẽpore contractus alter erat maior alter minor.& iste intellectus magis est literæ amicus per illa verba. *cũ spõsalia cõtrahuntur &c.* Sed gl.non placet iste intellectus,quia non differt à tertio dicto. Sed certè iste intellectus saluari põt:& dic q; differt.quia ver.iste loquitur quando minor cõtradicit factus maior.ver. *mulier.* loquitur quãdo cõtradicit maior.nec placet iste intellectus glo.q; si alter prius perueniat ad pubertatẽ teneatur exspectare reliquũ. quia frustra expectatur euentus cuius nullus est effectus : vt in.c. cùm cõtingat.de offi.dele.cũ ergo secũdũ gl.iiij.prius factus maior poterat contradicere altero postea facto maiore:ergo etiam & nunc potest cõtradicere.hoc etiã probat principiũ.c.à cõtrario sensu.& sentit etiã Host.hîc aliũ intellectũ q; ver. *si verò.* loquitur cũ sponsalia fuerũt cõtracta inter maiorẽ & minorẽ.ver. *mulier.* cùm de facto fuit contractũ matrimoniũ inter maiorẽ & minorem.& vtroq; casu decidit q; is qui erat maior tẽpore contractus non põt resilire ex quo semel cõsenserit:& iste intellectus satis etiã põt sustineri:sed precedẽs plus placet:quia decidunt plures casus.nã matrimoniũ contractũ inter maiorẽ & minorẽ sunt
6 sponsalia iuris interpretatione:vt in.c.vnico.e.ti.li.vi.¶ † In glo. in verbo. *iudicio.* in fi.no.singulariter duo ex ista gl.primũ q; vbi iuramentũ interuenit in spõsalibus & impuberes obligant,in tantũm facit q; maiores cõpelli debeãt ad cõtrahendũ matrimoniũ:
7 & intellige de maioribus septennio.¶ † Secundò ex fi.glos.no.q vbi iuramentũ in sponsalibus nõ interuenit nõ cõpellitur spõsus vel sponsa inuita contrahere matrimoniũ.Et aduerte.quia gl.loquitur indistinctè,non restringẽs se ad maiores.nam de minoribus non esset dubiũ:quia tex.est hîc.& idẽ sentit Host.in sum.ti. de matrimonio.§.j.post prin.sed hîc tenet oppositũ:dicens q; siue iuramentum interuenit siue nõ ex quo maior existens contraxit sponsalia semper cõpellitur ad cõtrahẽdũ.arg.in.c. iuramẽti.xxij. q.v.& in.c.j.de pac.& per hęc iura.idem dixi in.c.ex literis.el.ij.§. de spon.Sed nunc adduco istũ tex.qui iudicio meo clarè hoc probat in ver. *mulier.* nam hîc nõ interuenit iuramẽtũ:sed papa fundat se super nudo consensu:& dicit q; ex quo maior semel cõsensit sponsalibus nõ potest cõtrauenire:licet cõtraxerit cũ minore: fortius ego dicendũ cùm ambo erãt maiores:& tene ad hoc menti istũ tex.quia sępe de hoc dubitaui.& vide quod dixi.§.ti.proxi.
8 c.requisiuit.¶ † In gl.fi.ibi.§. *reprobari.* vbi dicitur q; medicus se
d mel approbatus põt reprobari.[d] & idẽ habetur in.l.sed & reprobari.ff.de excu.tu.& dicunt quidã speciale in medico propter hominum sanitatẽ:vt si reperiatur inutilis & inexpertus possit reprobari:sed idẽ dic in quolibet doctore cuiuscunq; professionis: vt no.Bar.in.d.l.sed & reprobari:& pro hoc alle.tex.in .l.grãmaticos.C.de profes.& medi.li.x. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ante pubertatem separari non debent sed post pubertatẽ possunt si contradicunt,nisi carnalis copula interueniat, vel tacitus cõsensus post pubertatem.*

2 *Matrimonium per verba de præsenti per impuberes cõtractũ iuris interpretatione sponsalia sunt de futuro, & ab eis ante pubertatem resilire non possunt.*

3 *Potentia coeundi anticipiat tempus pubertatis.*
Carnalis copula etiã inter minores consummat matrimonium,sed non nisus ad copulam.

¶ CAP. VIII.

CVm inhibitio. †Habet multa dicta,& cõprehẽdẽdo oĩa ſic ſummari põt.Cũ matrimonia ſunt cõtrahẽda debẽt per põſbyteros in eccl'ia edicta proponi aſsignato termino intra quẽ qui voluerit impedire impedimentũ opponat,& ſi probabilis cõiectura fuerit de impedimẽto interdicat mrimoniũ donec de hoc cognoſcatur. hoc priò vſq; ad §. *Si quis*. Si in gradu ꝓhibito mrimoniũ clãdeſtinè vel cõtra interdictũ de quo.ſ.cõtractum fuerit ẽt p ignorantes de impediméto nati ex illo matrimonio ſunt illegitimi.Idẽ eſt ſi ambo parẽtes ſciũt impedimentũ matrimonij:licet in cõſpectu eccleſię cõtrahãt.h.d.vſq; ad §.*Sanè*. Sacerdos qui cõtempſerit prohibere matrimonia interdicta,& qlibet clericus etiã regularis q interfuit,p triẽniũ à bñficio ſuſpẽdunt,& ſi culpa exegerit,etiã grauius puniũt ipſi ẽt cõtrahẽtes.cõtra hoc.c.ẽt alʒ licitè puniẽdi ſunt:& idẽ in calũnioſè denũtiãtibus.h.d.vſq; ad fi.Et diuiſio ſatis patet p.§ licet poſſit alijs modis diuidi.¶ Caſus lite.Prohibitio copulę cõiugalis in tribus vltimis gradib[9] eſt reuocata p idẽ cõſilium j.de cõſang.c.nõ debet.iõ papa eã diſtrictè pcipit obſeruari.vñ inherendo veſtigijs pdeceſſorũ ſuorũ oĩno prohibet cõiugia clãdeſtina ſiue occulta pręcipiens vt nullus ſacerdos talib[9] nuptijs intereſſe pręſumat: ſtatuens generaliter vt cũ matrimonia fuerint cõtrahẽda in eccl'js publicè ꝓponat per põſbyteros termio cõpetẽti ſtatuto:vt intra terminũ qui voluerit legitimũ impedimentum opponat.& ipſi preſbyteri per ſe nihilominus inueſtigent vtrùm aliquod impedimẽtum obſiſtat:ſi autem aliqđ rõnabile obiectũ fuerit cõtra copulã contrahendã cõtract[9] interdicatur expreſſè donec impedimẽtum probet.Si aũt hmõi mrimonia clandeſtina vel taliter ꝓhibita inire pſumpſerint in gradu prohibito etiã ignorãter,ſoboles de tali cõiũctione ſuſcepta illegitima ſit:& nullũ habebit ſubſidiũ de parentũ ignorãtia,cũ illi taliter cõtrahẽdo potius affectãt ignorãtiam q̃ ſciant impedimẽta,& eodẽ modo filij illegitimi erunt ſi ambo parentes ſciũt impedimentũ & cõtrahãt cõtra omne interdictum.ſi verò parochialis ſacerdos tales coniũctos prohibere cõtẽpſerit aut intereſſe eis pſumpſerit p triẽniũ ab officio ſuſpẽdatur,& illi q cõtrahũt cõtra huiuſmodi formã etiã in gradu cõceſſo pœnitẽtia imponat cõdigna,& qui malitioſè ad impediendã copulã legitimã ipedimẽtũ obiecerit ſimiliter puniat.Ber. ¶ †Not. ꝙ cõſuetudo vnius loci neceſſariò nõ eſt obſeruãda in alio loco,niſi reducat ad ius cõmune per habentẽ poteſtatẽ vt hîc facit Pa.facit de cõſe.diſt.iiij.c.de trina.&vide qđ no.in.c.ſuper eo.de cenſi.¶ †Item no. ꝙ in cõtractu matrimonij debet interuenire preſbyter vel ſaltẽ cũ cõſciẽtia ipſi[9] debet cõtrahi.ad hoc.c.aliter.xxx.q.v. ¶ †Itẽ no.ꝙ filij nati ex matrimonio cõtracto in cõſpectu eccl'iæ data ignorãtia impediméti ab ipſis cõtrahẽtibus ſunt legitimi. [c]& hoc propter bonã fidẽ cõtrahentiũ:ſecus vbi contrahentes ſcirent impedimẽtũ,vel vbi cõtraherẽt clãdeſtinè.¶ †Quęro quid in laicis põſtãtib[9] põſentiã in mrimonijs clãdeſtinis?dicũt doc.ꝙ ex verbis literę nõ cõprehẽdunt.ſed ex mente ſic.arg.l.j.C.de fal.mo.&.c.q̃tò.de ſen.excõ.Eſt ergo ei imponẽda pœnitẽtia ſicut & clericis:peccãt ergo tam ipſi cõtrahẽtes clandeſtinè q̃ ĩtereſſentes,ſiue ſint clerici,ſiue religioſi,ſiue laici.¶ †Secũdò q̃rit an diſpoſitio huius capituli locũ habeat in ſponſalibus de futuro:dicũt doct.ꝙ ex mente literę idẽ dicendũ.nã ſpõſalia in multis caſibus trãſeunt in mrimoniũ ipſo facto.vt in.c.is q.ſ.de ſpõ.Ideo ne occurrat difficultas cõtra prohibitionẽ eccl'ię debet ẽt in ſpõſalib[9] adhiberi hęc ſolẽnitas.facit.l.oratio.ff.de ſpõ. vbi dr̃ ꝙ ꝓhibito mrimonio videnť ꝓhibita ſpõſalia: qa ſunt p̃ambula ad matrimoniũ.Ex quo not.ꝙ cõtrahẽtes ſpõſalia clãdeſtinè peccãt:& ꝙ iudex loci põt illa interdicere.¶ †Tertiò quęrit vtrũ hęc edicta debeãt proponi in multis eccleſijs?& videt priò ꝙ ſic:q litera loquit ĩ plurali.ibi. *in eccleſijs*. doct.multũ iſtãt,ſed cõcluſio vr hęc.Si volẽtes contrahere & eorũ anti q cõtraxerũt morã in certa parochia tũc ſatis eſt in illa eccl'ia edicta proponi.Si verò in diuerſis parochijs traxerũt morã:tũc in diuerſis debẽt proponi,vel in locis publicis:puta in p̃dicationib[9] vbi veriſimiliter poſsint peruenire in notitiã eorũ qui ſunt de impedimẽtis informati.vñ refert hîc Abbas ꝙ qdã epi ſeruãt vt forẽſis non admittat ad contrahẽdũ mrimoniũ niſi habeat literas teſtimoniales ſui pręlati:& eẽt valde optimũ hîc obſeruare. & ſatis puto de mẽte huius lr̃æ cũ reſpectu forẽtium nõ poſſit prouideri p illa edicta.nam ſæpe contingit quòd plebei habẽtes vxores in partibus ſe conferũt ad partes remotas. & ibi demum matrimonium contrahunt ſicut vidi in facto.¶ †In glo.in ver. *clãdeſtinis*. in fin.no gl.ex qua habes tres ſpecies clandeſtini matrimonij.Hoſt.vltra glo. enumerat alios modos.& tandẽ dat regulam generalem dicens ꝙ matrimoniũ cõtractum cõtra prohibitionem

c

5

7

8

ZACHARI.

a ¶ Vnus teſtis & fama.Adde Bart. in.l.de minore. §. torméta .ff.de quęſtio.Inno.in.c.veniens.ſ.de teſti. & Spec.in tit.de noto.cri.§.fama.ver. quid agente.

ZACHARI.

b ¶ Fama facit ſemiplenã ꝓbationẽ. Vide ad plenum Moder.poſt Bar. in.l. admonẽdi.ff. de iureiur.& Matheſilla.ſingu.ſuo ñ.inci.no. ꝙ in iudicñs poſſeſſorñs.

c ¶ Legitimi.Adde in hac materia videndũ Anch.cõſ. ccccñ.Zacharias.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

a ¶ Corã multitudine. Addeq̃ cõtrahẽs corã pluribꝰ teſtibus matrimoniũ dicit clãdeſtinè cõtraxiſſe ſi de cõſuetudine palã & publicè cõtrahi debebat. ita not. Bar. in l. fi. ff. de ri. nup. Idẽ in l. ñ. & ibi Iaco. rebuf. & Cel. ī apo. ad ipm. C. de his q̃ ex pu. rati. mu. pec. acce. lib. vj.

SEBA. SAPI.

b ¶ Differẽda ſnīa. Hoc inter ſpãlia matrimoniꝰ annumerat Fel. in rū. s. de ſpõ. col. fi. verſ. xxñ. & ibi reputat hoc dictũ Inn. ſingulare.

c ¶ Adiudicãda. facit tex. in. c. ſicut ī fi. s. de ſpon. licet gl. ī. c. ī noſtra. s. de teſti. voluerit q̃ debeat adiudicari cui mulier cõſẽtit vel meliori vel deteriori p gl. ī. c. afferte. s. de p̃ſum. faciũt no. p Bar. ī. l. j. in fi. prin. ff. delib. q̃ poſt. per glo. & doct. in. c. licet. de ſen. excõ. lib. vj.

d ¶ Poſſeſsiombus. nõ ꝓcedit ſine dubio: qa res videt ad iudicãda vtriq; q̃ probationes ſunt pares. ar. l. titiæ textores. de le. j. vbi Di. & Alb. ponũt q̃onem de duabus cõtatibꝰ cõtẽdentibus de nemore q̃ ſi vnaquęq; probat de poſſeſſione vtrique erit facienda adiudicatio vel poſſeſsio debebit ſeq̃ſtrari. gl. in. l. j. C. vti poſ. ne deueniãt ad arma. l. ęqſſimũ. ff. de vſufru.

ZACHARI.

e ¶ Tenet adhęrere primę. Qd̃ ego amplio ẽt ſi ſecdam cũ qua ẽt p verba de p̃ſenti cõtraxit, cognouiſſet carnaliter vt p iſtũ & doc. in. c. ſi iter virũ. & in. c. veniẽs lo. ñ. s. ſpon. & matri. & Bart. cepo. caute. xlñ.

SEBA. SAPI.

f ¶ Pulchritudine. Vide Iaſ. in. l. titia. in p. inc. colũ. iiñ. verſi. nonò. &

ecclęſiæ generalẽ vel ſpecialẽ, & expreſſam vel tacitã, dicitur clandeſtinũ. & habet locũ pœna huius. c. ¶ † Sed aduerte in multis locis nõ ſeruatur huiuſmodi denunciatio de qua in litera. Vnde quæro nũquid matrimoniũ dicatur ex hoc clãdeſtinũ. vide ad hoc quod no. Ioã. an. in addi. Spe. eo. ti. in prin. & originaliter ſunt dicta Old. cõſi. cclvj. & ibi cõcludit q̃ dũmodo mrimonium ſit cõtractũ in facie ecclęſiæ nõ p̃t tale matrimonium appellari clãdeſtinũ. pro hoc. c. cõſtitutus. de reli. do. & c. s̃. proxi. & licet verbũ eccleſię ſumat multipliciter. vt no. glo. in. c. fi. ne p̃la. vi. ſu. tñ in ꝓpoſito ſumit eccleſia pro collectione fideliũ. facit de cõſe. di. j. c. eccleſia. cõtrahens ergo corã multitudine[a] ſecũdũ patrię cõſuetudinẽ nõ dicit clãdeſtinè cõtrahere; ſed in facie ecclęſiæ. quod no. & hoc habeo pro indubitato vbi nõ eſt conſuetudo q̃ mittant edicta: ſed vbi eſſet talis conſuetudo dubito vtrum habeat locũ pœna huius capituli ſi quis cõtraxerit in facie ecclęſię nõ p̃miſſis iſtis denũtiationibꝰ. & potius credere q̃ nõ. licet iſta gl. ſentiat oppoſitũ, quia pœna eſt appoſita cõtra contrahẽtes clãdeſtinè & nõ cõtra contrahẽtes edictis nõ pręmiſſis. & nõ p̃t dici clãdeſtine ex quo in facie eccleſię nemine ꝓhibẽte cõtraxit: maximè cũ illud ſit officiũ ſacerdotis & nõ cõtrahẽtiũ. & p hoc aperit multũ intellectus huius. c. ¶ † In glo. in ver. *voluerit*. ibi. *publicũ crimen videtur*. & ex hoc dicit Goſ. q̃ ſi vnus egit cõtra illud mrimoniũ & ſuccubuit nemo audit volẽs iterum proponere illud impedimentũ. quia actio popularis cõſumit vno agẽte. l. eũ qui. § in popularibus. ff. de iureiur. qd̃ dictũ non videtur placere do. Anto. quia cauſa matrimonialis non tranſit in rem iudicata. vt in. c. tenor. & in. c. lator. & c. conſanguinei. de iudi. ni ſi velimus dicere q̃ cõtrarium procedit reſpectu ipſorũ coniugum & non reſpectu extraneorum. & eſſet notabilis limitatio ad illa iura. ſed nõ placet ſibi ratione peccati: & credo eum verum dicere. tamen dico q̃ non admittetur alius niſi iudex præmiſſa cauſæ cognitione videat iſtum rationabiliter moueri. pro hoc quod no. Inno. in. d. c. tenor. vbi ita notabiliter dicit reſpectu ſentẽtiæ quæ tranſiuit in rem iudi. & in fi. glo. Gaſ. de cal. tenet oppoſitũ vt is qui fuit preſens & tacuit poſsit de nouo accuſare. & ſit ſpeciale in matrimonio propter periculum animæ. & idem tenet do. Car. in alia cauſa ex quo edicta nõ præceſſerũt: ſed certè puto quòd aliqualis ſuſpitio generetur contra tacẽtem: ſed in cauſa matrimonij optimè procedit dictũ Gaſ. ex quo edicta nõ proceſſerũt. facit. c. fi. qui matri. accu. poſ. Nico. Abb.

De ſponſa. duorum. *Rubrica.*

¶ Suprà viſum eſt de duabus ſpeciebus ſponſalitiorũ ſcilicet manifeſtis & clandeſtinis. ſed quia quandoque quis contraxit ſucceſſiuè bina ſponſalia cum diuerſis mulieribus vel econtra: mulier cum diuerſis viris: & poteſt dubitari quæ prę ualeãt ideo poſt præcedentes ſubñcit iſtam. Quærit Inno. hic ſuper rubrica. duo petunt eandem mulierem in vxorem pariter probant: quæritur mulier cui ſit adiudicanda? Concludit quòd eſt differenda ſententia[b] donec habeatur certior probatio. & ſi alter poteſt prius probare non eſt illi adiudicanda[c] mulier ſed differenda ſententia donec alter probabit: ſecus vbi ageret de p̃benda & alĩs poſſeſſionibus. [d] qa primo probanti adiudicaretur res petita, & victor præſtaret cautionem ipſi reo de conſeruando eum indemnem reſpectu alterius petitoris. vt in. l. is à quo. & l. ſequenti. ff. de rei vendi. Nota bene hoc dictũ Innoc. ex quo potes colligere notabilem limitationem ad illas leges vt res non tradatur primo vincenti vbi poſſit ſequi periculum animarum ex adiudicatione ſeu traditione: ſed differenda eſt ſententia donec alius probauerit. Et no. ſecundò quid agendum quando duo equaliter probant: & res petita non eſt diuiſibilis: nec poteſt inſolidũ poſsideri: quod limitat not. Bart. in. l. j. ff. vti poſ. & not. in. c. licet. de proba. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens ſucceſsiuè cũ duabus per verba de præſenti tenetur adherere primæ, ſi autem primò contraxit per verba de futuro: & ſecundò per verba de præſenti debet adherere ſecundæ.*

2 *Pactio & promiſsio poteſt appellari fides, & veniens contra promiſsionem dicitur venire contra fidem præſtitam.*

Fides eſt de re nõ viſa: & dicit fides quia fiet, vel à firmitate.

3 *Sponſalia etiam non iurata non ſeruans peccat.*

4 *Matrimonium contractum ex mulieris pulchritudine: ſeu appetitu copulæ extorquendæ valet.*

5 *Matrimonium abſque annuli traditione & ſolennitate ſecundum loci conſuetudinem tenet.*

6 *Carnalis copula ſuperueniens ſponſalibus ſub conditione an ſponſalia faciat tranſire in matrimonium?*

7 *Sponſalia pura ſiue ſub aliqua conditione contracta ſemper tolluntur per matrimonium de præſenti.*

8 *Sponſalia quatuor modis cõtrahũtur qui hic exprimuntur.*

¶ CAP. I.

1 DVobus. ¶ † Cõtrahẽs ſucceſsiuè per verba de pręſenti cũ
e duabus tenetur adherere primæ. [e] ſi aũt primò cõtraxit per verba de futuro ſecũ dò per verba de pręſenti: adherebit ſecũdæ. & habet hoc. c. pro palea. xxvij. q. ij. c. duobus. & ſecundum Hoſtien. & bene iſtud. c. idem dicit in effectu cum. c. penult. & c. ſicut. s̃. de ſpon. Duæ ſunt partes. Secunda ibi: *eſt autem*. & ſecunda ſubdiuiditur. Secunda ibi: *Fides*. ¶ Caſus literal. Ang. in. c. iſto oſtẽdit q̃ fides cõiugalis cõtractus duplex eſt. eſt em pactiõis et eſt fides cõſenſus: ſi aliquis dedit alicui fidẽ pactionis non debet aliam ducere: ſi autem duxerit valet, & agat pœnitentiã de fide mentita. ſi autem dederit fidem conſenſus non debet aliã ducere: & ſi duxerit dimittet illam & adherebit priori. Et quid ſit pactionis fides & conſenſus in
2 tex. Ber. ¶ † Not. primò quòd omnis pactio quantuncunq; ſimplex poteſt appellari fides. vnde veniens contra promiſsionem dicitur venire contra fidem per eum præſtitam. & ſic capitur in. l. j. ff. de conſti. pecu. & in. l. j. ff. de pact. & poteſt promiſsio appellari fides ad inſtar religionis fidei: quia ſicut ibi credimus quod non videmus ita in promiſsione credo te facturum quod promiſisti: licet non videam: vnde dicitur fides quia fiet: vel à
3 firmitate. ¶ † Secundò not. ex hoc text. argu. optimum & quaſi expreſſum quòd ex ſponſalibus ſine iuramento contractis quis obligatur ad contrahendum. ita vt peccet veniendo contra promiſsionem cum alia contrahẽdo. ¶ † Not. tertiò ibi: *ſi promiſerit &c.* quòd valet
4 matrimoniũ licet quis inducatur ad contractũ ex mulie
f ris pulchritudine [f] ſeu appetitu copulæ extorquendę. fa
5 cit. c. tua. & c. veniẽs. s̃. de ſpõ. ¶ † Vltimò no. tenere matrimoniũ interueniẽte mutuo conſenſu. licet ſecundum loci cõſuetudinẽ nõ deſt annulus ſeu nõ ſeruet alius mos regionis. hoc vult dicere iſta litera in fi. dum dicit. *ſi non ſtringit manum &c.* ¶ † In glo. penul. ibi. *pro non adiecta debet haberi*. & hoc teneas licet quidã dixerunt q̃ cõtractis ſponſalibus ſub illa conditione q̃ per primum coitum non tranſeũt in matrimonium, ſed purificãtur. ſed per ſecundum tranſeunt. quod non placet Vinc. nec cõmuniter doct. quia (vt dicit gl.) ſi intellexit de coitu fornicario habet illa cõditio ac ſi non fuiſſet adiecta & ſpõſalia remanent pura q̃ tranſeunt in matrimoniũ per car
7 nalẽ copulã. vt in. c. is qui. de ſpon. ¶ † Et in fi. glo. quilibet intellectus p̃t adaptari ad tex. & nõ eſt vis quis teneatur. ſenſus enim literæ eſt quòd ſiue quis promittat ducere aliquam, ſiue conditionaliter, ſiue ſine aliqua conditione ſemper illa ſponſalia tolluntur per matrimoniũ de pręſenti cũ alia contractũ. vt in. c. ſicut. &. c. pe. s̃. de ſpõ-

de ſponſa. ¶ †Hoſt.hîc format.q.quot modis cõtrahũ
tur ſpõſalia de futuro.& dicit ꝙ quatuor. Primò p̃ ver
ba de futuro ad hoc apta.vt in.c.pe. Secũdò per verba
de præſenti ſi cõtrahẽtes ſunt impuberes vel alter eorũ
nam iuris interpretatione ſunt ſpõſalia de futuro:vt in
c.fi.de deſpõſa.impube.& clarius in.c.vnico.eo.tit.li.vj.
Tertiò per dationẽ arrharũ.l.arrhis.C.de ſpõ.hoc intel
ligo quãdo præceſſerũt verba vel ſigna hoc indicantia.
quia datio arrharũ non magis proportionat̃ ſpõſalibus
quã alijs cõtractibus:vt inſti.de emp.& vendi.in princ.
Quartò per ſubarrhationẽ annuli .xxvij.q.ij.c.ſi qs de-
ſponſauerit.hoc dictũ non eſt ſimpliciter verũ.quia po
tius indicat matrimoniũ quã ſponſalia.vt in.c.fœminę.
xxx.q.v.ideo dic vt pleni⁹ dixi in.c.fi.de deſpõ.impube.

SVMMARIVM.

1 *Deſponſatam alterius in vxorem ducens & cognoſcens nun-*
quã in vxorem eam habere poterit.5.
2 *Sponſa etiã vocatur vxor de præſenti ante carnalẽ copulam*
ſeu traductionem ad domum viri.
3 *Pœnitentia publica imponitur accipienti ſponſam alterius in*
vxorem, & ambo infames efficiũtur & ſacrilegium com-
mittunt.
Sacrilegium eſt vtriuſque fori: & vterque iudex eccleſiaſti-
cus & ſecularis poſſunt cognoſcere & pœnam imponere.
4 *Pœnitentia pro quolibet peccato mortali datur ſeptem annorũ*
ſpatio:niſi ſacerdos etiam abbreuiauerit: & quid pro tali
pœnitentia agatur.

¶ *CAP II.*

1 ACcepiſti. ¶ † Alteri deſponſa-
tã ducens in vxorem &
cognoſcens nũquã in vxorem eã habere
põt.h.d.ſecundũ vnũ intellectũ.Sed cla-
rius hoc videt̃ in.c.fi.j.de eo qui duxe.in
matri.quã pol.per adul.vel iuxta literã ſumma ſic.Ponit
pœnitentiã illius qui alterius ſpõſam de præſenti accœ-
2 pit ſibi in vxorẽ. ¶ † No.ibi. *deſponſatam.* & tene mẽti
ꝙ cõtrahens per verba de præſenti ante carnis copulam
a poteſt appellari ſponſa.[a] nam iſte tex.loquit̃ de tali ſpõ
ſa de præſenti.patet ex eo quia ſi fuiſſet ſpõſa de futuro
valuiſſet matrimoniũ cũ ſecũda contractũ.vt in.c.pro-
xi.& in.c.ſicut.&.c.pe.ſ.de ſpon.& facit hoc optimè:vt
in ſtatutis odioſis appellatione vxoris nõ veniat deſpon
ſata per verba de præſenti ante traductionẽ ad domum
viri & carnalẽ copulam. pro hoc vide quod dixi ſuper
3 rub.de ſpõ.& in.c.ex publico.de conuer.cõiug. ¶ † Se-
cũdò.no.ꝙ eccleſia imponit pœnitentiã publicã ducẽti
ſponſam alterius in vxorem:& dic ꝙ mulier quę cõtra-
xit cũ duobus eſt infamis.& idẽ in maſculo.vt in.l.j.ff.
de his qui no.infa .& credo ꝙ eccleſia poſſet imponere
pœnã in foro iudiciali:quia iſti abutuntur ſacramento
matrimonij:et ſic cõmittũt ſacrilegiũ:vt in.l.q̃is.C.de
adult.ſacrilegiũ verò eſt mixti fori,vterq; enim iudex
eccleſiaſticus & ſecularis cognoſcere põt:de quo in.c.cũ
ſit generale.de foro compe.vbi plenè dixi.&facit ad præ
dicta:tex.cũ gl.xxxij.q.j.c.de benedicto.hîc aũt papa nõ
curauit de pœna fori iudicialis:quia ad hoc non fuerat
actum:ſed per viã ſalutis & conſilij aĩæ fuit hîc papa adi
4 tus. ¶ † Vltimò no.hãc pœnitẽtiã.& eſt regulare ꝙ pro
quolibet peccato mortali eſt pœnitentia iniungẽda.xij.
an.xxxiij.qõ.ij.c.hoc ipſum.quod tñ intellige niſi ſacer-
dos tẽpus ex cã abbreuiauerit.vt in.c.deus qui.de pœ.&
remiſ.& de pœ.diſt.j.c.quẽ pœnitet. ¶ Sed quæro quid
debet iſte agere in hoc ſpatio.vij.an.nam tex.hîc nõ ape
rit,ſed dicit ꝙ debet pœnitere cũ.vij.ann. ſequentibus.
Solut.dicit Abbas quòd debet ieiunare ſemel vel plu-
ries ĩ ſeptimana,vel aliud bonũ agere ſecũdũ diſtinctio
nem & iudiciũ ſacerdotis:& bene loquit̃.facit qđ no.in
d.c.hoc ipm.& ſic debes intelligere oĩa iura q̃ imponũt
pœnitẽtiã per numerũ dierũ vel annorum nõ ſpecificã
5 do modũ pœnitẽtię.& hoc notabis. ¶ †In glo.ij.in fin.
ſolue cõtraria vt no.gl.in.c.ij.ſ.ti.pxi.& in reg.nõ fir-
maſ.de reg.iur.lib.vj.& ad iſtũ tex.dic ꝙ aut duxit ſpon
ſam alterius& cognouit,& nõ põt amplius habere eam
in vxorẽ etiã mortuo prĩo viro.vt in.d.c.j.de eo q dux.
b in mat.quã pol.p adul.dic vt ibi.Aut nõ cognouit, [b] &
tunc ex nouo cõſenſu poſſet eã habere in vxorẽ mortuo
primo viro:vt in.d.c.fi.& ſic intelligit̃ verbum nunquã
a poſitum in text.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimoniũ*
carnali copula conſummatum.4.
2 *Verba matrimoniũ contrahendo in loqui valentibus vel alia*
ſigna æquipollentia ſunt neceſſaria.
3 *Iuramentũ non eſt de ſubſtãtia matrimonij licet fortius obliget*
4 *Carnalis copula non addit maius vinculũ reſpectu eſſentiæ ma*
trimonialis.
Conſenſus mutuus ſolus eſt ad eſſentiã matrimonij.
Conſummatũ matrimoniũ fortius eſt quã nõ conſummatũ, quia
non ſoluitur per ingreſſum religionis.
5 *Papa ſententiam prædeceſſoris ſui reuocare poteſt, & contra*
riam conſtitutionem facere, & ius diuinum interpretari.
6 *Conſtitutio iſta an ad præcedentia matrimonia trahatur?*

¶ *CAP. III.*

1 LIcet. ¶ †Sponſalia de preſenti non ſol
uunt̃ per ſequẽs matrimoniũ etiã
carnali copula cõſummatũ:& clarius hoc
videtur in.c.fi.et pe.ſ.de ſpõ.Primò ponit̃
deciſa conſultatio.Secũdò reſponſio.ibi. *Conſultationi.* c
Tertiò alterius dubij ſolutio.ibi. *& ſi nupſerit.* Quar
2 tò obſtaculi remotio.ibi. *quãuis.* ¶ †No.ibi. *verbis ex-*
preſſè. ꝙ conſenſus in mr̃imonio cõtrahẽdo debet ver
bis exprimi in fari valẽtibus.& ſic facit hęc litera in ar.
ꝙ verba ſunt de ſubſtãtia in loq valẽtib⁹:& in his verbis
formaliter vtit̃ tex.in.c.pe.ſ.de ſpõ.ſed Hoſt.ſupplet ad
literã vel alio ſigno æquiualenti:qđ placet.dixit eñi de
verbis:quia cõiter hoc accidit:ſed ad materiã vide quod
3 plenè dixi in.c.tuæ.ſ.de ſpon. ¶ †No.ibi. *ſiue ſit iuramen*
tum. ꝙ iuramentũ non eſt de ſubſtãtia matrimonij.licet
4 fortius obliget cõtrahentẽ. ¶ † Vltimò no.ꝙ matrimo
nium habet ſuã eſſentiã ex ſolo mutuo conſenſu cõtra-
hẽtiũ:vñ carnalis copula nõ addit maius vinculũ reſpe-
ctu eſſentiæ matrimonialis:ideo nõ tollit̃ primũ p̃ ſecũ
dum cõſummatũ:ſed bene addit reſpectu ſignificati:qa
aliud ſignificat conſummatũ quã nõ cõſummatũ: vt in
c.debitũ.de biga.&.xxvij.q.ij.c.quapropter.Itẽ eſt for-
tius cõſummatũ.hinc eſt ꝙ nõ diſſoluit̃ p̃ ingreſſum re
ligionis ſicut nõ cõſummatũ.vt in.c.ij.& ĩ.c.ex publico.
5 de cõuer.cõiu. ¶ † Vltiò.no.papã poſſe reuocare [c] ſnĩam
c ſui p̃deceſſoris & cõtrariã cõſtitutionẽ facere vl̃ aliter
declarare etiã pręcepta iuris diuini quã prędeceſſor de
6 clarauerit. ¶ † In glo.fi.in fi.quid aũt de matrimonijs cõ
tractis ante hãc cõſtitutionẽ? dicit Hoſt. ꝙ illa ſunt tole
rãda propter conſuetudinẽ contrariam:&quia nonnul
li ſummi pontifices ita diffinierant.de hoc in.c.fin.infrà
eodem.vbi dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Appellãti in matrimoniali cauſa interdici debet quòd cũ alia*
non cõtrahat lite pendẽte, & ſi contraxerit ſeparatur.
2 *Interdictum ne quis cõtrahat matrimonium lite pendente.*
3 *Lite pẽdẽte ſuper mr̃imonio nõ licet trãſire ad aliud mr̃imoniũ*
4 *Actus contra ius an ſit ipſo iure nullus?*

¶ *CAP. IIII.*

1 IVa fraternitas. † Appellã
ti ĩ cã mr̃i
moniali interdici debet ne aliud mr̃i-
moniũ cõtrahat li.pẽdẽ.et ſi cõtraxe-
rit debet ſepari.priò thema.ſcdò p̃ci-
pit fieri interdictũ.ibi. *hoc arbitramur.*

vlti.ff. de ver.obl. vbi dicit hoc eſſe notãdũ. quia quo tidie ĩter adoleſcẽ tes philocaptos euenire poteſt.

ZACHARI.

a ¶ Põt appellari ſponſa. Adde hoc eſſe multũ dubita bile.de quo dic vt notaui ĩ apo.meis ad iſtũ.in.c.j.ĩ ver bo cõtrahẽtes ſpõ ſalia.ſ.de poſtu.p̃ la. & melius in.c. iñ. loco.nu.v. in apo.in ver.ſpõſas. vbi cõcordo opi. cõtra.ſ.de p̃ſum.et in rub.ſ.de ſponſa. & matri. nu.v. ver.per prędicta.

b ¶ Cognouit.eodẽ modofallit quãdo cognouit ſed igno ranter quia proba bilis ignorãtia ip- ſum excuſat.c.do minus noſter.j.de ſecũ.nup.ſecundũ Philip.hîc.

c ¶ Reuocare. licet dicatur ꝙ par in parem non habet imperiũ. c.inno- tuit.ſ.de elec.c.fi. de reſcrip.in.vj.l. nã & magiſtratus. ff. de arbi.l. ille à quo. §. tẽpeſtiuũ. ff.ad treb.

tertiò dicit quid iuris ſi violeť.ibi. *& ſi contra.* ¶ Caſus literalis. Aliquis corã iudice ſuo petit aliquã in vxorem.vel aliqua petit aliquẽ in virũ quem dicit in eã conſenſiſſe per cõſenſum mutuũ de prẽſenti.ille appel.ad ſedem apoſto.& appel.pẽ.ante cauſæ cognitionẽ ſiue anteſnĩam aliã accœpit in vxorẽ.quæritur ꝙd iuris ſit?rñdet pa.ſi aliquis ammodo in tali caſu duxerit appellandũ iudex interdicat ei publicè:ne ante deciſionẽ cauſę cũ alia cõtrahat:quod ſi fecerit matrimoniũ tam prẽſumptuoſè cõtractũ debeat irritari ſecundũ formam iuris.Ber.

2 ¶ †Not.ꝙ appellatione pendẽte põt iudex à quo interdicere matrimoniũ cõtrahendũ:& ſic non ſuſpẽditur in totũ iuriſdictio iudicis à quo.vnde poteſt agere ea quæ tendũt ad facilioꝛẽ exitũ cauſæ appellationis.de quo vide bonũ tex.cũ gl.in.c.ex literis.de matri.contra.contra interdi.eccle.vnde videť ꝙ iudex poſſit hoc interdictũ facere. ¶ †Itẽ no.ꝙ pendẽte lite ſuper matrimonio ſiue fuerit appellatũ ſiue non nõ licet trãſire ad aliud matrimoniũ [a] licet per partẽ prętendať nullitas primi mrimonij.vt in.c.cũ in apoſtolica.s̃.de ſpõ. & hîc ꝑ illud.c. nõ debes diſpoſitionẽ huius tex.reſtringere ad pẽdentiam appellationis.Idem etiã eſt ſeruandum pendẽte lite ante appellationẽ:vt in.d.c.cũ in apoſtolica. ¶ †In gl.ij.in fi.no.bene diſtĩctionẽ gl.ſolet eñ quotidie allegari.& hęc eadẽ diſtinctio ſolet fieri cũ quęriť vtrũ actus cõtra legem ſit ipſo iure nullus.de quo [b] vide in reg.ea quæ contra ius.de reg.iur.li.vj.& in.c. vides.x.diſt. & in .l.nõ dubium.C.de legi.&dicit perpetua cauſa prohibitionis qñ cauſa prohibitionis nõ eſt reſtricta ad certũ tp̃s ſed eſt perpetua:puta ſi prohibeť aliqd fieri ꝓpter malũ ꝙd inde ſequi põt,vel prohibeť matrimoniũ fieri propter cõſanguinitatẽ vel aliquid ſimile.dicit nõ habere perpetuã cãm ꝓhibitionis:qn cauſa eſt reſtricta ad certũ tp̃s.puta prohibeť matrimonium propter veneratiõnem diei.

3 4 a b c d e 1 2 3 4 5 6 a b 1

ZACHARI.
a ¶ Ad aliud matrimoniũ. Addeqd ſi cõtrahat etiã contra præceptũ iudicis,vel eccleſiæ inhibitionẽ. Spec.in tit.de ſpon.& ma. §.ij.& in tit.de matri.cõtra.inter.eccle.cõtracto.ĩ prĩ.
b ¶ Nullus. de quo in.c.fin.de poſtu. prǽl.per Lap.ſua alle.xcvij.ꝑ Abb. in.c.ad apoſtolicam.s̃.de regu.facit.l.j.§.ſexum. ff. de poſtu. vbi illa prohibitio habet cauſam perpetuã.
c ¶ Tolerantur. Vide quæ dixi in.c. fi.de cõſti.vbi do. Pe.in.c.j.de ſum. tri.& fi.catho.lib. vj. & in cle.ij.de reb. eccle. nõ alie. And.Barba.
SEBASAPI.
d ¶ Poteſtas papæ. Ad corroborationem vide Pet.de anch.in cõſi.cccj. inci.viſo & diligẽter inſpecto.colũ. iij.refert Feli.in.c. quæ in eccleſiarũ. col. vij. ver.ij.amplia.s̃.de cõſtitu.
ZACHARI.
e ¶ A iure diuino Matth.xix. quos deus cõiũxit &c. Ang.ĩ auť.de triẽ. & ſe. §.ix. col.iiij. & Ale.cõſi.xlviij. vol.iiij.

SVMMARIVM.

Duas qui per verba de præſenti deſponſat,primam deſponſatam habet in vxorem etiam ſi prius ſecundam cognouerit: & non valet conſuetudo in contrarium.

Eccleſiæ inferiores circa ſacramenta debent ſe conformare maioribus ratione metropolitanæ eccleſiæ.

Carnalis copula nõ eſt neceſſaria ad eſſentiã matrimonij.6.

Conſenſus ſufficit ad eſſentiam matrimonij.6.

Sufficit quid ſignificat?

Conſtitutio an ad præterita trahatur?

Papa an poſſit ſtatuere quòd tollatur primum matrimoniũ non conſummatũ per ſecundum conſummatum?

Papa ampliſſimã habet facultatẽ in matrimonijs nõ cõſummatis.

Conſenſus ſolus perficit non tantũ contractum matrimonij ſed etiam alios contractus qui ſunt de iure gentium.

Matrimonium habet eſſentiam à iure diuino:& ſicut deus eſt immutabilis:ita & matrimonium.

¶ *CAP. V.*

VAs. ¶ † Qui duas per verba de præſenti deſpõſat,primã deſponſatã habet in vxorẽ etiã ſi prius ſecũdã cognouerit:nec valet cõtraria cõſuetudo.& hoc vltimũ addiť ad.c. licet.s̃.eo.In prima, conſultatio.In ſecũda,reſpõſio.ibi. *Ne verò.* ¶ Caſus literalis.Olim obtinuit conſuetudo in eccleſia mutiñ.vt ſi aliquis aliquã deſponſaſſet per verba de prẽſenti:& ante carnalẽ copulã aliã accipiat & cognoſcat:illa ſibi adiudicabitur quã primò cognouerat:quia verò turpis eſt omnis pars quę ſuo nõ cõgruit vniuerſo:& eccleſia mutiñ.tenere debet humiliter & ſeruare quod ro.ecc.& ſua metropolis ſeruat.prẽcipit papa vt eccleſia mutiñ.in matrimonijs cõtrahẽdis illud obſeruẽt vt poſtq̃ inter ꝑſonas legitimas, legitimus cõſenſus interuenerit de prẽſenti ſi poſtea cũ alijs de facto cõtrahãt: quod prius de iure factũ fuerat non potuit irritari.Ber. ¶ †No.primò circa ſacramenta eccleſiaſtica,ꝙ eccleſiæ inferiores debẽt ſe cõformare maioribus ratione metropolitanæ eccleſię.facit.c.ad abolendã.j.de hære.vide bo.gl.in.c.j.de ſum.trin. lib.vj. 2

3 ¶ †Not.ij.ibi. *qui ſufficit.* ꝙ ad eſſentiam matrimonij copula carnalis neceſſariò nõ cõcurrit:eſt ergo verũ matrimonium poſt cõſenſum de prẽſenti prẽſtitũ:nã id dicitur ſufficere quo poſito nil aliud ad ſubſtãtiã actus requiriť:vt no.gl.in.c.ſtatutũ.in prin.de reſcri.li.vj.Et adde hîc ea quę dixi.s̃.eo.in.c.licet.& ꝙ pleni⁹ dixi in.c.ex publico.de cõuer.coniug. ¶ †Quid de matrimonijs cõtractis ante iſtã cõſtitutionẽ?docto.cõiter tenent ꝙ illa toleranť. [c] & hoc apertè innuit verbũ. *de cætero,* hîc poſitũ:& põt adduci iſte tex. pro & cõtra.ꝙ conſtitutio iuris antiqui declaratoria nõ extendiť ad prẽterita habẽtia cõtrariam cõſuetudinẽ,quare rõne cõſuetudinis illa debeãt tolerari.ꝓ quo vide bo.gl.in.c.cũ venerabilis.de cõſue.& in.c.j.de poſtu.ꝑ.li.vj.In cõtrariũ poſſet adduci iſte tex.quia dicit. *de cætero.* ſecus ergo ſi hoc verbũ nõ fuiſſet appoſitũ.vt in.c.cũ tu.& qd ibi no.de vſu.ſed ad materiam plenè vide no.in.c.fi.de cõſti.& in cle.ij.de re.ec.non alie.& in cle.j.de elec. 4 5

¶ †Vltimò qriť nũqd papa poſſit ſtatuerevt per ſecũdũ mrimoniũ cõſummatũ tollať primũ nõ cõſummatũ:& ſic approbare cõſuetudinẽ hîc reprobatã?Hoſt.tenet hîc ꝙ ſic:qa circa mrimoniũ nõ cõſummatũ latiſſimè patet poteſtas papæ, [d] vt no.in.d.c.ex publico.& ad hoc põderat ver. *nullus.* poſitũ in tex.quaſi dicat ꝙ potuiſſet ſtatuere hîc cõtrariũ. *Sed ego dubito an hoc dictũ ſit verũ.nã ſine magna cã papa non diſponit cõtra iſtud matrimoniũ.vt in.d.c.ex publico.Itẽ ſi hoc eſſet,quare papa retractaſſet diffinitionẽ ꝑdeceſſorũ ſuorũ ſi illi potuiſſent ad libitũ diffinire?vt in.c.licet.s̃.e.ſed ex magna cã poſſet hoc facere.* d

6 ¶ †In gl.ibi. *nam contractus perfectus eſt per ſolum conſenſum.* nõ intelligas gl.ruditer.nã etiã cõtractus emptionis & vẽditionis:& cæteri qui ſunt de iure gentiũ perficiunť ſolo cõſenſu:vt in.l.conſenſu.ff.de actio.& obl.& l.ex hoc iure.ff.de iu.& iur.ſed intelligas gl.ꝙ cõtractus mrimonij eſt ꝑfectus per ſolũ cõſenſum.i.ꝙ ꝑ ſolũ cõſenſum eſt trãſlatũ plenũ ius.ita vt traditio corporalis nihil addat:& licet doc.hîc inſtẽt pro rõne diuerſitatis maximè Hoſt.q̃ dicit ꝙ matrimoniũ habet ſuã eſſentiã à iure diuino. [e] Ideo ſequiť cõditionẽ ſui authoris.nam deus eſt immutabilis.Alij verò cõtractus ſunt ab hoĩe: ideo ſequunť naturã hoĩm:hæc ratio videť mihi perſuaſiua & nõ neceſſariò cõcludẽs:nã & aliqua ſunt ab hoĩe quę tñ ex ſolo titulo habẽt ſuã perfectionẽ vt eſt titulus beneficialis.nã per ſolã collationẽ beneficij acquiriť plenum ius prouiſo.vt hîc.& in.c.ſi tibi abſenti. de prębẽ. lib.vj.ideo facit regula.ꝙ in oĩbus ſpũalibus ex ſolo titulo trãſferť plenũ ius:vt in.d.c.ſi tibi abſenti.& per Inn. in.c.inter cętera.de pręben.Iſta enim tanq̃ inuiſibilia ſine alia executione exteriori trasferuntur.& ſolo cõſenſu(vt dixi) perficiuntur. e

De conditionibus appoſitis in deſpõſatione & in matrimonio uel in alijs contractibus. Rubrica.

¶ Continuať hæc rubrica ad p̃cedẽtia hoc ordine.Quia quandoq; ſpõſalia contrahũtur purè,de qbus viſum eſt ſuprà: quãdoq; ſub cõditione meritò de his poſt præcedẽtia ſubmittit. & quia cõditio apponi põt non ſolũ in matrimonio.ſed etiã ĩ alijs cõtractib⁹.Iõ ne author haberet materiã geminãdi rubr. ſubnectit hîc de cõditionibus appoſitis ẽt in alijs cõtractibus. & quid ſit cõditio.no.ſuper rub.ff.de cõd.& dem.Sed dic latius & clarius.quia cõditio eſt q̃dã adiectio poſita vel ſubintellecta in diſpoſitiõe ſuſpẽdens & reſoluẽs ipſam diſpoſitionẽ.& differt à modo.quia modus nõ ſuſpendit ſed eſt quædã modificatio diſpoſitiõis.de quo clarius diceť ĵ.eo.in.c.verum.

Conditio

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis in contractu matrimonij apposita non vitiat matrimonium, sed conditio ipsa frangitur.*

2 *Conditio an possit apponi in contractu matrimonij: & qualis vitiet matrimonium?*

¶ CAP. I.

QVicunque. ¶ †Hoc dicit in sũma. Defectus turpis conditionis in cõtractu matrimonij appositæ nõ vitiat matrimonium: sed vitiatur. primò ponit thema ex quo resultat tacita quæstio. Secũdò respõsio ibi: *Respondemus.* ¶ Casus lr̃alis. Si aliquis desponsauit aliquam sub conditione quæ nõ sit contra substantiã matrimonij: puta cõtraho tecũ si furtũ feceris: si voluit eam relinquere: querit an possit? Respon. ꝙ cõditio frangatur, & matrimoniũ firmiter teneat. Ber. ¶ †Op. cõtra tex. videt enĩ ꝙ cõditio possit apponi in matrimonio cõtrahẽdo. vt j. e. c. de illis. et. c. super eo. Sol. metu cõtrarij iste tex. intelligit duob⁹ modis. Prĩo ꝙ loquit in cõditione suspendẽte turpi tn̄. nã cõditio turpis quę nõ sit cõtra substantiã matrimonij habet pro nõ adiecta, & cõtractus remanet purus j. eo. c. fi. secus in cõditione honesta, de qua intelligit contrarium. & hunc intellectũ ponit gl. hĩc. Secundus intellectus extra glo. vt intelligat in cõditione resoluẽte. puta cõtraho tecũ matrimonium, & si nõ donaueris mihi x. volo te relinquere, certè ex quo matrimoniũ à principio tenuit nõ põt dissolui: vt in. c. cũ sis. de cõuer. cõiug. & pro hoc intellectu facit litera in ver. *relinquere.* & hũc intellectũ sensit Vinc. Quidam tn̄ dixerunt ꝙ in matrimonio non põt apponi conditio: qa consensus debet esse purus & absolutus. sed hoc est falsum: vt ĩ cõtrarijs. nisi intelligas ꝙ matrimoniũ non potest cõsistere nisi ex solo cõsensu puro & absoluto: nã existente conditione cõsensus remanet pur⁹: & tũc verè ĩcipit tenere mr̃imoniũ: vt ĩ. c. sup eo j. e. & c. verũ. & in. c. vnico. de spõ. li. vj.

SVMMARIVM.

1 *Seruus manumißus sub conditione vt fiat monachus & monasterio seruiat: aliàs in seruitutẽ redeat: si monachus sit factus manumittentis voluntatem seruare cogitur. 8.*

2 *Conditio apponi potest resolutiua libertatis in manumißione serui.*

3 *Seruitus non impedit quòd quis monachus non fiat vel ad sacros ordines non promoueatur.*

Seruus potest manumitti sub conditione vt fiat clericus vel monachus.

5 *Libertas an sit res spiritualis?*

Simonia an sit aliquid pro ingreßu religionis accipere?

6 *Conditionis acceptatio quid operetur?*

7 *Clericus & monachus an in seruitutem redigi poßint: & dic quòd aliud est in clerico aliud in monacho.*

Degradatus clericus in effectu desinit eße clericus.

Monachus nunquã desinit eße monachus.

8 *Papa an poßit monachum à religione & voto liberare?*

¶ CAP. II.

CVm sit proprium. † Pertinet ad secũdã partẽ rubri. & h. d. in summa. Seruus manumissus ea cõditione vt fiat monachus & monasterio seruiat aliâs in seruitutẽ redeat: & si hoc acceptato monach⁹ factus sit. manumittentis volũtatẽ cogitur obseruare. Primò thema. Secũdò responsio ibi: *tu ergo.* ¶ Casus literalis. Quidã diaconus manumisit duos seruos sub ea cõditiõe vt monachi essent & pmanerẽt in quodã monasterio, adijciẽs vt si cõtrafacerẽt: iterum seruituti subijcerent: & vnus illorum recessit à conditiõe: & de monasterio exiuit: & inter clericos seculariter cõuersat: Vnde quidã presbyter illius monasterij cõquestus est de hoc dño papæ. vn mãdat epo dioceſis vt si ita esse inuenerit: compellat eũ in monasterio permanere: nec monasterium deserat: vt
2 volũtas manumittẽtis nõ valeat præteriri. Ber. ¶ †No. primò ꝙ in manumissione serui potest apponi cõditio
a libertatis solutiua. [a] ¶ †Secũdò not. ꝙ seruitus antiqua
3 non impedit monachatum. cõcor. liiij. dis. c. multos. nec promotionẽ ad sacros ordines: vt in. c. nullus. & in. c. de
4 famulis. de ser. nõ ord. ¶ †Tertiò not. quòd seruus põt manumitti sub eo modo vt fiat monachus vel clericus.
5 ¶ †In gl. prima ibi: *est res spiritualis.* no. glo. ꝙ libertas [b]
b potest dici res spiritualis: & facit qd̃ no. gl. in. d. c. nullus. sed hoc nõ ꝓcedit. quia si esset spiritualis non caderet in laicũ. vt in. c. causam. de præscrip. Itẽ dominus qnq̃ manumittit interuẽtu pecuniæ. l. iiij. ff. de manumiss. quod nõ posset fieri si libertas esset res spiritualis. & ideo tene sequẽtẽ solutionẽ gl. ꝙ monachatus hîc confertur purè. Item est hîc quædã conditio intrinseca: vnde sicut non est simonia si datur prædium vt ibi fiat ecclesia. vt in. c. olim. el. j. de restit. spo. ita & si manumittit seruus vt fiat clericus vel monachus: quia nõ põt fieri monachus aut clericus nisi prius sit liber. s̃. de ser. nõ or. per totũ. Host. intellexit tex. ꝙ nõ sub cõditiõe sed sub mõ isti fuerunt manumissi. vn̄ conditio hîc ponit largo mõ. sed per hoc b
nõ mutat intellectus iuris: & de differentia inter modũ
6 & cõditionẽ habetur. in. c. verum j. eo. ¶ †In glo. fin. ibi: *quàm cito acceptauit conditionem.* intellige gl. sanè. s. ꝙ acceptauit cum effectu faciendo professionẽ in manibus illius qui potuit eũ incorporare religioni. iuxta nota. in c. porrectũ. de regula. ex nuda ergo acceptatiõe cõditionis nõ esset effectus monachus. ¶ †Et in fi. gl. vult ergo
7 gl. ꝙ promotus ad clericatum potest reuocari ad seruitutẽ si non seruat modũ in manumissione appositũ: secus in eo qui est effectus monachus, sed nõ reddit rationem diuersitatis: nec etiam doct. sed potest dici ꝙ clericus degradatus desinit in effectu esse clericus. vt in. c. de gradatio. de pœnis. lib. vj. vnde sine violatione clericus põt degradari & redigi in seruitutẽ: sed per degradationẽ seu depositionẽ nõ desinit quis esse monach⁹. Est enĩ monachatus quoddã votũ à quo nõ põt liberari etiam per papam saltẽ sine maxima cã. iuxta ea quæ no. in. c. cũ ad monasteriũ. in fi. de ſta. reg. ex quo enĩ semel purè voluit deo nõ põt amplius redire ad seculũ & subijci seruituti corpali. sed si fuisset seru⁹ illi⁹ monasterij: tũc fortè valeret cõditio: nõ vt ex toto desinat esse mõach⁹: sed vt sit magis astrictus monasterio q̃ cęteri: vn̄ erit quasi seruus monasterij: nec poterit intrare monasteriũ strictius facit qd̃ leg. & no. in. c. de famulis. & in. c. eo libẽtius. de ser. nõ ordi. & qd̃ no. gl. in. c. vt lex cõtinentiæ. xxvij. q. j.
8 ¶ †Sed cõtra hũc intellectũ gl. exponit de fi. c. vbi papa mãdat seruari manumittẽtis volũtatẽ: ergo debet ille redigi in seruitutẽ: cũ hæc sit manumittẽtis volũtas: cõtrariũ vr̃ difficile & hîc nõ tactũ p doc. sed põt dici inherẽdo prĩo intellectui Host. ꝙ isti fuerũt manumissi sub modo vt fierent monachi &c. vn̄ conditio redigẽdi ad seruitutẽ debet referri ad tempus ante monachatũ: namvolũtas manumittentis fuit vt fierẽt monachi: & si nõ vellent redirẽt ad seruitutẽ. vnde si fiunt monachi seruent volũtatem manumissoris eò ꝙ compelluntur perseuerare in monasterio.

ZACHARI.
a ¶ Conditio libertatis solutiua. Adde tamẽ ꝙ pendẽte illa habebitur pro seruo. vt not. Spe. in ti. de actio. ver. item ꝙ est libertus. & in tit. de accu. ver. ꝙ est. & ver. sed pone.
b ¶ Libertas. alias dicitur causa pia. l. j. C. de cõmu. ser. ma. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquam in vxorem accipere si centum sibi donauerit non tenetur illam in vxorem accipere nisi postea purè consenserit, vel eam cognouerit. 3.*

2 *Sponsalia possunt sub conditione contrahi etiam de futuro.*

Impedimentum publicæ ho. iustitiæ non oritur ex sponsalibus conditionatis ante conditionis euentum.

3 *Conditio quòd aliquid detur ex causa dotium vel donationis an sit honesta vel turpis?*

4 *Conditio in sponsalibus apposita tollitur per carnalem copulã*

superuenientem & consensum de præsenti.5.

5 *Consensus superueniens de præsenti sponsalibus de futuro sub aliqua conditione quid operetur?4.*

¶ CAP. III.

1 DE illis. ¶ †Qui iurauit aliquam in vxorẽ accipere si cẽtum sibi donauerit accipere nõ teneť:nisi postea purè consenserit vel eã cognouerit.Primò thema. Secundò determinatio.ibi *Reus.* ¶ Casus literalis. Aliquis iurauit alicui mulieri sub hac forma verborum.ego accipiã te in vxorẽ si centum mihi donaueris. mulier nolebat soluere qđ petijt, quæriť vtrũ sit periurus si eã non accœpit in vxorẽ?& respondeť ꝙ non,nisi postea consensus de præsenti ac-
2 cessit,vel carnalis copula fuerit subsecuta.Ber. ¶ †No. primò ꝙ sponsalia possunt contrahi sub cõditione.tex. enim iste loquitur in sponsalibus de futuro:vt patet per verbum accipiã.quod est futuri tẽporis:vt in.c.pe.s.de spon.& ex talibus sponsalibus conditionatis non oritur ante cõditionis euentũ publicę honestatis iustitia.vt in c.vnico.de spon.lib.vj. ¶ †Secundò not.tex.valde notabilem iudicio meo.ꝙ hęc cõditio[a] est honesta accipiã te in vxorẽ si tale quid mihi donaueris:nam si non esset honesta.non suspendisset sponsalia:sed haberet pro non adiecta.vt in.c.fi.j.eo. ¶ Sed contra hoc & contra text. fortiter opponitur de.l.si ita stipulatus fuero.in.§.fi tibi nupsero.ff.de verb.ob.vbi tex.no.dicit ꝙ si mulier stipulatur à viro centũ dari si sibi nupserit:non valet stipulatio tanquã inhonesta:& idem dicit in personaviri,ne videatur propter libidinẽ dedisse centũ, seu matrimoniũ contraxisse.Sol.contrarium est difficile & nõ tactũ hîc per doct.sed credo posse dari duas solutiones. prima vt intelligatur ꝙ vir fuit stipulatus aliquid sibi donari occasione.s.dotis.nam tũc bene valeret.vt in.d.§.si tibi nupsero. Vel secundò põt dici ꝙ qñ subest causa honesta petendi donũ:tũc valet conditio seu stipulatio. nã text. in.d.§.non annullat indistinctè illã stipulationẽ:sed dicit ꝙ causa cognita est annullãda.vnde(vt dicit ibi Bart.)si nobilis contraheret cũ plebeia non esset inhonestum si promitteret aliquid ipsi nobili in compensationẽ nobilitatis.nã tũc cessat ratio libidinis:& idem vbi subesse põt consimilis causa. ¶ †Vltimò no.duos casus in quibus conditio apposita in sponsalibus tollit scilicet per carnalem copulã subsequẽtem:& no.bene hunc casum maximè iuncta glo.fi.quia extẽdit.c.is qui.de spon.nam copula hîc operatur duo purificat em̃ spõsalia:& eodẽ momento ea trãsfundit in matrimoniũ.Secundus casus qñ interuenit postmodũ consensus de pręsenti. ¶ †Sed quæro nũquid sufficit omnis consensus de p̃senti? Vin. hîc Pet. Abbas & Spe.eo.tit.in prin.miro modo intelligunt istũ tex.dicunt enim sufficere consensum de præsenti siue sit purus siue sit conditionalis,dũmodo non conferať in arbitriũ alterius:& hoc vltimo casu intelligunt.c.super eoj.eo.quasi velint isti dicere ꝙ si fuerit dictum contraho tecũ si donaueris mihi centũ incontinẽti est matrimoniũ:quia verba sunt de pręsenti nec cõsensus est collatus in arbitriũ alteriusvt puta si fuisset dictũ contraho tecũ si pater meus consenserit :nam hoc casu non est mr̃imoniũ nisi pater consenserit:vt in.d.c.super eo.sed Io.an.hîc & Inn.tacitè sentiũt oppositũ & melius dicũt enim ꝙ licet consensus sit præstitus per verba de pręsenti:ex quo non interuenit conditio suspensiua nõ tenet matrimoniũ nisi existat conditio:quia cõsensus à quo substantiatur matrimoniũ non est purus & absolutus.& hoc dictũ satis sentit hîc gl.pe.& tenet do. Anto. in.d.c.super eo.& hæc mihi videť ipsa veritas.vnde tex. debet intelligi de consensu de pręsenti purè pręstito. Tamen est differẽtia.vtrũ dicã accipiã te si centũ dederis. nã in prio casu existẽte conditione purificantur sponsa

lia.sed adhuc nõ est mr̃imoniũ.sed secũdo casu erit matrimoniũ:quia cõditio suspendit cõsensum de pręsenti.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ecclesiæ sub modo de aliqua re:res donata statim efficitur ecclesiæ,nec reuocatur modo non seruato,nisi in contractu fuerit expręssum.*

2 *Donator potest in donatione quã facit ecclesiæ conditionẽ se modum apponere etiam contractus resolutiuum.2.*

Donator laicus an donationem factam ecclesiæ propria authoritate possit reuocare?

Conditio siue modus appositus in donatione facta ecclesiæ an præsumatur quòd sit causa finalis contractus,& quid operetur si est tanquam causa finalis vel non?

3 *Donatio facta ecclesiæ an possit reuocari propter conditionẽ non seruatam per prælatum?*

Prælati delictum siue negligentia an noceat ecclesiæ?

4 *Conditio apponi potest in donatione facta ecclesiæ,quòd res donata non possit alienari.*

Alienari an & quando possint bona ecclesiæ?

¶ CAP. IIII.

1 VErum. † Est tex.notabilis & multum allegatur & secundũ intellectũ veriorem.h.d.in summa. Res donata ecclesiæ sub modo statim est ecclesiæ nec reuocať modo nõ seruato,nisi hoc in contractu sit expressum.Primo dictũ. Secũdò exceptio ibi: *nisi.* ¶ Casus literalis.Aliquis donauit aliquã possessionẽ alicui ecclesiæ sub aliqua conditione.id est sub modo nisi aliquid fiat.& sic donatio tenuit:donator volebat reuocare donationẽ ,quæritur an possit? Respondeť ꝙ non:nisi tali conditione:id est tali modo, vel pactũ datũ sit quòd ea cessante donatio debeat re-
2 uocari.Bernard. ¶ †Nota primò donatorem posse in donatione quam facit ecclesiæ cõditionem seu modum
b apponere.[b] etiam cõtractus resolutiuum.ad hoc.c.cùm dilecti.s.de dona.res ergo semel ecclesiæ effecta potest ab ea reuocari ex modo nõ seruato:vel per existentiã cõditionis resolutiuæ.Nunquid aũt hoc casu possit laicus donator donationẽ propria authoritate reuocare? dic vt not.Inno.in.c.verum. de foro compe. vbi plenè dixi. ¶ Pro declaratione.c.op.contra tex.videtur enim nullo modo posse procedere.Aut em̃ extat conditio apposita in donatione,& non potest donatio amplius reuocari. Aut conditio non extat,& frustra tractať de renũtiatione.qa cõditio suspendit actum in euẽtũ conditionis.vñ antea non potest dici donatio cùm sola spes sit in obligatione.insti.de ver.obli.in.§.ex conditionali.& j.c.pxi. reuocari ergo non potest quod nõdum tenet.Sol.gl.ij. (vt arbitror)metu cõtrarij ponit duos intellectꝰ ad tex. primus est vt intelligatur in conditione resoluente:exẽplum patet in ea.vnde ante euentum conditionis nõ potest reuocari.& sic intelligitur prima pars.c.sed post cõditionem extantem potest reuocari si fuit dictum:& sic intelligiť secunda pars.Iste intellectus est verus in se:sed non congruit literæ:qa si intelligeretur in cõditione resoluente dixisset ꝙ ea existente posset reuocari:sed text. dicit ea cessante.ideo gl.trãsit ad secundum intellectum meliorẽ vt intelligatur in modo & non in conditione. nã modus nõ suspendit actũ:sed modificat vt puta si datur prædium ecclesiæ cum hoc modo vt non alienetur: tunc enim si ecclesia venit contra modum:& si esset modus appositus põt reuocari donatio.& hoc secũdùm gl. si fuit dictũ in donatiõe:quasi velit gl.ꝙ nõ obseruantia modi non præstat facultatem reuocandi donationẽ:sed dũntaxat agendi vt seruetur,nisi dictum sit vt possit reuocari.hoc vltimũ dictum gl.non est indistinctè verũ. vnde concludendo breuiter ipsam veritatem dic ꝙ tam in contractibus nominatis quàm innominatis si modus appositus fuerit finalis causa contractus potest agi ad

reuocationem

SEBA.SAPI.

a ¶ Hæc conditio. quando valeat matrimoniũ spe præmij vide Iaſ. post alios.in.l.Titia.in prin.col.iij.versi. capio gl.in verbo obstaturam. ff.de verbo.obli. 3

b ¶ Apponere. ratio est.qa quilibet põt in traditione 4
rei suæ modũ apponere.l.in traditionib⁹.ff. de pac. ca.cũ dilecti. s. de dona. limita esse verũ incontinenti secus ex interual- 5
lo.l.perfecta.C.de dona.quæ sub modo.l.j.§. cedit. & ibi gloss.C.de rei vxo.act. glos.in.c. præterea.el.ij.§.de iurepatro. Intellige esse verũ nisi partes tali pacto cõsentirẽt secũdũ glo. notabilem.in d.l.perfecta.

a reuocationem si modus nõ seruaꝛ.[a] vt est tex.in.l.cũ te fundum C.de pact.inter emp.& vend. & in.l.j.C.de dona.q̃ sub modo.Si autem modus non fuit finalis causa cõtractus.tũc non agitur ad reuocationem:sed ad obseruantiam modi:& ita debet intelligi tex.in.l.ea cõditione.C.de rescind.vẽd.sed respectu donationis factæ ecclesiæ text.videtur hîc sing.quẽ nescio alibi ꝙ semp debet pręsumi ꝙ modus nõ sit causa finalis cõtractus.nã(vt hîc vides)ex non obseruantia modi non reuocatur donatio facta ecclesiæ,nisi fit dictum in donationevt possit reuocari:& hãc propter alios ego puto rationẽ:quia donans ecclesiæ sub modo videtur principaliter donasse propter deũ:& pro remedio peccatorũ suorũ.arg.in.c.requisisti.de test.Modus ergo appositus nõ videꝛ causa finalis cõtractus.& sic nõ potest agi ad reuocationẽ: sed solũ ad implementũ, nisi fit dictũ vt possit reuocari:& per hoc reducemus ad concor.ius ciuile & canonicũ. cũ eadẽ sit ratio in vtroq;.& hãc lect.tene omissis quibusdã alijs quæ dantur extra glo.¶ †Sed hîc quęro de quæstione quotidiana: nunquid
b donatio possit reuocari si fuerit dictum ex quo solus prælatus[b] non seruauit modum? Vinc.hîc sentit ꝙ non.quia delictũ solius
c pręlati[c] non debet nocere ecclesiæ.vt in regula delictũ.de regu. iur.lib.vj.vnde si daꝛ ecclesię possessio vt nõ possit alienari.& si alienẽꝛ fuit dictũ vt possessio possit ab ecclesia reuocari nõ põt fieri reuocatio solo pręlato alienãte.secus si pręlatus cũ capitulo & idem dicit in alijs modis.Idem sentiũt doc.in.c.breui.de iureiu.vbi dicũt aliud esse respectu cõditionis implẽdæ.nam satis est ꝙ pręlatus nõ implet cõditionẽ ad hoc vt res nõ acquiratur ecclesiæ.qđ sing.notabis.& hanc puto rationẽ diuersitatis. nam in acquirẽdis solus pręlatus põt nocere ecclesiæ:sed nõ in quęsitis. vt dicit gl.no.& doc.xvj.q.vj.c.illud §.fi.no.Inn.in.c. fraternitatem.de dona. & per hoc nabes declaratã glo.ij.& prin.vltimæ.
4 ¶ †In glo.fi.in fi.no.istã glo.quia quotidiana est.& ex ea primò no.ꝙ licitè in donatione facta ecclesiæ apponiꝛ pactũ vt nõ possit alienari.vt videꝛ expressum.in.§.sanctissimis.alleg.in gl.vbi dicitur ꝙ res ecclesiæ possunt alienari pro redẽptione captiuorũ. nisi sint donatæ eo pacto vt alienari nõ possint. ¶ Sed dubium
d est quid si immineat necessitas.[d] glo.ponit hîc duas opiniones.et primã tenuit Hug.x.q.j.c.sic quidã.Io.& Laur.in.x.q.ij.c.ea em̃ .§.hoc ius.Item damaſ.Go.Phi.& Inno.hîc.Secũdã opi.indistinctè vt non possit alienari tenuit Vinc.qui tamẽ postea mutauit opi.& dixit stãdũ.c.aurũ.xij.q.ij.primã opi.sequitꝛ hîc in effectu do.Ant.secundã sequitꝛ hîc do.Car.mihi placet prima vt ex quo necessitati ecclesiæ aliter consuli non põt licitè alienetur.nam si aliud sensit donator non videtur fuisse mentis compos cùm instante tali necessitate pia ipse debuisset hoc facere. vt in.c.sicut. xlvij.distinct.facit quòd in simili not.glo.lxxxij.distinct.c.j.tene tamen menti glo.& generaliter an & quando valeat pactum de non alienando inter priuatos:vt an ex tali pacto impediatur alienatio.dic vt not.in.c.Raynaldus.de testa.per Innoc.& per doct. & glo.in.c.fi.C.de reb.alie.non alie.& in.l.filius.§.diuus.ff. de legat.primo.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Matrimonium contrahens sub conditione non improbata non compellitur illud consummare.*
Conditio hæc si pater consentiat in matrimonio apposita honesta videtur.
2 *Matrimonio contracto per verba de præsenti potest alter coniugum compelli ad consummandum.*
3 *Matrimonium potest conferri in alterius arbitrium,& non solum parentum:sed etiam alterius.*
Testamentum non potest conferri in alterius arbitrium.
4 *Conditio non improbata potest apponi in matrimonio.*
5 *Matrimonium etiam de præsenti sub conditione contractum non habet effectum de præsenti,sed suspenditur in euentum conditionis.*
6 *Matrimonium spirituale contrahi non potest sub conditione:secus est in matrimonio carnali.*
7 *Matrimonium purè contractum post matrimonium conditionale ante conditionis euentum an teneat?*
Matrimonium conditionale habet vim sponsaliorum de futuro.
8 *Matrimonium contractum inter quos extat impedimentum sub conditio-*

a ✠ SEBA.SAPI.¶ Nõ seruatur.vide ad hæc q̃ scribit Abb.in.c.verum.s̃.de fo.competen,& Feli.ibidẽ col.fin.& Pe.de anch.in cõsi.ccxvij. incipi .dubium facit Barto.in.l.fina.ff.vt in pos.lega.& in repe.l.credito res.in.ij.q.C.de pignor.

6 contractum remānsit ī suo robore. ¶ † In gl. fi. ibi. *cōparatiua permißio*. vult dicere ꝙ illa contrahēdo nō euitat peccatum ex quo venit contra votum, sed ecclesia permittit vt euitet maiꝰ malum: & hāc opi. tenuerunt multi extra gl. maximè Inn. q exponit tex. in fi. *nō post ponas*. i. no prohibeas. quasi velit ꝙ ecclesia non dabit licētiā contrahēdi sed non ꝓhibebit contractum ne deteri⁹ inde contingat sed Host. vr̄ velle ꝙ ex dispēsatione eccl'iæ ista contraheret: & tria fuerunt q̄ induxerūt papā ad dispēsandū. Prīò perturbatio mulieris: qa votum emisit non īspirata, sed in fraudē sponsi. Secundò ꝓpter maius periculum euitādum: quia mulier videbat incontinēs. Tertiò qa erat iuuenis & suspecta: vn̄ papa accœpit à non idoneo debitore qđ potuit. hāc opi. ꝙ ex dispēsatiōe ꝓcedat: sensit Spe. in tit. de leg. in §. nūc eōrum. ver. cxxxiij. vbi dicit eōm posse dispensare circa votum simplex. & volēs allegare hoc. c. allegauit per errorē. c. p̄cedens. quod nihil facit. & no. sin. istud dictum Spe. quia nescio alibi ꝙ eps possit dispensare in voto continētiæ. nā gl̄. c. ꝓxi. dicit ꝙ ecclesia pōt dispensare, & nihil dicit de eōo. Host. ibi sentit ꝙ

b papa solus [b] dispēset & ex cā. vide gl. in. c. j. de voto. quæ voluit ꝙ etiā papa non possit dispēsare in voto continētię: qa non est reperire maius bonum in quo possit fieri cōmutatio. Sed quātum ad vltimū doc. cōiter tenēt contrarium ī. c. cùm ad monasterium. de sta. reg. concluderē hāc materiā sic: ꝙ aut q̄rit an papa possit. & dico ꝙ sic: ex maxima tn̄ cā. & loquor de directa dispēsatione per quā euitat pcm̄. & de hoc dixi in. d. c. cū ad monasteriū. Aut quærit de eōo. & in terminis hui⁹. c. puto ꝙ eps poterit: ex quo reperimus casum cōcessum ab ecclesia, nec reperit sibi prohibita dispensatio: facit quod no. Inno. in. c. ex tenore. de tē. or. sed extra casum huius. c. seu cōsimiles terminos puto ꝙ eps non poterit: qa casus est valde arduus & dubius adeo ꝙ multi dicunt ēt papā non posse: vt. s. dixi: vn̄ iste casus tanq̄ arduus debet reseruari papę: vt in. c. maiores. in princ. de bap. Et puto attentis causis quæ īduxerunt hīc papam ad dispensandū ꝙ sine peccato ista cōtrahat matrimonium, tamen aget pœnitentiam in satisfactione culpę si qua fuit à principio: & hoc videtur velle ista litera eam non cauillando nec supplendo.

a ¶ Veriorē. dubia est ista opinio firmata hic ꝓ Abba. vt latè hic ꝓ Car. Alex.

✣ SEBA. S API.

b ¶ Papa solus. Vide tamē Bal. in. c. lator. s. de re iud. vbi tenet ꝙ si rex habet vxorem sterilē pōt papa dispēsare ꝙ ducat aliam vxorem: vel cōcubinā. sequit Fel. ī. c q̄ in ecclesiarū. co. viij. ver. cæterū limitatio. s. de const. Cōtrariū tn̄ tenet Bal. in. l. si pater. §. in adoptionibus. ff. de adoptioni. & sentit Abb. in. c. j. in fi. s. de voto.

c ¶ Dubia tn̄. pōt. l. ꝙ labeo. ff. ad carb. Bald. ī. l. ancillę. C. de fur. Ideo secundum. d. Ant. qōni nō dubię nō est aliter rn̄dendū nisi ꝙ non habet dubiū. per modernos. ī. l. illā. C. de collatio.

ZACHARIAS.

d ¶ Votum solēne. Adde ꝙ dicat votum solēne. Spec. in tit. de iureiu. ad fi. in ver. in summa no. q alleg. gl. ord. in isto. c. de quo ꝓ Bart. in. l. adigere. §. fi. de iure pat. & Ho. & in. c. ex pte de censi.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Votū simplex impedit sponsalia de futuro, sed nō dirimit matrimonium sequens.*
Votū solenne dirimit matrimoniū contractū.
2 *Votū castitatis seruādū est, & alio nō interueniēte simplex dr̄.*
3 *Sponsalia etiā iurata post votū simplex non valent.*
4 *Contractus iuratus contra votū non tenet.*
Iuramentum non est fortius vinculū voto, vnde non valet iuramentū contra votum.
Cōpelli potest quis ad voti simplicis excutionē.
5 *Quæstio debet esse dubia: potest tamen responderi ad satisfaciendum quærenti.*
6 *Votum solenne & simplex quid sint.*
Votū solenne & simplex æqualiter obligant apud deū in genere, sed in quātitate reatus differūt ex transgressione, quia trāsgrediens solenne magis peccat.
Votū solenne non dirimeret matrimoniū contractū. nisi ex cōstitutione ecclesiæ.
Ecclesia nō pōt errare, et hæreticū esset dicere quod eccl'ia erret
7 *Votū per quod quis promisit castitatem respectu certæ religionis sed non vouit omnia substantialia regulæ, nunquid dirimat votum post contractum?*
Votū solenne an sit, si quis profiteretur aliquā regulam de non approbatis?

¶ CAP. VI.

1 RVrsus. † Votum solēne dirimit mr̄imoniū contractum. s. seqns: simplex verò impedit sed non dirimit: vel alr̄ & clarius. Votū simplex īpedit sponsalia de futuro: non autem dirimit matrimonium sequens: secus in voto solenni: Primò ponitur q. Secundò distinguēs solūtio ibi: *Vnde*. & secundū mēbrum ibi *quòd si*. ¶ Casus lr̄alis. Quidā emisit votum castitatis. & postea iurauit se ducturum quā ī vxorem. q̄sitū fuit qđ istorū seruari potius debeat votum vel iuramētum? Rn̄. pap. ꝙ simplex votum apud deum non minus obligat q̄ solenne: vn̄ pro eo ꝙ iurauit temere agat pœnitētiā & votū suū studeat obseruare: si verò post q̄ iurauit contraxit matrimoniū tenet & valet: qa votum simsimplex mr̄imonium impedit contrahendum: sed non dirimit iā contractum. B. ¶ † No. j. ꝙ votū castitatis seruā

2 dum est: & alio non interueniente dicitur simplex.

3 ¶ † Secundò no. ꝙ sponsalia ēt iurata post votū simplex nō valent. Ex quo infero ꝙ contractus ēt iuratus contra votum non tenet. qđ notabis: & sic iuramentum non est fortius vinculum voto. vnde non valet iuramentum cō

4 tra votum sed est temerarium. ¶ † Itē no. quē posse com

5 pelli ad executionē simplicis voti. ¶ † Vltimò not. ꝙ qō

c debet esse dubia, tn̄ pōt [c] rn̄deri ad satisfaciēdū quęrēti.

6 ¶ † In gl. ij. hęc gl. prīcipalit facit duo. prīò ist at ponēdo diuersitatē ītер votū simplex & solēne. Scdò declarat qđ dr̄ solēne & qđ simplex. & incidenter tāgit vim simplicis & solēnis. secūda ibi. *& quia*. ¶ Circa primā partē cōclude ꝙ votū solēne [d] & simplex æqualiter obligāt apud deū in gn̄e sed ī quātitate reatus differūt ex transgressione. nā

d

a ¶ Obtinent.rõ eſt qa ita dirigiť ī deũ ſimplex votũ ſicut ſolẽne.c.magnæ.s. de voto.cũ de vtro que eſt dictũ voue te & reddite:ꝓtereа ita eſt perpetua obligatio voti ſim plicis ſicut ſolẽnis vt hic per Cardi. Alexand.

ZACHARIAS.

b ¶ In manibus vni us.Ita not. Spe. & Ioan.an.in locis in proxima mea apo. allega.¦ Quod ego amplio etiã ſi à ne mine eſſet recepta quia valeret nihilominus talis pro feſsio.vt no. gl. in c.vidua.s. de regu. & Gemi. & quod poſt eum addidit Celſus ī.c.quod in terrogaſti. xxvij. diſ.&.xxvij.q.j. in 7 c.vidua.& ibi Archi.quod an ſit indiſtinctè verũ no. Car.ī cle.j.§.fanè. de ſta.mo.& Spe. eo.ti.ver.xix.

SEBA.SAPI.

c ¶ Ex religioſis.iſte tex.allegať ad hoc ꝙ ſacerdos põt tã quã publica ꝑſona alteri ſtipulari. vt per Iaſon.l.j.§.hu ius ſtudij.col.pen. verſi.item p iſtum tex.ff.de iuſ. & iu. vbi ponderat iſtũ tex.velle hoc pro cedere etiam in ſa cerdote non paro chiali.

d ¶ Mandatũ. fuit opi.Ioã.an.ſecũdũ Car.Flo.hic.ꝙ ſi f ficit ratihabitio.vt per Inn.& Ioã.an. in.c.porrectum.s. de regu.

e ¶ Sua. cum ſuis re 1
bus ad vſum ſuum 2
& proprietas erit 3
monaſterij. & de ī 4
tellectu iſtius.po-
ſuit Innoc.in.c. ex
parte.el.ij.s.de cõ 5
uer.coniug. & ibi
Ant.de bu. p Cal.
cõſi.v.de regulari- 6
bus.

trãſgrediẽs votum ſolẽne grauius peccat quã trãſgrediẽs votum ſimplex:vt colligiť ex.c.virginibus.xxvij.q.j.iuncto.c.præcedenti.Item in ſe eandẽ vim obtinẽt [a] quo ad impediẽdum futurum matrimonium:ſed ex conſtitutio ne eccleſiæ votum ſolẽne eſt fortius.quia impedit & dirimit matrimonium poſt contractum.& ſic vult gl.ꝙ ſi conſtitutio eccleſię non eſſet,teneret matrimonium cõtractum à religioſo vel presbytero ſeculari.quod clarius tenet Hoſt.& cõiter do.ſequunť.nã vt dicit Hoſt.de iure diuino quædam perſonæ prohibentur à contrahẽdo matrimonio.de quibus no.ī.c.literas.de reſt.ſpo.inter quas vouẽs nõ reperiť prohibitus. vnde oportet dicere ꝙ aut eccleſia errat in ſeruãdo matrimonium poſt votum ſimplex, aut quòd etiam hodie poſsit ſtatuere vt matrimonium contractum poſt ſolenne votum teneat: nã ſi vtrũque ęqualiter obligat apud deum ſicut ſeruať in ſimplici ita poſsit ſeruari in ſolenni.nec eſt dicẽdum ꝙ eccleſia erret.quia non longè eſſet ab hęreſi.xxiiij.qõ.j.c.hæc eſt fides.& hanc opi.tene.pro qua facit.c.vnicum.de voto.li.vj.& ibi videas per Io.an.quare eccleſia noluit matrimonium tenere poſt votum ſolenne:quidã tamen tenuerũt oppoſitum dicentes omne votum impedire & dirimere matrimonium poſt contractum : ſed votum ſimplex nõ dirimit ex conſtõne eccleſię.ſed tene primum.¶ Circa ſecundam quæſtionem tene hodie quod habeť in.d.c.vnico.de voto.per quod determinatur iſta concertatio antiquorum.¶ † Sed circa vnum verſatur dubium non modicum. pone quòd aliquis promiſit caſtitatem reſpectu certæ religionis.ſed non vouit omnia ſubſtantialia regulæ nunquid matrimonium poſtea contractum teneat.d. Aut.multum inſtat. & in effectu concludit quod aut qs vouit omnia ſubſtantialia religionis:ſed nõ reſpectu certę religionis:& tunc votum dicitur ſimplex:vnde non dirimit matrimonium poſt contractum.per illud.c. vnicũ de voto.aut vouit omnia ſubſtantialia reſpectu certę religionis : ita ꝙ efficaciter eſt obligatus religioni : & tunc eſt certum quòd matrimonium nõ tenet.vt hîc. Aut vouit caſtiſtatem tantùm reſpectu certæ religionis.& tunc dicit quòd votum eſt ſolennizatum,& non tenebit matrimonium ſequens: licet iſte uon ſit verè & ſtrictè religioſus,vt quia non obligauit ſe ad paupertatem ſeu obedientiam:& hoc per illud.c.vnicum. Sed ego ſemper tenui oppoſitum:quia illud.c.requirit ad ſolennitatem voti quod profeſsio fiat alicui de religionibus approbatis. & ſic quod quis profiteatur religionem approbatam.ergo votum non dicitur ſolenne: vnde puto quod ad hoc quod votum dicatur ſolẽne oportet quod quis profitea tur aliquam de religionibus approbatis,ita vt verè ſit religioſus illius religionis:& hoc videtur velle litera illius. c.vnici.ſi bene conſideretur.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

Votum ſolenne impedit & dirimit matrmonium. contractum.
Profeſsio an ⁊aleat facta in manibus alicuius religioſi?
Coactio modica non excuſat etiam mulierem.
Fœmina põt ꝓfiteri religionẽ maſculorũ et morari ī domo ꝓpria.
Habitus ſuſceptio inducit tacitam profeſsionem.
Profeſsio emittit an poſsit in domo propria in manibus epiſcopi vel abbatis?
Profeſsu ī domo ꝓpria põt de licẽtia ſuperioris bõa ſua poſsidere
Monachus an poſsit perpetuò manere in prioratu manuali de licentia ſuperioris?
Monachus an ſibi poſsit reſeruare proprium ex pacto?
Conditio in profeſsiõe appoſita quòd monachus reſeruet ſibi proprium an ⁊aleat?
Pactum quod monachus habeat proprium an ⁊aleat?
Pactum contra naturam contractus quid operetur?
Metus an ſequatur ex regis ſiue principis imperio?
Dignitas & potẽtia aduerſarij an ſufficiat ad probãdũ metum?
Reuerentia parentum ⁊el mariti an cauſet iſtum metum?

¶ CAP. VII.

INſinuante. † Votum ſolenne impedit & dirimit matrimonium poſt contractũ. Primò ponit factum. Secundò diffiniendo commit tit.ibi. *Nos igitur.* ¶ Caſus literalis. Quidam curiales regis legionẽ.ſupplicauerunt ipſi regi : vt.Inobilem mulierem faceret copulari in matrimoniũ cuidam viro,cũ iſtud ad notitiam conſanguineorum peruenisſet ipſius:eidem mulieri conſuluerunt vt virum acciperet.& ipſa reſpondit ꝙ nubere nollet :conſilium recipiẽs ab eiſdem ꝙ votũ emitteret caſtitatis : quod & fecit in manibus cuiuſdam de fratribus ſancti Aug.hoc adiecto tenore vt in domo ſua cum omni ſubſtantia remaneret:et ſic in habitu eiuſdem ordinis:poſtea per bienniũ permanſit:tandem conſiderans ꝙ inuita metu regio (vt aſſerebat) votum emiſerat eo dimiſſo matrimonium publicè contraxit de parentum conſilio:quæ deſiderans aię ſuæ conſulere ſignificauit hoc do.papæ. Vnde ipſe ſcribit duobus Epiſcopis conſiderans ꝙ in emiſsiõe voti qđ pręceſsit nulla vel modica coactio interuenit,quã etiam patientia ſequentis temporis profugauit & coniũctio in qua fuit.Mandat quatenus ſi prædicta vera ſunt, mulierẽ prędictã moneãt vt habitũ malè dimiſſum reaſſumat & ſeruet quod vouit : & ſi opus fuerit per cẽſuram eccleſiaſticam compellat eandem.Ber.¶ Not. primò ꝙ tenet
b profeſsio facta in manibus vnius[b] ex religioſis [c] alicuius
c monaſterij : ſed quidam intelligunt & bene ꝙ iſte frater
d habuit mãdatũ [d] à ſupiore ſeu toto capitulo , aliâs nõ potuiſſet iſtã incorporaſſe religioni.de quo vide qđ no.ī.c.
2 porrectũ & .ī.c.ad apoſtolicã.de regu.¶ † Secundò no. ꝙ promiſsio alicuius ex ſubſtantialibus regulæ vna cum ſuceptione habitus religionis inducit plenã profeſsionẽ, & obligat quo ad omnia ſubſtantialia.pro hoc facit ꝙ ſola ſuſceptio habitus religionis per ſe fuiſſet ſufficiens: vt
3 in.c.ſuper eo.de regulari.¶ † Tertiò not.ꝙ modica coactio non excuſat etiam mulierem pro hoc.c.conſultationi.s̃.de ſpon.¶ † In gl.ij.in fi.No.ex iſta gl.iuncto text.ꝙ
4 fœmina poteſt profiteri religionem maſculorum in manibus eorum,& erit vera religioſa:licet non intret mona
e ſterium monialium,ſed moretur in domo olum ſua. &[e] inquantũ gl.ponderat ſuſceptionem habitus profeſſorũ dic idem ſine ſuſceptiõe habitus,dummodo fecerit profeſsionem expreſſam:vt in.c.porrectum.s̃. de reg. ſed põderatur ſuſceptio habitus ad inducendum tacitam pro-
5 feſsionem.vt in.c.vnico.de voto.li.vj.¶ † In gloſ.in ver. *in domo.* in fin.Not.bene vltimam lectu.gloſſ.quæ tenendo opinionem ſuam : de qua in.c.fina. s̃.de condict. ap. dat mirabilẽ intelectum ad iſtum tex.& hãc le. ſentit primò Inn.hîc.dicens ꝙ in domo propria põt quis profiteri in manibus epi vel abbatis:& ꝙ epſ vel abbas poteſt ſibi ſtatuere certũ locum vbi moretur & dare ſibi ſua bona in adminiſtratione:nec hoc eſt contra ſubſtantiã monachatus. cùm poſsit eſſe ſine proprio & inobediẽtia ſuperioris:dicit tamen ꝙ nullus citra papam poteſt ſe obligare vt relinquat perpetuò monachatum in certo loco. fatetur tamen ꝙ ſi hoc adducitur in pactum non eſt con
6 tra ſubſtantiam monachatus.¶ † Not.hoc dictum ſingulariter . quòd abbas non poteſt perpetuare monachũ in prioratu manuali,vel in alio loco quominus poſsit eum reuocare ad libitum.ar.in.c.cùm ad monaſterium.de ſta. reg.vbi tetigi.Et intellectum huius gl.& Inn.ponit Bar. in authen.ingreſsi.C.de ſacr.ſan.eccl.licet non alleget gl. vel Inno.Et videtur hoc contra dictum do.Anto.in.c.ſi. s̃.de condi.app.vbi dicit non valere pactum etiam vt habeat bona in adminiſtratione.quia videtur ſaltem appropriare ſibi ex debito illam adminiſtrationem : hîc autem volẽdo ſuſtinere hunc cõmunem intellectum dicit hoc poſſe procedere non ex iure quæſito monacho : ſed ex

pollicitatione

pollicitatione obligante abbatem.ar.eorum.quæ no.Io.an. in regula non est.de regu.iur.lib.vj.in mercu.& est dictum satis colora tum.Sed ego vltra ea quæ tetigi in.d.c.fi.si distinguerem in materia.Quòd aut quis simpliciter profitetur cum protestatiõe seu cõditione de suis bonis tenẽdis,& videtur in dubio quòd reseruaue rit sibi illa bona vt obedientiarius monasterij. Quia verba apposita in contractu debent intelligi secundũ naturam contractus: vt in.l.si vno.ĩ prin.ff.loca.maximè vt res plus valeat q̃ pereat.l. quoties.ff.de ver.ob.& in.c.abbatẽj.de verb. sign.etiam impropriatis verbis vt hîc est tex.secũdum vnum intellectum quẽ ad hoc bene notabis.Aut constat quòd sibi voluit reseruare proprium . ita qd non est locus interpretationi:& tunc sit reseruatio per viam conditionis suspensiuè vel resolutiuè,vitiatur actus & non conditio. per.d.c.fi.& quod ibi plenè dixi.Item si fiat per viam pacti:si fui dctũ ꝙnec aliter nec alio mõ profiteri intẽdo:nam hęc verba habẽt vim conditionis: vt sentit.Bar.in.d.authen.ingressi.Aut simpliciter per vim pacti vel modi reseruat sibi proprietatem vel facultatem contrahendi matrimonium: & iste casus est multum dubitabilis.nam Bart.tenuit in.d.authẽ.ingressi.ꝙ vitiatur factum & nõ professio:& fortè tenuit illam opi.quia alibi ipse tenuit non valere pactum contra substantiam contractus:vt ipse not.in.l. vbi illa donatur.ff.de do.cã mor.per.l.cũ precario.ff.de preca.Sed ego putarem oppositum:[a] vnde dicerẽ ꝙ illud pactũ facit trãsire istã profes sionem in aliam speciẽ:quia vbi pactum est contra naturã cõtractus & impropriatis aliquatenus vel bis potest transire in alium contractum & fit interpretatio alterius contractus.vt est text.no. in.d.l.vbi ita donatur & in.l.cum manu fata.ff.de contrahẽ. empt. ideo dico ꝙ iste erit quasi obligatus monasterio licet non in totũ: & sic obligabitur ad omnia præterquã ad reseruata.Si autem non patiuntur verba vt fiat transitus ad alium contractum tunc puto factum inficere contractum:vt in.l.per seruum.ff.de vsu & hab.iũcta gl.ĩ.d.l.cũ manu fata.Et ad.l.cũ p̃cario. dico ꝙ ibi constituitur precariũ non tantum ex verbis præcedentibus quantũ ex conditione reipsa facta idem dicerem ad.l.j.§.pe.ff.depo. ¶ † In gl.ĩ ver. *metu regio.* in fi.no.sing.hanc glo.iuncto tex.ꝙ regis seu principis imperium non inducit iustum metum. ¶ † In contrarium tamen facit.l.penul.C.quod me.cau.dicit hîc Io.an.ꝙ dignitas aduersarij non sufficit ad probãdum metum.vt est tex.in.l.ad inuidiam. alle. in gl.nisi aliter probet oppressio:& sic potest procedere.d.l.pe. fatetur tamen ꝙ si rex cõsueuit tyrannicè tractare non parẽtes suis præceptis seu precibus ꝙ tunc satis probat iustus metus . [b] quod no.fin.& idem sentit Bar.in tract.de tyranno.facit quod ipse not. in.d.l.ad inuidiam.vbi dicit ꝙ sola reuerentia mariti non causat iustum metũ in vxore nisi præcesserint minę vel verbera.& idẽ voluit Inno.in.c.causa matrimonij.de offi.deleg.& bene facit.c.accedens. de conuer.coniu.& ex his habes quæstionem quotidianam. nunquid teneat matrimonium si mulier contraxit ex imperio vel precibus principis.

De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. *Rubrica.*

[c] ¶ Suprà visum [c] est de quibusdam impedimentis matrimonij .s. ordinis & voti:nunc subĩcit de alio impedimento quod ,s.causatur ex adulterio vel ex machinatione in mortem coniugis.& declara vt plenius dicet.j.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxere si quis contrahit cum secunda hoc ignorante prima mortua,ad sui petitionem non separabitur à secunda.3.*

2 *Legem in sui fauorem ad actum inualidandum allegare non potest qui sciẽter contra legem venit.*

Impedimenta tria ponuntur matrimonij.

3 *Viuente vxore si quis alteri fidẽ dedit.ea mortua illam non potest in vxorem ducere,& an impediat & dirimat matrimonium?*

Machinata in mortem vxoris:vxore mortua nõ potest in vxorẽ ducere & an impediat & dirimat matrimonium?

Matrimonium si contrahatur cum alia mortua vxore non obstante fide præstita & matrimonio contracto cum alia an teneat?

4 *Matrimonium contra impedimenta prædicta contractum ad cuius petitionem possit & valeat separari?*

Matrimonium non dotest claudicare.

[a] SFBA.SAPI. ¶ Putare oppositũ.Hãc opi.reprobat.d.Ias.ĩ.d.auẽ. ingressi.dicẽs se non videre q̃ sit ista tertia species ,pfessiõis:vñ aduertẽdũ est:ꝙ illud qd[r] Abb.hìc dicit ꝙ pactũ cõtra naturã cõtractus trãsformat in aliũ cõtractũ ,pcedit duobus cõcurrẽtib[9]. priò ꝙ sit ali[9] cõtract[9] in quẽ fiat trãsformatio, si em̃ nõ sit nõ fit trãsformatio vt patet.ĩ.l.cũ p̃cario.ff. de preca . declarat Bar.ĩ.d.l.vbi ita donat.ff.de do. causa mor.secũdò ꝙ appareat saltẽ ex verbis ꝙ de mẽte contrahẽtiũ fuerit vel le celebrare illum cõtractũ in quẽ fit trãsformatio. vt fẽtit Bar.ĩ.l. si qs añ. ff.de acq.pos. Ale. in.l.j.§. si qs ita.ff. de ver.obl.& in .l. iurisgẽtiũ.§.sed cũ nulla.ĩ princi.ff.de pact . Ias.ĩ.l.fi.col. iñ.ff.de condi . ob cau.

¶ *CAP: I.*

Propositum.

1 ¶ † Si quis viuente vxore cõtrahit cum secunda hoc ignorante, prima mortua ad sui petitionẽ nõ separabitur à secũda.Cõis diuisio.Secunda ibi. *licet autem.* ¶ Casus literalis. Quidã habens vxorem ea ignorãte contraxit cum alia,tãdẽ prima mortua vult recedere à secũda q̃ritur qd iuris sit?respõ.pap. licet in canonibus habeat vt nullus ducat in matrimoniũ qua prius polluit p̃ adulteriũ:& præcipuè illã cui fidẽ dedit de ea ducenda viuente vxore,vel quę machinata est in mortem vxoris . tamen qa mulier illa insciа fuit ꝙ ille aliã haberet vxorem viuẽtẽ,& ne ille vir de dolo suo cõmodũ sentiat, dicit Pa.ꝙ nisi mulier illa diuortium petat ad petitionem viri non sunt aliquatenus separã di.B. ¶ † No.j.ꝙ veniẽs sciẽter contra legem 2 non potest legem allegare ad sui fauorem ad actum inualidandum per hoc.c.ĩter dilectos. de dona. ¶ † Secundò no.ex superficie literæ 3 tria impedimenta matrimonij.Primum.si viuente vxore cum alia contraxit & commisit adulterium. Secundum.si viuẽte vxore dedit alteri fidem vt illam duceret mortua vxore. Tertium.si mulier fuit machinata ĩ mortem alterius coniugis: vt ipsius efficiatur vxor. ¶ Sed quęro pro declaratione text.& totius. c.nunquid quodlibet istorũ impedimentorũ ꝑse sufficiat? Dic ꝙ iura vario modo loquũtur.vt habet per totũ hũc ti.&.xxxj.q.j.p totã.q.Sed cõcludẽdo veritatẽ dicẽdũ est ꝙ aut c solũ mõ p̃cesserit adulteriũ,& nõ ipedit mrimoniũ sequẽs.vñ alio nõ interueniẽte q̃s põt ducere ĩ vxorẽ illã quã prius polluit p̃ adulteriũ.vt est tex.ĩ.c.significastiĩj.eo.&.xxxj.q.j.c. d si q̃s viuente.aut q̃s cõtraxit cũ muliere superstite ,ppria vxore,nec ad alia fuit ,pcessum,& solus contractus matrimonij nõ impedit matrimoniũ cõtrahi mortua vxore:& idẽ si non contraxisset de præsenti : sed dedisset fidẽ de contrahendo post mortẽ coniugis.vt est tex. in.c.fiĩj.e. Aut cũ contractu matrimonij fuit d mixtum adulteriũ,& tunc aut cũ ignorãte[d], & põt inter eos esse matrimoniũ post mortẽ coniugis.vt est casus hîc & ĩtellige ꝙ sup̃ ĩducta ignorauit toto tp̃e añ mortẽ primę vxoris.Si autẽ certiorata de vita primæ coniugis permisit se cognosci ab illo viro,non põt amplius eũ habere in maritũ.ad hoc .c.fiĩj.eo . & e sequunt doc.hîc.| Idem per oĩa dicendum est qñ præcesit fides de ducẽdo secundam secuto adulterio. Et p̃ hæc declarãtur prima duo impedimẽta.vnde ad tex.dum dicit.*maximè*[e] dic.i.tm̃.vel si vis capere ,ppriè,intellige primũ casum qñ p̃cesit adulteriũ cũ contractu mrimonij: secũdũ casum intellige qñ p̃cesit fides deducẽdo illã & sequit adulteriũ. nã isti duo casus parificant ĩj.e.c.fi.quo ad tertiũ varia sentiũt doct.in.c.sup̃ hocĩj.e.& in.c.de cõuer.infi.sed mihi placet opi.quã tenet ibi Ioã.

¶ Iustus metus.Vide glo.ĩ.l.j.C. si rector ,puincię.ꝙ est differẽtia ĩter blanditias & p̃ceptum potẽtũ.cle.j. ĩ verbo exhortamur.de test.l.j. ff. ꝙ iussu. adde ꝙ nõ solũ per minas sed & p̃ terribilẽ vultũ causat iustus metus.Hos. in summa de alie. iudi.mu . cau. fac. Inn.in.c.petitio.s. de iureiu.Bar.facit festũ de dicto Inn. in tract. de tyrãno q.vñ.vide plenio. ra ĩ tract.clausularũ in rub. de metu regum & tyranni.

¶ Visum . Cũ ista cõtinuatiõe cõiter transeũt doc.secũ dũ Car. Alex. hîc

¶ Ignorãte . quia adulteriũ cõtractũ nõ cadit ĩ delictũ. l.pe.ff.de adult. & facit qa ĩ istis atrocioribus dolus req rit.l.iñ.ff. ad le.cor ne.de sica.&.l. nec exẽplũ & ibi Bar. C.ad le.cor.de fal. &.l.qd si falsum.& ibi Barto.ff.de fal. Bar.ĩ.l.j.§.nõ autẽ. ff.si quis test . libe. esse iuss.fuerit.

¶ Maximè . aliâs ista dictio includit idẽ ĩ casu omisso. c.ad abolẽdã.& ibi gl.s.de fi.p̃sby.no. ĩ.c.ñ.ĩ verbo nullo s.de sum.tri.& fid. cath.& ĩ.l. q se patris.C.vñ liberi.iõ exponit.i.tm̃.p̃ q̃ expositione addo facere gl.ĩ.d. c. ad abolẽdã:& no.ĩ.c. cũ contingat.s. de fore compe.

Andr.vt sine adulterio requiraꝫ machinatio vtriusqꝫ.puta si coniunx machinatur in mortẽ mariti cũ extraneo vt illũ possit habere in virum secuta morte:nõ põt inter eos esse matrimoniũ:vt est tex.in.d.c.j. Si verò interuenit machinatio alterius tantùm,non impediť matrimonium, nisi sit machinatio coniucta cũ adulterio:ad hoc.c.si quis viuẽte.xxxj.q.j. & sic intellige istum text.& in.d.c.super hoc & per hoc habes fundamentum totius tituli.

4 ¶ †In gl.j.in fi.No.conclusionem gl.quæ videtur cõiter placere doct.& adde hîc fi.gl.vltimæ quæ dicit ꝙ si iste post mortem primæ vxoris.intellige anteq̃ contraheret cũ ista tacitè vel expressè duceret aliam in vxorem teneret matrimoniũ cũ ista tertia:quia cũ secũda non fuit matrimoniũ obstante impedimẽto matrimoniali.& pro hoc vide bo.gl.in fi'i in.c.si quis ingenuus.xxviij.q.ij. Nam matrimoniũ non potest claudicare vt teneat ꝓ parte vnius tantũ.vt in.c.tua.s̃.de spon.no.gloss. in.c.de illis.el.j.de despõ.impu.& in.d.c.fi qs ingenuus.sed rõne promissionis vir compellitur ad contrahendum, mulier autem q̃ fuit decepta nõ:vnde ad tex.dum dicit.ꝙ *nõ sunt se parandi ad petitionem viri.* sup.s. de facto. quia nõ cadit hîc separatio iuris cùm matrimoniũ nunquã constiterit.ad iura allegata in gl. pro contrarijs.dic ꝙ ibi actus tenet ex nouo consensu saltem tacito.quę notabis.

a ¶ Metus sufficiẽs. Hoc dictũ refert & multũ extollit Ia. ī.l.titia.in prī.col. iñ.ver.v.amplia.ff. de ver.obliga.

b ¶ Bonos mores.facit.l.fi.C.de nõ nume.pe.qa iuramentum nõ debet ī plꝰ aliquem obligare quã simplex consensus : rõ tamẽ videť esse tuta. cum alio modo intelligãtur boni mores de iure cano.& alio modo de iure ciuili.Pau.de ca.ī.l.pacta quæ.contra. C. de pac. & per Bal. in,l.nõ dubium,in xvñ.op.C.de legi. & c.j.§.sacramẽta. de pa.iur.fir. & in rub.C.de cõdi.obtur. cãm. & Bal.in l.pactum ꝙ dotali in.xix.q. C.de colla.

c ¶ Positiui bñ facit qđ no.in.c.olī, el.iñ.in gl.iiñ.s̃. de of.dele.vbi Dauid rex commisit adulteriũ cũ bersabee: & est machinatus diu mortem vriæ & tamen accœpit bersabee ī vxorẽ.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Viuente prima vxore etiam nõ cognita si quis cum alia scienter matrimoniũ cõtraxerit & cõsummauerit.prima mortua secundam habere non potest.*

2 *Matrimoniũ metu cõtractũ est ipso iure nullũ nec est opus quòd petatur rescisio actiõe quod metꝰ cã.*

3 *Adulterium sola nõ inhabilitat aliquẽ ad contrahendum matrimonium.*

4 *Existentia matrimonij sola etiam ante carnalẽ copulã causat impedimẽtũ perpetuũ cõtrahẽdi matrimoniũ cũ qua cõsummauit viuãte prima vxore.*

5 *Metus sufficiens impedit matrimonium cõtrahi ĕt si interueniat iuramentum.*

Iuramẽtũ metu præstitũ nõ est obligatoriũ.

Iuramentum cõtra bonos mores nõ valet.

Iuramẽtũ cõtra substãtialia matrimonij nõ tenet.

Iuramẽtũ metu extortũ nõ tribuit libertatẽ cõsẽsꝰ.

6 *Factum legitimè non retractatur licet casus post euenitat à quo inchoari non potuit.*

¶ *CAP. II.*

Significauit. †Si viuẽte prima vxore & non cognita qs contraxit cum secunda scienter & eam cognouit : etiam mortua prima: secundam habere non potest: secus si prima erat non legitima vxor.In prima.decisa consultatio.In secunda ibi. *Mandamus.* distinguens commissio.Et secundum membrũ ibi:*alioquin* ¶ Casus literalis. Quidam.O.per metum coactus fuit iuramento interposito. A.in vxorem recipere, postmodum aliã duxit.qua ꝓpter ab.A.in causam coram suo iudice tractus iurauit non accedere ad spõte acceptam donec lis cũ.A.terminareť:qua pẽdẽte.A.mortua est. quia propter iuramentũ ad sponte receptã redire timebat: quęsiuit eorã papa, quid sibi agendũ esset vnde mãdat cuidam abbati quatenus si constiterit ꝙ illi.O.tã ta vis fuerit illata ꝙ coactus in illã.A.consensit:nec post iuramentum pręstitum illã cognouit.ad aliã quã postea sponte accœpit liberè reuertatur,alioquin eidẽ præcipiat per excõmunicationẽ ne ad illam reuertatur.aliam tamen accipiat si voluerit in vxorem.B.

2 ¶ †No.j.tex.expressũ quẽ ad hoc vltra alios soleo allegare.ꝙ mrimoniũ metu contractum est ipso iure nullũ . nec est opus ꝙ petať rescisio actione qđ met.cã.nã (vt hîc vides)post contractum cum prima tenuit matrimonium cum secunda nulla rescisione prius facta: & iudicatur secundum matrimonium legitimum si probať metus in primo : quod non esset si fuisset opus petere rescisionẽ ar.in.c.considerauimus.de elect.& vide quod plenè dixi.in.c. cũm

3 locum.s̃.de spon.¶ †No.secundò: ꝙ solum adulteriũ non inhabilitat quẽ ad contrahendum matrimonium.imò ecclesia dat sibi li-

4 centiam contrahendi mortua prima vxore.¶ †Tertiò no.& tenementi ꝙ sola existẽtia matrimunij etiam ante carnalem copulam causat impedimen perpetuum vt quis non possit habere illã ī vxorem cum qua contraxit & matrimoniũ cõsummauit viuente pri-

5 ma etiam non cognita.¶ †In gl.ij.in fi.No.singu.gl.iuncto tex.qa

a nescio alibi:ꝙ metus sufficiens [a] impedit matrimonium contrahi etiam si interuenerit iuramentum:& sic habes casum in quo iuramentum metu pręstitum non est obligatorium : & fortè ideo. qa

b est contra bonos mores. [b] Item contra substantialia matrimonij: nam iuramentum metu extortum non tribuit libertatem consensus:nullus ergo est consensus coactus intercedente iuramento: nam matrimonium contrahitur libero consensu:vt in.d.c cũ locũ

6 ¶ †In gl.fi.ibi. *ar.cõtra.* Ista quæ sequunť non sunt contraria.vt dicit Io.an.& bene.sed potius ponunt casum cõuersum.s.ꝙ legitimè factum non retractať licet perueniat ad eum casum à quo non potuit habere initium. & de vtroꝙ brocardo dic vt le.& no.in regula non firmatur.& in regula factum legitimè.de reg.iur.libr.vj.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Matrimonium cum illa quis cõtrahere nõ põt quã vxore viuẽte cognouit si machinata fuit in mortem cõiugis.*

2 *Adulterium solũ nõ impedit matrimonium cõtrahẽdum cum muliere prima vxore viuẽte cognita.nisi machinata fuerit in mortem cõiugis,vel sibi data fuerit fides de ea ducenda.*

3 *Machinatio in mortẽ cõiugis sufficit ad impediendũ matrimoniũ vbi adulterium interceßit.& dirimit iam cõtractum.*

4 *Homicidiũ cõiugis nõ ĩpedit mrimo. cõtrahi,nisi hoc ꝓpositũ factũ fuerit. Machinatio vnius tantùm in mortem cõiugis nõ sufficit ad impediendum matrimonium,nisi adulterium præceßerit.*

¶ *CAP. III.*

1 Vper hoc. †Non potest quis cum illa cõtrahere quã vxore viuente cognouit si machinata fuit in mortem vxoris:præmittit qõnẽ cui respõdet ibi. *Taliter.* ¶ Casus literalis. Aliquis viuente vxore sua de facto aliam sibi matrimonio copulauit:tandem vxor sua mortua est, quęriť an iste possit contrahære: cũ illa quã sibi de facto matrimonio copulauit sua vxore viuẽte?rñ.pa.ꝙ si adultera in mortem vxoris aliquid machinata fuit,siue fidem dedit illi ꝙ eam duceret post mortem vxoris, illam habere non potest.& hæc prohibitio est perpetua . Bernar.

2 ¶ Not.j.ibi: *si adultera.* ꝙ solũ adulterium cum muliere commissum non impedit quominus mortua legitima coniuge possit adultera in vxorem duci.nam (vt hîc vides) hæc mulier præsumitur fuisse cognita ab isto viro:& tamẽ non impeditur matrimonium nisi fuerit machinata in mortem coniugis illius.vel nisi fuerit sibi data fides de ea ducenda.de quo dic vt latius dixi.s̃.eodem.c.prīo.

3 ¶ Secundò no.ꝙ vbi interceßit adulterium sufficit machinatio alterius in mortem duntaxat.quod declara vt dixi in.d. cap. primo. ¶ Vltimò not.ꝙ hæc prohibitio est perpetua quasi nedum impediam matrimonium contrahendum: sed etiam dirimat iã contractum. ¶ †In gl.in ver. *machinata.* ibi *ita scriptum est* . Io.andr.dicit

4 ꝙ hîc nullibi præcisè reperitur scriptum.nam.c.si quis viuente.alleg.in gl.loquitur de occiso:& sic cùm machinatio habuit effectũ. istud.c.præsupponit vxorem illius fuisse mortuã: & sic sentit Io. An.ꝙ machinatio sola sine effectu non impedit matrimonium cũ adultera.quod satis mihi placet . quia cùm illum sit impedimeutũ

c iuris positiui [c] non debet ita taxari:vt restringatur facultas contrahendi

hendi matrimonium contra disp̃nẽ iuris diuini.ar.c. licet exquã dam.s̃.de testi.Et inquantum gl.in fi.dicit q̃ ex sola interfectione mariti non impeditur matrimonium cum vxore,puto gl. procedere etiam si eo proposito interfecit quis maritum alterius mulieris.vt vxorem eius habeat in coniugem.quia machinatio vni9 tm̃ non sufficit sine adulterio.vt dixi.s̃.e.c.j.& tene quod ibi no.licet aliud sentiat hîc Inno.& vide quod dixi in.c.laudabilem.alleg.ī gl.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxore etiam ab eo separata quo ad torum cum alia si quis matrimonium contrahat etiam prima mortua separabitur è secunda .sed cum alia contrahere poterit.2.*

2 *Separato matrimonio quo ad torum propter adulterium remanet nihilominus matrimoniale vinculum etiam si adultera intrauerit monasterium.*
Matrimoniũ contractum & consummatũ nõ soluitur nisi morte naturali.

3 *Matrimonij secũdi cõtractus cũ adulterio secuto nõ impedit quòminus mortua legitima coniuge possit adulter cum alia contrahere.*

4 *Adulterij deprehensio sola an sufficiat ad puniendum deprehensum?*

¶ CAP. IIII.

1 EX literarum. †Qui viuente vxore ẽt ab eo separata quo ad torũ secũdam cõsciã ducit vxorem, prima mortua separabitur à secunda:sed cũ alia contrahere poterit.Communis diuisio.secunda ibi: *fraterni tati.* ¶ Casus literalis.Quidam authoritate prælati dimisit vxorem suam in adulterio deprehensam:quæ postmodum assumpsit habitum monachalem,ille aliam superduxit: viuẽte prima:qua mortua quæritur an simul debent remanere?Respõdeť q̃ sunt ab inuicem separandi,& ille vir pnĩa ei de adulterio in
2 iuncta poterit aliam ducere in vxorem.Ber.¶ †Not.j.q̃ separato matrimonio quo ad torum propter adulterium remanet nihilominus vinculum matrimoniale,etiam si adultera intrauit monasterium : nam matrimonium semel consummatum non dissoluiť
a nisi morte naturali [a].xxxij.q.vij.in.c.ij.Ideo iste vir contrahendo cum secunda prima viuente & eam cognoscendo commisit adul-
b terium.[b]¶ †Vltimò no.q̃ contractus secũdi matrimonij adulte
3 rio secuto non impedit quominus mortua legitima coniuge pos-
4 sit adulter aliam ducere in vxorem.¶ †In gl.ij.in fi.no.gl. quæ solet satis allegari.quòd,sola deprehensio in adulterio non sufficit ad
c puniendum deprehensum [c]:nisi aliter conuincatur:sed in contrarium facit quod not.gl.in.c.cum non ab homine.de iudi. & dic vt ibi plenè no.& vide gl.in.c.si quis diaconus.l.distin.&.lxxxj. dis.c. presbyter.Gof. hîc dicit deprehensionem sufficere si adulterium effectum est notorium.Host.dicit q̃ fides semper est facienda ecclesiæ de adulterio:sed dic vt in.d.c.cum non ab homine.dixi.

SVMMARIVM.

1 *Viuente prima vxore legitima si quis cum secunda contrahit,adultera ẽt prima mortua separabitur à secunda,etiam si longo tempore habitauerit cum ea.& filios procreauerit .*

2 *Adulter compelli potest per ecclesiam ad abiurandum adulterã. & quod ad coniugem redeat.*
Adulterum est mixti fori, & iudex ecclesiasticus ratio peccati se de eo impedire potest etiam si non agitur ad separationem tori.

3 *Matrimonium secundum contrahens viuente vxore cogi potest per ecclesiam ad agendam pœnitentiam & puniri de delicto.*
Pœna duas vxores vel duos viros habentis.
Ecclesiasticus iudex quandoque imponit pœnam & publicam ignominiã.

4 *Diuturnitas in peccato non minuit sed augmentat peccatum , & an pœnã minuat.*
Præscriptio siue lapsus tẽporis facit quod ãplius de delicto iquri nõ possit.
Præscriptio siue lapsus tẽporis nõ minuit pctorũ pnĩam in foro conscietiæ.

5 *Filij naturales etiam ex illicito coitu ali debent à parentibus.7.9.10.*
Filia etiam spuria ali & dotari debet à parentibus etiam in testamento.

6 *Multiplicitas prolis siuefiliorum dispensationem quandoque inducit.*

7 *Alimenta quibus debeantur.*

8 *Matres tenẽtur lactare filios proprijs vberibus causa legitima cessante,aliter earum expensis ablactentur.9.*

9 *Filij minores triennio ali debent apud matrẽ maiores verò expensis patris & quid de legitimis & spurijs filijs fit?*

10 *Filij in quibus casibus non debent alimentari à prentibus?*

11 *Filij spurij non succedunt parentibus:licet eis decernantur alimenta.*
Filij sacerdotũ nõ possunt succedere patri nec mri. a
Filij legitimi naturales tantũ quia nõ sunt nati ex coitu itã dãnato succedũt matri etiã cũ filijs legitimis,nisi mater sit illustris:patri verò vel alijs cõiũctis per lineam paternã non succedunt.
Filij illegitimi naturales tantũ non dicũtnr agnati. b

12 *Filij ex concubina in domo detenta cum qua poterit esse matrimonium succedũt patri ab intestato in duabus vncijs hæreditatis non extantibus filijs legitimis nec coniuge.*

13 *Illegitimi etiam spurij licet à parentibus non possint hæredes instituj,possunt tamen ab extraneis. quia non sunt prohibiti nisi parentes.*

¶ CAP. V.

CVm haberet. 1 †Qui viuente vxore legitima cum secunda contrahit,adultera etiam prima mortua:separabitur à secunda, etiam si longo tempore cohabitauerit & filios ex ea susceperit. Primò ponitur consultatio.Secundò responsio ibi: *Tale.* ¶ Casus literalis.Quidam Io. nomine habens vxorem.A.nomine commisit adulterium cũ.M.& cùm super hoc vocatus fuisset in ius,illam adulteram abiurauit, tandem iuramento contempto viuente vxore sua cum c adultera matrimonium contraxit diutius cohabitando cum eadem:de qua vxore mortua decem filios suscepit:quęsitũ fuit à papa vtrũ tale matrimonium stare possit? Respõdet vt separentur omnino , & imposita pœnitentia eis perpetua continentia indicatur qui tanto tẽpore in adulterio & periurio ex certa sciẽtia perdurarũt:leo enim statuit vt nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulrium:sed hîc plus fuit processum quã fides tãtùm data fuisset adulteræ vt defuncta vxore eam duceret in vxorem:qa legitima vxore viuente copulauit sibi adulteram: & iuramentum violauit:& si etiam iuramentum non interueniisset:tam Gregor. quàm triburyensis. synodus tale connubium detestatur:& quòd tanto tempore permanserunt in simul nullũ præstet adminiculũ:vel q̃ decem filios susceperunt. qa diuturnitas tẽporis peccatũ nõ minuit sed augmentat:tn̄ solitus sit eps vt vterque filijs suis secundũ facultates suas necessaria subministret.Ber.¶ †Not.j.ibi: *abiurauit*
2 *adulterã.* q̃ iudex ecclesiasticus [d] potest cõpellere adulterũ vt abiuret adulterã & ad cõiugẽ redeat. Et dic abiuret idest q̃ eã à se remittat cũ iuramẽto de ea vlterius non admittenda.Ex quo inferť q̃ iudex ecclesiastic9 potest se impedire de adulterio [e] non solùm cũ agiť ad separationem matrimonij:sed etiam vt reintegretur matrimonium & desistatur à peccato adulterij:quod no.nã Ioan.Andr.in.c.fi. de foro comp.lib.vj.dicit iudicem ecclesiasticum non se impedire de adulterio , nisi cũm agitur ad separationem tori.fortè motus per c.rex debet.xxiij.quæstione quinta . vbi dicit quòd iudex secularis debet adulteria punire. Sed in contrarium facit iste tex.& in cap.primo de offic.ordi.vnde videtur q̃ sit mixti fori saltẽ vbi agitur vt desistať à pctõ: qđ plenio prosequor in.c.cũ sit generale.de foro cõpet.

a ¶ Morte naturali. Adde quod no.in apo. ad istũ in.c.in pñtia.nu.ij. in ver. sola enim mors . s̃. de sponsa.& ma.

b ¶ Adulteriũ. ī tm̃ q̃ non pñt se tueri ex ignorãtia iuris ad conseruãdũ secundũ mr̃imoniũ: & est rõ secundum do. An.& Car. flo. quia licet mulier possit ignorare ius scriptũ.l.regula.ff. de iur.& fa.ig.l.fi. C.de iu.& fac.ign. nõ tm̃ pt ignorare legẽ dei: qa ignorãtia legis diuinę nõ excusat mulierẽ.facit q̃ not.ī. d.l.ij.C. de ĩius voc,vbi circa natutalia ignorãtia iuris nõ excusat:vt per doc.in.l. iuri.C.qui admi.& ī.l.si qs id quod.ff. de iurisd.om.iud.

c ¶ Deprehensum. facit.c.j.j. de adul. l.q̃ro.§.fina. & ibi Ang.ff.de q̃di.edi. l.capite quinto.ff. de adul.l.palã.§.fi. ff.de ritu.nup.Bar. in.l.fur. ff.de furt. Bal.ī.l. hęredes palã.ff.de testa . Fed. de se.consi.viij.incip.q̃riť. qũo accipiť manifestũ,

SEBASAPI.

d ¶ Iudex ecclesiasticus. Vide Paul. de ca.et Mod.in.l. iustitia.§.iuris præcepta.ff. de iusti. & iur. vbi dicunt q̃ iudex põt compellere marítũ q̃ abiuret concubinã : & q̃ iudex ecclesiasticus possit punire adulterũ vltra separatiões tori . tradit Fel.ī.c.cũ sit generale.col.vij.ver. subdit maria.s̃. de foro compe.

e ¶ De adulterio.per Ro.sing.clvij.secũdi tpis.p Abb.ī.c. gaudemus.s̃. de cõuer.coniu. Anc.in cle.dispendiosam. de iud.Bal.ī.l. quoties.C.de iud. An. in tract. malefi. in verbo che hay adulterato.Fed.de se. consi.xcvij. incip. mulier accusata.

ZACHARIAS.

a ¶ Et vide mirabilẽ pœnã. Adde q̃ ſit pœna ſecũdũ.ll. capiẽtis duas vxores,vel mulieris capiẽtis duos viros: & dic q̃ eſt pœna capitis. vt eſt text. ſing.ī.l. eũ q̃ duas. C de adulte. quem ꝑ ſing.refert & ſequit. Lud.ro. ſing. ſuo .ccccxxxiij.ī ci. tu ſcis q̃ pœna ſit vbi ẽt dicit quę pœna ſit de iure canõ. vt per iſtũ hic. & ale.& ſing.c. de benedicto.per iſtũ hic alle.ad hoc qđ per eum adducit.

SEBA. SAPIA.

b ¶ Diuturnitas.multa;adhoc accumulat dñs me⁹.do. Rochus cur.ī rep. c.fi.i.j.no.š.de conſue.

SEBA. SAPI.

c ¶ Iure ciuili.an diſpoſitio hui⁹.c. ſit ſeruanda ī foro ciuili:ponit Feli.ī. c. eccleſia ſanctę Marię.in.xvij.co.š. de conſti.

ZACHARI.

d ¶ Dotes filiabus. Adde Marthe. matheſi. fin. cxlvij.q̃ c íncip. nota ſingulare dictum q̃ pater põt. & ibi ī apoſt. Celſi & qđ ꝑ eũ adducit.

e ¶ Matrẽ. Azo.C. de prī.pa.fallit q̃n eſt nobilis vel ſecũdũ mortem patrię q̃a nõ teneret.pleriq; canoniſtæ impugnant hoc in.c. fi.š.de conuer. cõiu.Bal.ī nouel.ī.l.j. ff.ſol.ma.in.vj.co.

3 ¶ †Nota ſecundò q̃ contrahens ſecũdũ mrī moniũ viuẽte vxore p̃t cõpelli p̃ eccl'iã ad agẽdũ pœĩam de delicto. Credo ẽt q̃ in foro cõtẽtioſo põt eccleſia talẽ punire.Et vide mira-
a bilẽ pœnã. [a] xxxij.q.j.de benedicto. vbi abſcĩduntur p̃ani añ & retro ẽt ſi ſit mulier crinibus inciſis ad maiorẽ ignominiã:vñ põt eccleſiaſticus iudex iſtum habentẽ duas vxores punire dehoneſtare modo p̃dicto vel alio. Vñ in quibuſdã locis mitrant̃:vel aliã ignominiã patiunt̃:& tene mẽti iſtum tẽx.& vide tex. in ſimili.xxvj.q.v.ī.c.ep̃i.vbi eccleſia irrogat publicã ignominiã iſtis diuinatoribus. ¶ †Not.
4 tertiò q̃ diuturnitas [b] in peccato non minuit
b peccatum ſed augmentat:contra hoc facit.l.ſi diutino.ff. de pœnis vbi dicit̃ q̃ alleuiat̃ pœna.ad idẽ.l.adulter.C.de adul.vbi dicit̃ quod poſt quinquẽnium nõ p̃t q̃s accuſari de adulterio.ad idem.l.querelã.C.de fal.per quẽ tex. cõiter tenent ibi doct. q̃ aduerſus quodlibet criminẽ regulariter prę̃cedit præſcriptio.xx. anno.vt poſt lapſum.xx.an.non poſsit accuſari.Io.And.hîc inſtat:ſed dic clarius cæteris q̃ quo ad deũ & forũ aĩæ diuturnitas temporis auget peccatum etiam ſi non ſit reiteratũ. q̃a non pœnitẽdo videt̃ cõtempſiſſe diuinũ iudiciũ & p̃ceptũ eccleſiæ.vt ī.c.oĩs.de pœ.& remiſ.facit.c.fi.de pœnis & rõne peccati poteſt ꝑcedere iſte text. Aut quer̃it reſpectu pœnę imponendæ.& ſic peccatum fuit reiteratum ſeu ſucceſsiuũ diuturnitas aggrauat:& ſic alio modo põt intelligi iſte tex.& no.glo.in.d.l.ſi diutino. Si verò peccatũ fuit momẽtaneũ vt homicidium:tũc lapſus tp̃is alleuiat pœnam vt in.d.l.ſi diutino.& q̃nq̃ ex toto tollit vt in d.l.adulter.&.l.querelã.Sed de iure canonico non currit præſcriptio in peccatis quominus ſaltem in foro aĩæ imponat̃ pn̄ia pro delicto vt no.gl.in.c.admonere.xxxiij.q.ij.& doct.in c.licet.de ꝑb. ¶ †Vltimò tenebis ꝑpetuò mẽti finẽ huius tex.qui nõ eſt alibi.q̃ de iure canonico etiam filij ſpurij. vel nati ex damnato
f coitu debẽt ali à parẽtibus ſecundũ facultatẽ eorũ:& huic iuri canonico ſtatur hodie etiã de iure ciuili [c], q̃a eccleſia hoc induxit ex qua
c dã æquitate naturali,& ne filij alimentis priuati pereãt.vt etiã ſentit Bar.in auth. ex complexu.C.de inceſt.nupt.vbi per rationẽ iſtius tex.notabiliter dicit parentes poſſe legare filijs ſpurijs rõne alimẽtorũ:& q̃ poterũt parẽtes donare vel relinquere dotes filiabus
d [d] cũ dos ſuccedat loco alimẽtorũ. qđ fin.notabis.
6 ¶ †In gl.in ver. *multiplicitas*. in fi.ſed gl.nõ respondet ad iſtum tex.quare hîc papa nõ diſpẽſauit propter multiplicitatem prolis.Hoſt.& Io.and.ſentiunt ſuper tex. q̃ vbi errore probabili diu fteterunt aliqui in connubio tunc multiplicitas prolis inducit diſpenſationem: vt in iuribus alleg.in gl.Sed circa delinquentes & præſumptuoſos non datur materia diſpenſandi.& ideo litera iſta dicit.*multiplicitas prolis ita ſuſceptæ*. vnde pondera verbũ ita ſuſceptæ.
7 ¶ †In gl.fi.nota primò totam gloſ.& generaliter de alimentis filiorum vel parẽtũ & ſimilium:vide in Spe.qui filij ſint legiti. &
8 in tractatu Bar.de alimentis ¶ †Et in hac gl. ibi. *ali debet apud matrẽ*. Alia. dicit hoc verũ
e niſi dedeceat matrem [e] eum lactare: vt quia magna principiſſa,vel fortè poſt diuortium eſt profeſſa.& idem dicit Gaſ.ſi ſubeſt alia cã legitima . vt quia mater eſt infirma vel aliter impedita.In his em̃ caſibus lactabitur expenſis patris.ar.ff.de lib.agno.l.ſi q̃s à liberis.Ceſſante autẽ cã debet mater lactare filiũ ꝑprijs
9 vberibus.v.diſtin.ī.c.ad eius.qđ no.vnde hoc caſu ſi mater nõ velit lactare filium & ceſſet cã legitima recuſandi debet facere expenſas ablactationis. ¶ †Et aduerte. q̃a gl.hîc & do.
ſcribẽtes videtur velle tex.iſtum reducere ad diſtinctionẽ gl. vt minor triẽnio alatur apud matrẽ:maior verò expẽſis patris. Sed ego puto hoc dictũ non procedere in textu noſtro. nam iura allegata in gl.loquunt̃ de filijs legitimis,qui cũ ſint in poteſtate patris & non matris:& ſequantur familiã & agnationem p̃ris & non matris:vt in.c.ij.de conuer.infide. meritò debẽt à patre ali & non à matre, niſi tempore ablactationis : q̃a tunc indigent auxilio materno.vt in.d.c.fi.Sed in caſu noſtro vbi filij ſunt ſpurij,crederem q̃ parentes non habita diſtinctione ætatis tenẽt̃ æqualiter alere filios facultates eorum:& hoc propriè voluit iſta litera in fine ſi bene ponderet̃. Et diuerſitatis rõ p̃t eſſe quia filij ſpurij non ſunt in poteſtate patris nec matris.inſti.de nup.§.aliquã do.& in.l.vulgo concepti.ff.de ſtatu ho.Item
g iſta alimenta decernuntur fiiijs ſpurijs ex inſtinctu naturæ ſecundum quẽ nõ magis obligatur filius matri q̃ patri:vt no.Innoc.in.c.ij. de reg.Et ideo debet mater & pater cõtribuere in neceſsitatibus filiorum ſecundum eorũ facultates:& hunc puto verum intellectum.
10 c. ¶ †In ea.gl.ibi: *ſi fortè eum accuſauit*. & ex hoc habes vnum caſum in quo pater non teneť alere filiũ.Secũdus caſus.ſi eſt minor triẽnio : quia tunc debet ali à matre cum diſtinctione; tamen præmiſſa : vt ſuprà dicitur in gloſſ. Tertius caſus.ſi pater eget: non tenetur vltra quàm facere poteſt. vt ſequitur in gloſ. Quartus caſus . ſi filius eſt ſpurius: & hoc de h
f iure ciuili:ſecus de iure canonico: [f] & hodie ſtatur indiſtinctè iuri canonico vt ſubijcitur : & ſuprà dixi.Quintus caſus. ſi filius cõmiſit ingratitudinem contra patrem.vt in.C. de alen.libe.l.ſi parte. in primo reſpond , Sextus caſus.ſi filius habet artem
g [g] vel aliud vnde viuat.ff.de liberis agnoſcendis.l. ſi quis à libertis.§.ſi filius.&.§.alimenta.hoc tamen vltimum limitat Bart.in tractatu alimentorum. niſi filius ſit nobilis,ita quod dedeceat ipſum artem exercere:tunc enim tenetur pater filiũ egẽtem alere.Et generaliter dic quòd omnes
h cauſę ſufficientes ad exhæredandum [h] filium ſufficiunt ad priuandum eum alimentis . Et cauſæ legitimæ ad exhæredandum notantur per gloſſ.in capi.quintauallis.de iureiuran.& vide circa hoc quod dixi in.c.ſecundo de cõ-
11 uer.infi. ¶ †Et in fin. gloſſ.not.gloſſa. quòd etiam de iure canonico filij ſpurij non ſuccedunt parentibus licet eis decernantur alimenta:& ad hoc vide text. xxxij.quæſtione quarta in capitu.dicat aliquis.Et intellige gl. dum dicit quòd de iure ciuili ſpurij priuantur alimentis in ſpurijs natis ex coitu damnabili, qui non poterant eſſe vxoriti tempore conceptiõis.Per quod infertur quòd filij ſacerdotũ non poſſunt ſuccedere patri nec ẽt matri. pro quo vide gl.in.c.per venerabilẽ.q fi . ſint leg.in

SEBA.SAPI.

f ¶ Iure canonico. Vide Ro. in conſi. xiij.in fin.ver.q̃ro &c.&.d.Prępoſitũ.in.c.non ſatis. lxxxvj.diſt.& ī.c. ius naturale.col.ij. j.diſ. ad hęc vide ẽt Alex.conſi.xlviij. in.iij.vol. & Bald. nouellũ ī tractatu de dote char. xiij. in.vj.parte. priuileg.ix.

g ¶ Artẽ.l. ſi q̃s à liberis.§. ſed ſi filiꝰ. ff.de libe.ag.Alex. in.l.j.iiij.col.ff. ſol. matri.imò q̃n filiꝰ poteſt exercere & non exercet pater non teneť.Bal.nouel.in.d.l.j.

ZACHARI.

¶ Adde Math.mathe.in fin.ſuo . cvj. incip.nota q̃ ſi p̃ & quod ibi not.in apo.vbi remiſi . vide ad ſaturitatem.

h ¶ Ad exhęredandum.gl.ī.l.ſi q̃s à liberis.§. idẽ iudex. ff.de libe.agno . & ibi Bar.& gl.ī.l.fi. C.de alen.lib.Bar. ī.l.diuus.ff.ad.l.põpe.dẽ pari.imò ex omnibus cauſis ex quibus poteſt exhæredari p̃dit priuilegium filij . Et ideo ſi pater interfecit ipſum non tenetur lege pompe. de pari.Bar . ſingulariter . ī. d.l.diuꝰ. Ia, multum cõmẽdat in.l. ius autem ciuile.ff.de iudi.& iur.

ZACHARIAS.

¶ Adde Franc. de cre.ſin.ſuo. xix.ĩci piẽ.tu ſcis q̃ ex oĩbus cauſis.alle. gl. fin.in.l.ſi q̃s à liberis.§.ſi quis ex his. ff.de libe.agno.

leg. in verſi. adulterijs. & quod no. in. d. authẽ. ex comple xu. Filij verò naturales tantũ quia non ſunt nati ex coitu ita damnato ſuccedunt matri etiã cum legitimis filijs, ni ſi mater ſit illuſtris. vt in. l. ſi qua illuſtris. & ibi per glo. & Bar. C. ad orſi. patri verò vel coniunctis per lineã paternam non ſuccedunt, quia non ſunt agnati. de quo vide ꝙ habetur inſti. de ſuc. agna. in. §. vulgo. & inſti. ad orſi. in. §.
12 nouiſsimè. ¶ † Nati verò ex concubina in domo detẽta cum qua poterat eſſe matrimonium ſuccedunt patri ab inteſtato in duabus vncijs hæreditatis non extantibus filijs legitimis nec coniuge. de quo dicendũ vt habeť ī auť. licet patri. C. de nat. lib. & vide gl. ī. c. tanta vis. qui fil. ſint
13 leg. & in. c. niſi. de renun. ¶ † Illud vltimò notabis ꝙ licet
a parentes non poſsint inſtituere ſpurios extraneos[a] tamẽ poteſt. quia non prohibentur niſi parentes: vt not. glo. in authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. vlti.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Matrimoniũ cõtractũ cũ ea qna viuẽte vxore ſine fidei datione cognouerat tenet, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.*
2 *Adulter excõmunicari poteſt, vt & ad vxorem redeat cõpelli. Laicus propter adulterium ſubijcitur foro eccleſiaſtico.*
3 *Excõicatus mrimoniũ cõtrahere põt, & matrimonium tenet. Excõicatus profeſsionẽ amittere põt & character imprimitur ordinato.*
4 *Contractus cum excommunicato initus tenet.*
5 *Matrimonium contrahi poteſt cum polluta per adulterium alio non interueniente.*
6 *Machinatio in mortẽ coniugis adhibita ab adultero vel adultera dirimit matrimonium poteſt cum tali contractum.*
7 *Abſolutio non datur niſi petenti.*
Excõicatus compelli poteſt ad petendum abſolutionem.
Excõicatus compelli poteſt ad ſatisfaciendum de cauſa pro qua fuit excommunicatus inuocato etiam brachio ſeculari.
Inuitus abſolui poteſt excommunicatus.

¶ CAP. VI.

1 VTrum autem. †Filij duorum compatrum per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatẽ licitè contrahunt, niſi conſuetudo repugnet. Separantur autem ſi per eorum alterum vel vtrunq̃ compaternitas eſt cõtracta. hoc dicit. cum. c. ſuper eo ĩ. eo. Primò dubitatio. Secũdò duorum canonum contrariorum inductio. ibi: *& licet*. Tertiò poſterioris approbatio. ibi: *vnde*. Quartò exceptio ibi: *niſi*. ¶ Caſus literalis. Aliqui contraxerunt adinuicem compaternitatem, quærebatur vtrum filij iſtorum nati ante compaternitatem, vel poſt poſſunt adinuicem copulari: conſultus pa. reſpon. quòd canones ſecundùm diuerſorum locorũ cõſuetudines contrarij reperiuntur. primus canõ ſuper hoc editus prohibet natos poſt compaternitatem adinuicẽ copulari: alter canon poſt editus primũ videtur corrigere. in quo dicitur quòd ſiue ante ſiue poſt compaternitatem nati ſunt ſimul coniũgi poſſunt, illa perſona excepta qua mediante compaternitas contracta fuit: vnde ſecundùm poſteriorem canonem debet obſeruari, niſi conſuetudo eccleſiæ quæ ſcandalũ
2 generaret aliter ſe habeat. Ber. ¶ †Not. primò argu. opti. quòd vbi conſuetudo concurrit cum̃ iure communi: ſi ius commune tollitur per contrariam conſtitu
a tionem tollitur etiam per conſequentiã conſuetudo,[a] niſi ſit talis conſuetudo quæ ex omiſsione generet ſcandalum: vt hîc not. probatur & ſingulariter multũ cautè
b ſentit glo. in. c. ſuper eo ĩ. eo. & hoc facit ad quæſtionẽ[b]
3 diu agitatam in. c. j. de conſti. lib. vj. ¶ †Secundò not. ex hoc & ex tex. q̃ cõſuetudo poteſt inhabilitare perſonas habiles ad contrahendum matrimonium quando eſt talis q̃ ex eius præteritione generatur ſcandalum. de quo
4 plenius dicetur in. d. c. ſuper eo. ¶ †Vltimò not. q̃ illa perſona per quam deuentũ eſt ad compaternitatem nõ poteſt contrahere matrimonium cũ aliquo de filijs baptizantis ſeu leuantis: ſiue ſint geniti poſt compaternitatem ſiue ante. & eſt ratio. qa ad inuicem efficiũtur iſti fratres ſpirituales. Et quod dixi de perſona per quã deuentum eſt ad compaternitatem intellige de baptizata ſeu leuata: ſec⁹ in baptizante ſeu leuãte. Nam baptizãs ſeu leuans bene poteſt cõtrahere cum ſorore leuati ſeu baptizati. Item poteſt cõtrahere pater cũ filia ſpirituali filij ſui. & hoc ideo. qa cognatio ſpiritualis deſcendit de patre in filium: ſed non aſcẽdit de filio in patrem. Vnde (vt vides) filius non poteſt ducere filiã ſpiritualẽ patris vt hîc. ſed pater bene poteſt ducere filiam ſpiritualem filij: vt no. in. c. fi. xxx. q. iij. & per glo. in. c. j. eo. tit. lib. vj. ¶ In glo. fi. in fi. & dic de hac materia vt plenius dicetur in. c. ſuper eo. & in. c. ſup his. de cõſanguini. & affinitate.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas ſcienter vel ignoranter inter coniuges ſuperueniens matrimonium non diſſoluit.*
2 *Parentes carnales non debent filios proprios de ſacro fonte vel confirmatione leuare.*
Pater alius debet eſſe carnalis alius ſpiritualis.
Parentes in caſu neceſsitatis poſsunt filios baptizare.
3 *Varij quãdo ſunt doctores ſequẽda eſt opinio æquior & rationabilior, ſi verò vtraque eſt rationabilis, ſequẽdũ eſt plurimorũ iudiciũ quod non ſequitur in matrimonio ſeparando.*
4 *Compaternitas non contrahitur niſi animo & certa ſcientia præcedentibus.*
Leuans in baptiſmate filiũ vnius quem credit alterius an contrahat compaternitatem?
5 *Maritus & vxor ſi efficiuntur compatres ſpirituales, per talem compaternitatẽ nõ diſſoluitur matrimonium, & tenentur debitum reddere & exigere. ſed diſtinguitur & eſt varia opinio duorum.*
Fraus & dolus non debent alicui patrocinari.

¶ *CAP. II.*

1 SI vir vel mulier. †Compaternitas ſciẽter vel ignorãter inter cõiuges ſuperueniẽs coniugium non diſſoluit. Communis diuiſio. Secunda ibi: *conſultationi*. Et ibi

SEBA. SAPI.

a ¶ Conſuetudo. Vide Feli. ĩ. c. ius generale. j. di. Alex. in conſil. cxxvij, inci. viſo teſtamẽto. in primo volu. Iaſo. in. l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius vel vtili. pub. Andr. ficulum in conſi. lxvj. inci. illud in medium referam, col. iiij. iij. volu.

b ¶ Ad quæſtionẽ latè per Imo. Bar. & Alexã. in. l. j. in princi. ff. ad. l. falc. per Bart. Bal. in. l. iſta ſtipulatio. ff. de verb. obli.

primò recitat canonum antiquorum contrarietatē. Secundò alteram partem approbat. & rationem addit: ibi *ideo*. ¶ Casus literalis. Aliquis vel aliqua filium suum scienter vel ignoranter de sacro fonte suscœpit: quæritˉ an propter hoc debeāt separari? Respō. Papa. ꝙ in quibusdā canonibus gn̄aliter statutū estˉ vt debeāt separari, alij aliter & melius statuerunt. vnde dicit Alexā. siue ex ignorantia siue ex malitia hoc fecerūt nō sunt separādi: quia ignorātia eos nō excusat: & ex malitia cōmodū ha
2 bere nō debēt. Ber. ¶ Not. primò †ꝙ parentes carnales nō debēt filios proprios de sacro fonte vel cōfirmatiōe leuare. Alius enim debet esse pater carnalis & alī spiritualis: instante tn̄ necessitate licitè parētes baptizant filios: vt in.c. ad limina. xxx.q.j. nec ex hoc oritur aliquod impedimētū inter eos qui instāte necessitate fecerunt.
3 ¶ †Secūdò no. ibi: *humanius*. ꝙ vbi doc. in aliquo articulo sunt varij sequēda est opin. humanior. i. rationabilior & æquior. Si verò vtraq; opi. est rationabilis: sequēdū est plurimorū[a] iudiciū secūdū Hosti. & bene. ad hoc allegat bo. tex. in simili. xix. distin. c. in canonicis. Et circa hoc dat Host. notabilē regulā. dicēs ꝙ vbi doc. & magistri per suas gl. matrimoniū separāt, nec assignāt casum in iure expressum, si reperitur vnus doctor vel magister matrimoniū sustinēs, tūc illius opi. est sequēda[b]. Ex hoc videt singulariter velle Hosti. ꝙ vbi agitur de matrimonio sustinēdo sing. opi. est pferēda cōmuni. [c]qđ bene notabis: nisi (vt dixi) cōmunis opi. haberet quasi tex. pro se.
4 ¶ †No. tertiò ibi: *ignorantia*. arg. opti. ꝙ ad compaternitatē cōtrahēdā requirit animus & certa sciētia. ex quo pōt inferri ꝙ si quis credēs tenere filiū vnius tenuit filiū alterius nō efficit ille pater spiritualis baptizati saltē ad dirimēdū matrimoniū post cōtractū: circa quod tn̄ satis potest dubitari. & dicā in simili quęstione in .c. veniēs j. eo.
5 ¶ †Vltimò habes ex text. casum in quo maritus & vxor sunt compatres spūales, nec per talē cōpaternitatē dissoluitur matrimoniū: redditur in litera. qa si ignoranter fecerūt puta qa instante multitudine paruulorū credēs suscipere filiū alterius & suscepit propriū, ignorātia habet eos excusare. si fecit sciēter & dolosè vt separaret matrimoniū dolus nō debet eis patrocinari. ¶ In glo. in ver. *debitū*. in fi. videt gl. recedere à prędictō dicto & tenere ꝙ siue ignorāter siue scienter cōpaternitas inter cōiuges sit cōtracta pōt quilibet debitum exigere. Gof. & Vin. distingūt ꝙ aut alter solus fuerit sciēs, & ille priuatur facultate exigendi: aut vterq; & tunc fit compēsatio. vnde quilibet habebit facultatē exigendi: facit. c. penul. & vlt. j. de adul. & l. si ambo. ff. de cōpē. hęc opi. mihi non placet. qa cōpensatio fit vbi agit de vtilitate & commodo delinquētiū. & sic loquunt iura superiꝰ alleg. sed in casu nostro priuatio eligēdi debitum nō fit ad vtilitatem alterius: sed ob reuerētiā cognationis spūalis: & sic vnius delictū aliū non excusat. Hostiē. finaliter tenet ꝙ data scientia vtriusq; neuter poterit exigere nec subtrahere, quasi dicat nō debet quis exigere. si tn̄ exigit tenet alter reddere debitum. Tu de hoc vide gl. satis latā. in. c. nosse. xxx. q. j. quę cōcludit ꝙ sciēter hoc attentās est priuatus facultate exigendi debitū. & mihi satis placet ista opi. primò p̄ tex. ī. c. de eo. xxx. q. j. vbi dicit ꝙ talis mortua cōiuge debet remanere sine spe coniugij. ecce ergo ꝙ quātū in se est priuat exercitio matrimoniali. Itē adduco rationē huius tex. nā sustinet hoc cōiugiū ne fraus dolosō patrocinet: sed quò ad priuandum istū iure suo fraus isti non patrocinatur: sed potius obest. vnde litera in hac ratione habuit solum respectum vt coniugiū nō separaretur ex toto. fateor ꝙ litera p̄cedens innuit cōtrariū dū dicit. *nec alter alteri debet debitum subtrahere*: sed intelligo quòd sciens non debet ignorāti debitum subtrahere: vel intelligit indistinctè respectu ignorātium. nec ob. si dicat christum excepisse solam causam fornicationis: vt in. c. ij. s̄. de coniu. lepro. quia (vt dicit gl. notanter in. d. c. nosse) illud est verum quò ad repellendum vxorem à domo propria & à curia sua: sed quò ad debitum subtrahendum multi casus inueniuntur citra fornicationem.

a ¶ Plurimorum. l. j. versi. & fanè. ibi crebrior apud veteres opi. est. ff. de offi. q̄st. & ibi Bal. in .c. nouimus. ibi à pluribus approbata. j. de ver. sig. & ibi Ant. p mod. in. l. si idē. ff. de iuris. om. iud. & in. l. ij. ff. de iureiur.

b ¶ Est sequenda. Hoc dictū sequit Feli. in. c. canonū statuta. co. pe. ver. tertiò limita, s̄. de cōsti. & in. c. j. col. ij. s̄. vt lite nō contesta.

c ¶ Pręferenda cōi. sequitur hoc Ioā. and. Cardi. flo. & limitāt quādo illa opi. pōt ꝓbari aliqua ꝓbabili rōne bene facit tex. ī. l. j. §. sed neq; ex multitudine. C. de veteri iure enu.

ZACHARI. ¶ Adde qđ not. in apost. ad istū in c. prudētiā. nu. 4. & in apost. in ver. inq̄, plures .s̄. de off. deleg. vbi amplio qđ hic dicit.

ZACHARI. d ¶ Pōt consistere matrimoniū. Adde hoc esse verū si modo per illorū alterū ad compaternitatē deuentū est. vt not. Bar. in l. si quis alumnā. C. de nup. & doc. in. c. j. s̄. e. imò etiā matrimoniū iam contractū dirimit vt not. Io. an. in. c. consanguinei .s̄. de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Filij duorū compatrum per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem adinuicem matrimonium contrahere possunt, consuetudo tamen contraria seruanda est.*
2 *Compaternitas potest dupliciter esse inter aliquos, vt si ego tenui filium tuum in baptismo tu licitè potes tenere filium meum, & per vtrūque istorum compaternitas contrahitur.*
3 *Filij leuantis & baptizantis nulla ratione possunt inter se matrimonium contrahere.*
4 *Consuetudo loci quò ad compaternitatem & matrimonium quando sit seruanda?*
5 *Consuetudo an valeat habilitandi vel inhabilitandi aliquos ad matrimonium?*
6 *Consuetudo an possit tollere impedimētum publicæ honestatis?*

¶ CAP. III.

1 SVper eo. †Summatum est. s̄. c. j. sed specialius attingēdo mentē. c. hoc intendit. Filij duorū cōpatrum per quorum neutrum deuentū est ad compaternitatē licitè inuicem contrahunt matrimonium: si tamē subest cōsuetudo impediēs & dirimens talia matrimonia seruanda est loci consuetudo. h. d. secundū intellectū magis communē primò ponitur q̄sti. secūdò ibi: *respondemus*. distinguens responsio. & secundum membrum ibi: *cæterum*. ¶ Casus literalis. Aliqui sunt cōpatres: quęritur vtrū filij istorū possunt adinuicem contrahere matrimoniū. Rn. ꝙ si tales sunt p̄ quorū alterū vel vtrūq; parētes ad cōpaternitatē peruenerunt coniūgi non possunt, & si coniuncti sunt debent separari: si verò per neutrum filiorū illorū cōpaternitas contracta fuit de his cōsuetudo metropolitanę ecclesiæ seruari debet, & aliarū ecclesiarum circūpositarum, & ita videlicet ꝙ si consuetudo metropolitanæ ecclesiæ habet inter eos matrimoniū non fieri factum firmitatem habere, & iste episcopus in sua ecclesia idē obseruet. verumtamen si de cōsuetudine habeatur vt talia matrimonia permittantur ex quo contracta sunt ipse episcopus illud in sua ecclesia dissimulare poterit: ita ꝙ nec cōtradicere nec consentire videatur: qa sicut graue est super his contēnere consuetudinē circūpositarum ecclesiarū: ita grauius videtur propter talem consuetudinē huiusmodi coniugis præstet assensum cū posset ab
2 alijs in exemplū assumi. Bern. ¶ †No. primò ibi: *alterū vel vtrunque*. ꝙ compaternitas pōt dupliciter esse inter aliquos: vt puta quia quilibet suscœpit filium alterī de sacro fonte. Ex quo no. ꝙ si ego tenui filium tuum in baptismo: tu licitè potes tenere filium meum. & tunc per vtrunq; istorum filiorum compaternitas est inter eos contracta. pridie de facto super hoc fui interrogatus & nonnulli parum intelligentes responderūt oppositum.
3 ¶ †Secundò no. ibi: *nulla ratione sustineas*. ꝙ inter filios leuantis & baptizantis nulla ratione pōt consistere matrimonium. [d] ¶ Ex quo infert secūdū Hostiē. & bene ꝙ etiā cōsuetudo nō valet in cōtrariū: pro hoc facit tex. in c. ꝙ super his j. de consan. & affi.
4 ¶ †Not. tertiò ꝙ circa facultatem contrahendi matrimoniū multū attēdenda est loci consuetudo. ¶ Oppo. contra text. videtur enim implicare contradictionem & absurditatem in multis. Nam primò præsupponit ꝙ propter consuetudinem possit separari matrimoniū inter habiles cōtractū. quod est contra. c. fin. de consue. vbi patet ꝙ consuetudo non prędiudicat legi diuinę qua cauetur ꝙ cōiuncti matrimonialiter per hominem separari non possunt. xxxiij. q. ij. c. quos deus cōiunxit &c. Itē inter filios duorū cōpatrū per quorum

per quorũ neutrum deuentum eſt ad cõpaternitatẽ licitè matrimonia cõtrahunt vt.s.e.c.j.& tamẽ text.hîc in ver. *verũ*. dicit ꝙ episcopus nõ debet approbare talia matrimonia etiam ſi cõſuetudo habeat vt permittant:nã ſi citra conſuetudinẽ põt inter eos matrimoniũ conſiſtere:ergo fortius cõſuetudine cõcurrente.So. metu huius cõtrarij.ex his quæ ſcribunt hîc per glo.& doct.poſſunt elici quatuor intellectus ad tex. Primus intellectus. vt principiũ text.loquat in filijs duorũ compatrũ per quorũ alterũ vel vtrũq; cõtracta eſt cõpaternitas.& inter iſtos nõ põt eſſe matrimoniũ,etiam ſi conſuetudo hoc habeat.vt.s.dixi. & iſte caſus eſt planus.ver. *cæterũ*. intelligat qñ per iſtos filios nõ eſt deuẽtum ad compaternitatẽ:& tunc debet attendi loci cõſuetudo. Non tn hæc conſuetudo eſt tantę efficacię vt dirimat matrimoniũ poſt cõtractũ:licet poſsit illud impedire.ſicut in ſimili dicimus in voto ſimplici qđ impedit:ſed nõ dirimit.vt in.c.rurſus.q cle.vel vo. ver. *itaque*. nõ cõtinuat ad ver.immediatè p̃cedẽtẽ:ſed ad principiũ.c.vt ſic loquat de filijs p̃ quorũ alterũ deuentũ eſt ad cõpaternitatẽ:&diſponit ꝙ debẽt ſeparari ſi hoc habeat cõſuetudo.verſi. *verũ*. loquit de eiſdẽ,& diſponit ꝙ ſi cõſuetudo habet ꝙ poſsint coniũgi debet eps diſsimulare:nõ aũt p̃bere aſſenſum,ne det alijs materia ſic cõtrahẽdi:& hunc intellectũ quorũdã recitat gl.mag. Sed certè iſte intellectꝰ nõ cõgruit literæ:nec iuri: qa ver. *itaque*. venit aduerſatiuè ad ver. *cæterũ*. & ſic debet intelligi de filijs per quorũ neutrũ deuentũ eſt ad cõpaternitatẽ.Itẽ ſecundũ iſtũ intellectũ ſequeret ꝙ valeret cõſuetudo vt fratres ſpirituales inter ſe contraherẽt matrimoniũ cõtra principiũ.c.vbi dicit. *nulla ratione ſuſtineas*. Secundꝰ intellectus eſt vt principiũ & ver. *verum*. intelligantur modo p̃dicto.ſed verſi. *itaque*. intelligit de ſeparatione quò ad tẽpus:nõ autẽ in perpetuũ,quaſi valeat cõſuetudo impediens matrimoniũ & dirimens ad tẽpus nõ aũt in perpetuum. ex quo per neutrũ iſtorum fuit deuẽtum ad cõpaternitatẽ, & ſic ceſſaret ar.s.formatum. & hunc intellectũ ſenſerunt Inno. & quidã alij.Tertiũ intellectũ ponit Hoſt.vt principiũ & ver. *verũ*. intelligant vt.s.ver.verò. *itaque*. referat ad.§. *cæterũ*. & ſic loquit de filijs per quorũ neutrum deuentũ eſt ad cõpaternitatẽ: vt ſi conſuetudo habet inter eos nõ poſſe cõſiſtere matrimoniũ ꝙ debet tunc ſeruari cõſuetudo. nã talis cõſuetudo approbata hîc per papã põt inducere nouum impedimẽtũ.Nã ſicut ipſe papa hoc potuiſſet per ſuã cõſtitutionẽ. ita & cõſuetudo debet hoc poſſe ex quo habet conſenſum papę.Et ſic mirat de his q volũt fateri hãc conſuetudinẽ poſſe dirimere matrimoniũ.ver. *verũ*. intelligit ſecundùm eũ qñ cõſuetudo vicinarum eccleſiarũ habet vt coniugia permittant inter iſtos per quorũ neutrũ deuentum eſt ad cõpaternitatẽ:ſed cõſuetudo ꝓpria loci habet contrariũ.tunc enim eps nõ debet expreſsè reprobare illa matrimonia,ne ſcandalizet vicinas.nec expreſsè approbare,ne veniat cõtra cõſuetudinẽ propriã.& ideo dicit tex.ꝙ debet diſsimulare, & tollit contrariũ.c.j. nã ꝓcedit vbi nulla ſubeſt cõſuetudo in contrariũ.Hæc lec. eſt ſatis bona quò ad ver. *itaque*. ſed ad ver.verũ diuinat, qa ī eo non dicit ꝙ locus ꝓpriꝰ habeat contrariã conſuetudinẽ. Ideo retento intellectu Hoſt.ad ver. *itaqne*. dic & quartò ad ver. *verũ*. ꝙ loquit qñ conſuetudo habet vt inter iſtos filios duorũ cõpatrũ per quorũ neutrũ cõtracta eſt cõpaternitas impediat matrimoniũ. ſed non ꝙ dirimat.& pro hoc tex. ibi. *cõiugia permittãtur*. in quo caſu ex quo cõſuetudo impedit licet nõ dirimat,nõ debet epsetiã ex poſt facto approbare tale matrimoniũ: ne det alijs materiam cõtrahẽdi cõtra cõſuetudinẽ:ſed debet diſsimulare, puta vtendo verbis diſpẽſatiuis:vel trãſeũdo conniuẽtibꝰ oculis.& hũc intellectũ ſentit gl.mag.in fi.Et tacitè do.Ant.& mihi ſatis placet. qa minus per hũc intellectũ violat litera q̃ per alios.Conclude ergo ꝙ inter filios duorũ cõpatrũ p̃ quorũ alterũ vel vtrũq; cõtracta eſt compaternitas non põt matrimoniũ conſiſtere, & ſi de facto fuerit contractũ debet ſeparari nulla conſuetudine contraria opitulãte:& ſic intellige prici.c.vſq; ad.§. *cæterũ*. Si verò per neutrũ iſtorum deuentum eſt ad compaternitatem: ſi nulla ſubeſt conſuetudo circa hoc,pnt liberè matrimonia ad inuicem contrahere vt in.§. *cæterũ*. & clarius.in.c.j.s.e.Si verò conſuetudo diſponit vt permittant matrimonia tunc fortius pnt contrahere, cũ conſuetudo concurrat cũ iure cõi.Si verò conſuetudo diſponit oppoſitũ.& tunc aduerte:aut habet cõſuetudo vt matrimoniũ penitus inter iſtos nõ cõtrahat.& ꝙ de facto p̃ſumptũ ſepareꝫ. & tũc ſerua cõſuetudinẽ ſi eſt talis ꝙ ex eius præteritione generet ſcandalũ.qa ſic loquit.c.j.in fi. s.eo.& ita intellige ver. *itaque*. Nec ob.contrariũ ſupra formatũ:qa vbi ſubeſt talis conſuetudo inhabilitans maximè approbata per papã vt hîc,nõ põt dici ꝙ iſti cõtrauenientes ſint à Deo coniuncti:& ſic ceſſat illud argu. quos deus coniunxit. Aut habet cõſuetudo: vt inter iſtos per quorũ neutrũ &c.impediat matrimoniũ:ſed nõ dirimat:&tũc ſerua ver.
5 *verũ*. ¶ † Et ex his potes decidere aliã q̃ſtionẽ:[a]nunqd valeat conſuetudo circa facultatẽ inhabilitãdi aliquos ad matrimoniũ.& dic clarius ꝙ aut cõſuetudo habilitat aliâs inhabiles per ius canonicũ.puta vt ī tertio gradu poſsit matrimoniũ cõtrahi:vel vt frater poſſit cõtrahere cũ ſorore ſpirituali. & nõ valet conſuetudo.vt videt hîc in tex.inducẽdo: vt s. iuncto.c. qđ ſuper his. de conſan.& affi. & vtrobiq; hoc tenet Hoſ. quaſi cõſuetudo nõ ſit rõnabilis, cũ ſit cõtra omnẽ honeſtatem.
6 ¶ † Ex quo infero cõſuetudinẽ à papa nõ approbatã nõ poſſe tollere impedimẽtũ publicę honeſtatis:qa nõ valet cõſuetudo cõtra honeſtatẽ eccl̃ię:vt ī.c.cũ decorẽ.de vi.& hone. cleri.Aut cõſuetudo inhabilitat aliâs habiles vt in filijs duorũ cõpatrum p̃ quorũ neutrũ &c.& tũc aut habet ſolũ cõſuetudo vt impediat & nõ vt dirimat.& valet.arg. hîc in ver. *itaque*. & ver. *cæterũ*. facit.c. cũ olim. de cle. coniu.Aut habet vt diſſoluat coniugiũ.& ſic ad tp̃s valet.vt voluit hîc Inn. nã peccauerũt cõtrahẽdo cõtra cõſuetudinẽ p̃ri̇ę.xxx.q.v.c. aliter.Aut habet vt diſſoluat in p̃petuũ.& ſi eſt approbata p̃ papã ſaltẽ tacitè valet.vt ꝓbat hîc ſecũdũ lec.Ho.Aut nõ apparet de approbatione papę & videt velle Hoſt. conſuetudinẽ non valere:dicit eñ caſum huiꝰ.c. nõ extẽdẽdũ,ſed ego putarẽ oppoſitũ vbi cũ cõſuetudie concurrit ſcãdalũ. qa ſicut papa põt ius diuinũ interpretari & augere ac diminuere.vt no.Inn.ī.c.q̃in ec cleſiarũ. de conſti. ita & conſuetudo.vt no.idẽ Inn.ī.c.fi.de conſue. Itẽ video ꝙ conſuetudo q̃ generat ſcãdalũ inhabilitat quẽ ad matrimoniũ ſpũale.vt no.in d.c.cũ olim.de cle.coniu.ergo pari ratiõe debet poſſe inhabilitare ad matrimoniũ carnale.&per hoc habes declaratã etiã gl.huiꝰ.c.& notabis ſing.gl.mag.in medio:qa neſcio alibi vnum dictũ qđ ſentit.dicit eñ ꝙ ſi in aliquo loco eſſet hodie conſuetudo vt ī quito gradu non poſsit contrahi matrimoniũ,ex contractu generaret ſcãdalũ ꝙ nõ valeret matrimonium,licet.c.non debet.de cõſan. & affi. hoc permittat.& poteſt eſſe duplex ratio:qa hæc conſuetudo concurrit cum iure antiquo,nec cẽſet ſublata per ius nouum ex quo non reprobat p̃ illud ius & concurrit ſecũ ſcãdalũ, & hãc rationẽ ſentit gl. Secunda ratio colligit ex his q̃ p̃dixi. quia conſuetudo continẽs in ſe ſcãdalum ex præteritione poteſt inhabilitare aliâs habiles: ſed vbi à principio nullũ fuiſſet impedimentum,ſolum ſcandalum ſuperueniens non poſſet diſſoluere matrimonium:vt dicit iſta glo.quã notabis. quia propter ſcandalum non eſt recedendum à veri-

SEBA.SAPI.

a ¶ Aliam qõnem. Vide ad hæc quę ſcribit Petrus rauẽnas in cõcluſionibꝰ cõſuetudinis col.xj. quẽ refert do.meus do. Rochus Curtius in repe.c.fi.colũ. vj. ver. infertur etiã s. de conſuetu.

SEBA. SAPI.
¶ Connubiũ. Connubium vocaꝫ qñ matrimonium eſt cõtractũ ſine ſpe prolis: vt per Fel. in.c.cũ ſit genera- e.col.ix.ver. demũ ſcio. ſ. de foro competen.
b ¶ In concubina. ſequiꝫ hic Ioã. an. qđ intellige ꝓcedere qñ concubina vel concubinarius leuaret. ſecus ſi compaternitas contrahatur ex eo quia filius alicuiꝰ concubinæ ſit leuatꝰ de ſacro fonte: qa tunc compaternitas extenderetur tam ad cõcubinã quã ad cõcubinariũ. c. ſi vir. de cognatione ſpi. & ibi gl. ſanctꝰ Tho. iiij. diſtĩ. arti. xxñ. tenet ꝙ cõtra daꝫ cõpaternitas. Seqtur Bar. in ſua piſanella ĩ verbo impedimentũ. cõis opinio eſt in contrariũ. nec obſtat ꝙ affinitas contrahatur per fornicationẽ: qa affinitas cũ ſit vinculũ corporale põt acquirí per illicita opa. non ſic compaternitas quæ eſt vinculũ ſpirituale.
SEBA. SAPI.
c ¶ Eſſe compatres. Vide pulchrè per do. Chriſtophorũ por cũ ĩ. §. fi. inſti. de gradibus.
d ¶ Dictione vix. Vide gl. in. l. ſi hęres inſtitutꝰ. ff. ad l. fal. & in. l. ſi iure. & ibi per Bart. & Dy. ff. de leg. iij. ꝑ gloſ. in prooe. cle. Cornez cõſi. cxcj. in litera. a. in antiquis. in iij. volu.

tate iuris diuini: vt in.c.ij. de ope. no. nunti. & in regula qui ſcandalizauerit j. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Inter patrem baptizati & vxorem leuantis prius ab eo cognitam contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.*
2 *Verbum ſuſcœpit: tenet: leuauit aliquem de ſacro fonte idem operantur.*
3 *Compaternitas an poßit per procuratorẽ cõtrahi?*
4 *Compaternitas ſiue actus ſpiritualis cõmunicatur per coniugem coniugi. nu. 6.*
Compaternitas contracta per virum extẽditur ad eius vxorem iam cognitam. 6.
5 *Connubiũ etiã dicitur matrimonium conſummatũ.*
6 *Vxor non cognita non efficitur commater leuantis vel baptizantis.*
Cognatio ſpiritualis an extendatur ad filios illegitimos.
7 *Cõcubina an efficiaꝫ cõmater parẽtibus baptizati?*
8 *Compatres an efficiantur illi duo vel plures qui ſimul aliquem tenent in baptiſmo? dic quòd non, & tales poßunt contrahere.*
Maritus & vxor an poßint ſimul aliquem de ſacro fonte leuare?
9 *Perſonæ cum quibus oritur ſpiritualis cognatio ſunt viginti.*

¶ CAP. IIII.

1 MArtinus. † Inter patrẽ baptizati & vxorem leuãtis prius ab eo cognitã contrahiꝫ compaternitas efficax ad matrimonium dirimẽdum. & duo facit. primò ponit quęſtionem. ſecũdò eius ſolutionem ibi: *nos.*
¶ Caſus literalis. M. cõtraxit matrimo. cum berta: & lotharius filium martini & bertæ de ſacro fonte leuauit, tãdem lotharius & berta mortui ſunt: &. M. contraxit cum theberga: quęriꝫ vtrũ tale matrimonium teneat? reſpõ. ꝙ cùm vir & vxor per connubium vna caro efficianꝫ: patet ꝙ theberga non põt eſſe vxor martini qui fuit compater lotharij cum quo theberga vna caro noſcitur extitiſſe. Ber.
2 ¶ † No. j. ibi: *ſuſcœpit.* ꝙ patrinus diciꝫ baptizaptum ſuſcœpiſſe de ſacro fonte: alibi diciꝫ ꝙ eũ tenet vt j. c. ſe. alibi diciꝫ eũ leuare de ſacro fonte. vt j. eo. c. veniẽs. quãdoq; dicitur eum ſuſtinere, vel ꝑprijs manibꝰ tenere. xxx. q. j. c. de his. &. c. ad limina. ¶ † Et faciunt ad quæſtionẽ nunquid per procuratorẽ poſsit contrahi iſta cognatio ſpũalis cũ hæc verba denotẽt actum proprium & perſonalẽ ipſiꝰ
3 patrini: de quo dicam latius j. eo. c. veniens. †
¶ Secundò not. ꝙ coniunx cõicat coniugi actus ſpũales. nã (vt hîc vides) ſi maritus contrahit cõpaternitatẽ extendiꝫ hæc cognatio ad vxorẽ q̃ effecta eſt vna caro cum marito
5 tẽpore compaternitatis. ¶ † No. ibi. *connubiũ.*
a ꝙ appellatione connubij qñq; comprehendiꝫ matrimoniũ carnali copula conſummatũ. ¶ † In glo. fi. in fi. no. hãc gl. q̃ in effectu
6 vult ꝙ cognatio ſpiritualis cõtracta per maritũ extẽdatur ad vxorẽ prius cognitã: ſecus ſi non erat cognita: & hoc ideo. qa (vt p̃dixi) maritus cõmunicat vxori actiones ſpirituales. non autem paſsiones. vnde ſi filius mariti ex alia muliere baptizatur, vxor ipſius etiam. cognita non efficitur commater leuantis vel baptizantis: vt no. xxx. q iiij. c. ſi quis ex vno coniugio. & per glo. in. c. jj. eo. lib. vj. An aũt iꝑ ſa cognatio extendaꝫ ad filium illegitimũ illius leuãtis ſeu baptizãtis? Doc. ꝙ ſic: &
7 videꝫ tex. ĩ. c. fij. e. & xxx. q. iij. in ſumma. ¶ † Sed quęriꝫ nunquid
b diſpoſitio huius tex. habeat locũ in cõcubina. pone exemplum. habens concubinam leuauit puerũ de ſacro fonte: nunquid cõcubina efficiatur cõmater parentibus baptizati ſicut hîc dicimus in vxore? glo. hoc examinat in. d. c. ſi quis ex vno. & nihil concludit. ſed ibi Arch. & Io. anj. e. in. c. j. li. vj. tenet ꝙ nõ. & hoc habet communis opi. ne ipſa cognatio ſpiritualis extendaꝫ ad illicitũ & fornicariũ coitũ quod no. ¶ † Vlterius quęro poſt Inn. de quæſtiõe
8 quotidiana. pone quòd duo vel plures tenent aliquem in baptiſmo. nunquid iſti inter ſe efficiantur cõpatres? Innoc. & bene dicit quòd non. vnde poſſunt adinuicẽ contrahere matri. nã quẽadmodum cõpatres carnales vt concubinarius & concubina non prohibentur ad contrahendum matrimonium: vt in. c. tanta vis. qui fil. ſint legi. ita & iſti qui ſunt compatres ſpirituales reſpectu baptizati non debent prohiberi ad contrahendũ matrimonium. & pro hoc facit tex. & ibi gl. in. c. fi. xxx. q. iiij. vbi dicitur ꝙ maritus & vxor nõ debent aliquẽ ſimul de ſacro fonte leuare, ne infameꝫ
c de facto matrimoniũ: nã vulgares exiſtimant illos eſſe cõpatres. c
9 ¶ Et vt habeas materiã huius cognatiõis ſpũalis: † ſcias ꝙ. xx. perſonæ prohiberi poſſunt ex hac cognatione ſpirituali, quinq; ex perſona leuantis in baptiſmo. & quinq; ex perſona baptizantis: quinq; ex perſona confirmantis. & aliæ quinq; ex perſona leuãtis & confirmãtis. & ſi cognoueris quinq; ex p̃dictis habebis aliquos caſus notos: qa ſunt oĩo ſimiles. primò enim contrahitur hîc cognatio inter leuãtem & baptizantem. ſecũdò inter leuantẽ & parentes baptizati. tertiò inter baptizatũ & filios leuantis. quartò inter baptizatum & vxorem leuantis prius cognitã. quintò inter parentes baptizati & vxorẽ leuãtis prius cognitã vt hîc. Eoſdem caſus repetas reſpectu confirmantis & reſpectu baptizãtis & reſpectu tenentis in confirmatione. hoc probatur in. c. j. eo. titu. lib. vj. & per totum iſtum titu.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas per cathechiſmum contracta impedit matrimonium contrahendum ſed non dirimit contractum. 5.*
2 *Conſanguinei cõiugũ poſſunt impedire matrimoniũ ratione impedimenti.*
3 *Vix quid ſignificat?*
4 *Pœnitentia imponitur propter ſolam affectionem delinquendi, licet affectio non habuerit effectum.*
5 *Plures debent interueuire compatres in catechiſmo, baptiſmo, & confirmatione. & omnes debent puerum tenere: ſed ſi fiat contrarium, non vitiatur actus, & cognatio ſpiritualis cum omnibus contrahitur.*

¶ CAP. V.

1 COntracto. † Compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimoniũ cõtrahendũ, ſed contractũ non dirimit. Duo facit. Primò ponit caſum. Secũdò ibi. *verum:* diffiniẽdũ cõmittit: & in cõmiſsione prius exprimit diffinitiõis cauſam vſq; ibi: *ideoque.* ¶ Caſus literalis. Quidam. P. nomine contraxit matrimonium cũ. A. muliere. tandẽ cõ ſanguinei eiuſdẽ. A. contra ma. obiecerũt ꝙ illa non poterat eſſe vxor ipſius eò ꝙ eadẽ tenuit filiũ cõcubinę ipſius. P. in primo pabulo ſacrati ſalis. Iudex dubitauit quid iuris eſſet. Conſultus Parñ. ꝙ ſi conſtaret vera eſſe prædicta, matrimonium contractum non diſſoluet: quæ res vix prębere t impedimentum ma. contrahendo: vnde mandat quatenus præfato. P. iudex iniungat vt dictam. A. ſicut vxorem pertractet, ſiue hoc factum fuerit ante cõtractum matri. ſi ue poſt: ſed ſi fraudulenter hoc fecit cauſa matri monij ſeparãdi pœnitentiam inde accipiat matrimonio in ſua firmitate durãte. Ber.
2 ¶ † No. j. ꝙ etiam cõſanguinei coniugũ poſſunt impedire matrimoniũ ratione impediměti. ad hoc. c. videt.
3 qui ma. accu. poſ. ¶ † Not. de dictione vix. d nam qđ vix fit tñ fit.
d Illud enim dicitur vix fieri quod fieri poteſt: licet cum difficultate
4 vt clarius probatur in. c. per catechiſmũ j. eo. tit. li. vj. ¶ † Vltimò no. ꝙ pœnitentia imponitur propter ſolam affectionem delinquendi: licet affectio nõ habuerit effectum. pro hoc. c. ſi cui. &. c.
5 ſi ꝑpterea. de pœni. di. j. ¶ † In glo. fi. in fi. hodie ceſſat diſpoſitio huius gl. per. c. ij. eo. tit. li. vj. vbi diciꝫ ꝙ compaternitas contracta in catechiſmo

in cathechiſmo impedit matrimonium ſed nõ dirimit. ideo tex.hic dicit, q̃ vir contrahẽdo matrimoniũ impedimentũ affert. Et ſcias q̃ ceſſante neceſsitate honeſtum eſt vt in cathechiſmo & cõfirmatione interueniãt ſinguli patrini: nõ aũt debet vnus & idẽ in omnibus his puerũ tenere: tñ ſi de facto fieret contrariũ, actus tenet. de quo vide bo. tex. in. c. in cathechiſmo. de conſe. diſt. iiij. & de iure vnus debet tenere vnũ baptizãdum, ſeu chriſmãdũ
a ſi plures[a] tñ intereſſerint, cũ omnibus cõtrahit hæc cognatio ſpiritualis vt probatur in. c. non plures. de conſe. diſtin. iiij. & melius in. c. fi. j. eo. li. vj.

SVMMARIVM.

1 *Inter patrem baptizati & leuantem ſeu tenentem baptizatũ oritur cognatio ſpiritualis impediẽs & dirimẽs matrimoniũ.*
2 *Inter compatrem & cõmatrem oritur cognatio impediens & dirimens matrimonium.*
3 *Mulier effici poteſt mater ſpiritualis ſed non legalis.*
Mulier adoptare non poteſt nec arrogare.
4 *Cognatio ſpiritualis an poſsit per procuratorem contrahi?*
Cognatio legalis an poſsit per procuratorem contrahi?
Procurator qui pro alio in baptiſmo interuenit, an pro ſe cognationem ſpiritualem acquirat?
5 ¶ *Vniuerſitas an poſsit compaternitatem contrahere?*

¶ CAP. VI.

1 VEniens. † Inter patrem baptizati & leuãtẽ ſeu tenẽtem baptizatũ contrahitur cognatio ſpiritualis valida ad impediendũ & dirimendũ matrimoniũ poſt contractum. ¶ Caſus literalis. Quidam anglus. E. noie contraxit matrimoniũ. cũ H. muliere dicebaſ q̃ dicta mulier ſuſcœperat filiũ prædicti. E. viri ſui de ſacro fonte: quærebatur an propter hoc debeat ſeparari ab ipſo? mandat pa. quatenus ſi conſtiterit dictã. H. filium viri ſui ante contractum matrimoniũ de ſacro fonte leuaſſe ſeparenſ omnino: ſecus ſi
2 eſſet poſt matrimoniũ. Ber. ¶ † Not. q̃ matrimoniũ nõ põt conſiſtere inter compatrem & commatrẽ. & ſi de facto fuerit contractũ debet ſeparari: hæc ergo cognatio ſpiritualis non ſolũ impedit: ſed etiam dirimit matrimo
3 niũ poſt contractum ſeu contrahendum. ¶ † Secundò not. mulierẽ poſſe effici matrem ſpiritualem. & ex hoc habes vnam differentiam inter cognationẽ ſpiritualem & legalem. nam mulier nõ poteſt adoptare: vt in. §. fœminæ. inſtit. de adop. tamen poteſt in baptiſmo puerum tenere & acquirere filiationem ſpiritualem. Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe. q̃ per iſtam cognationẽ ſpiritualem filius nõ tranſit in poteſtatem patris ſpiritualis: ſed per arrogationẽ filius trãſit in poteſtatem arrogatoris: ſed quia fœmina non poteſt habere filium in poteſtate, ideo arrogare non poteſt. quæ ratio ceſſat in præcedẽti
4 caſu. ¶ † Et hæc faciunt ad quæſtionem quotidianã &
b ſatis vtilem: nunquid per procuratorẽ[b] poſsit contrahi iſta cognatio ſpiritualis. & videtur q̃ nõ nam quẽadmodum non poteſt contrahi legalis vel cardinalis per procuratorem. l. nec ꝙ & l. poſt mortẽ. §. fi. ff. de adop. ita nec ita ſpiritualis. Tres enim ſunt cognationes, vna carnalis: alia legalis: alia ſpiritualis. & iſtæ duæ vltimæ immitanſ carnalẽ inquantùm poſſunt: vt in. d. §. fi. ſicut ergo duæ primæ non poſſunt contrahi per procuratorem: ita nec
c iſta vltima. Contrariam opi. [c] diſputando tenuit. Marſi. doc. Io. an. quia regulariter quiſq̃ actus poteſt explicari per procuratorem, niſi expreſſe ſit prohibitus à iure. in l. j. §. rurſus. ff. de procu. & in regula poteſt quis per aliũ. de regu. iur. lib. vj. ſed nullibi ſpecialiter hoc prohibetur ergo &c. Ioan. andr. plenè hanc quæſtionem diſputauit in. d. regula poteſt quis. vbi recitatis opi. concludit oppoſitum. Et fundamentum ſuum principale eſt iu[illegible].& de his. &. c. ad limina. xxx. q. j. vbi videtur requiri ac[illegible]e corporalis. Idem tenet Archi. in. c. j. eo. titu. li. vj. per. c. j. &. c. oẽs. xxx. q. j. & vide per Federi. conſi. xv. Præceptor meus do. Cardi. ſequitur opi. do. Marſi. & ad iura alleg. per Ioan. an. & Archi. reſpondet quòd loquunſ quando quis per ſe vult contrahere iſtam cognationem ſpiritualem, quo caſu non ſufficit ſola præſentia, niſi puerũ per ſe ſuſtentet ſeu eum tangat tempore ſacramẽti. do. Ant. hîc nihil eligit. vnde ante factũ ſeruãda eſſet opi. Io. and.
5 vt nõ admittatur quis per procuratorẽ: ſed poſt factũ. b placet mihi opi. cõtraria. nam iura ſolũ requirunt leuãtẽ vt reſpondeat pro puero & obliget ſe apud deũ: vnde cõſtituitur fideiuſſor pro eo apud deũ. de quo vide bo. tex. in. c. vos ante omnia. de conſe. diſtinc. iiij. hęc autem obligatio debet poſſe contrahi per procuratorem, cum non eligatur induſtria perſonæ: nec agitur de magno facto hîc. Item q̃ multa fieri per procuratorẽ prohibenſ, facta tñ tenent. vt ſentit gl. no. in. l. vniuerſis. C. de præci. impe. offe. in. c. j. de iudi. li. vj. facit qd̃ no. Bar. in. d. l. poſt mortẽ. in. §. fi. licet ipſe videaſ ſequi opi. Io. an. i. l. Gallus. in. §. forſitan. ff. de lib. & poſthu. Secundò eſt etiam alia
d quæſtio [d] non minus difficilis: præſuppoſito q̃ per procuratorem non poſsit contrahi: nunquid ſaltẽ de facto contrahatur per procuratorem qui de facto tenuit baptizatũ. Io. and. in. d. regula poteſt. tenet q̃ ſic. q̃ re ipſa procurator interuenit: & licet non intenderet obligari tamẽ ſępe extra id quod agitur, naſcitur obligatio. vt in l. is qui. in fi. ff. cõmo. Contrariam opi. tenuit Fede. in. d. conſi. xv. & illam credo veriorem: quia vbi non eſt conſenſus alterius non naſcitur obligatio. vt in. l. in omnib⁹
5 & in. l. conſenſu. ff. de ac. & oblig. ¶ † Alia quęſtio quo-
e tidiana eſt: nunquid vniuerſitas [e] poſsit cõtrahere iſtam compaternitatẽ: nã ſæpe ciuitates conſtituunt ſyndicos ad hunc actũ. Fede. in. d. conſi. xv. conſuluit q̃ nõ: q̃ a qui non fuit baptizatus non põt aliũ tenere in baptiſmate: vt in. c. baptiſmate. de conſe. diſt. iiij. ſed vniuerſitas non habet animã: ergo nõ eſt capax huius cognationis ſpiritualis. pro hoc. c. romana. §. in vniuerſitatẽ. &. c. ſi ſententia. de ſenten. excõ. li. vj. Sed credo poſſe attentari vt iſti conſtituentes ſyndicũ efficiantur compatres: quia diſpoſitio concepta in vniuerſitatem reſoluitur vt concernat ſingulares perſonas de vniuerſitate, ſi actus non cadit in vniuerſitatẽ: vt res nõ careat effectu. Iſte eſt text. no. qui facit ad multa in. c. ſi ſentẽtia. prę alle. facit quod no. gl. ĩ d. §. in vniuerſitatẽ. facit. l. ſi ſtipulatioiſta. §. ſed ſi ſerui. ff. de verb. obli. &. c. nouerit. &. c. graue. de ſenten. excõ. vbi excõmunicantur ſinguli ſtatuentes cõtra libertatem eccleſiaſticam licet ſtatuant nomine vniuerſitatis. Federi. tamen tenuit oppoſitũ. Et no. has quæſtiones quas puto quotidianas & diſputabiles. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Filij duorum compatrum per quorum alterum ad cõpaternitatem deuentum eſt ſi matrimonium contrahunt ſeparantur.*
2 *Inter baptizatum & filios leuantis etiam ante genitos oritur ſpiritualis cognatio impediens & dirimens matrimonium.*
3 *Denuntiare impedimentum tenetur vnuſquiſque ſciens illud.*
4 *Denuntiator admittitur in impedimento matrimonij etiam poſt terminum præfixum.*
Denuntiator in impedimento matrimonij quilibet eſſe poteſt non criminoſus.

¶ CAP. VII.

1 IVanos. † Si filij duorũ cõpatrũ per quorũ alterum deuẽtum eſt ad compaternitatem matrimonium contrahant ſeparantur: & tempore contractus ſcientes impedimentum illud denuntiare tenẽtur. h. d. Et ſunt duę partes. In prima trimembris conſolatio. In ſecunda cuiq̃ reſponſio. ibi:

con.
ptiſmo
aliqua ac
in. c. nam co
piſcentiam. co.
in. §. de conſtitu.
¶ Procuratorem. Bar. Inno. Alexã. & cõiter legiſte. in l. Gall⁹. §. forſitã. ff. de lib. & poſth. tenẽt q̃ nõ poſsit cõtrahi. aliq̃ tenẽt cõtrariũ. ĩter quos eſt Bal. in. l. vnica. §. ne aũt. C. de ca. tol. cõſuetudo tñ approbat q̃ poſsit cõtrahi in magnis dñis. Areti. ĩ d. §. forſitã. p Phi. de Frã. ĩ. c. vnico. eo. rit. lib. vj.
SEBA. SAPI.
c ¶ Cõtrariã opin. Hanc opin. tenet Bald. in. l. vnica. §. ne autẽ. in vltima col. C. de caducis tollẽ. vide Ange. Are. in. §. illud. in ſtit. de nupti. & Bal. ponderãtem ad hoc illum text. in. l. ſi quis alienã. C. de nuptijs.
d ¶ Alia qõ. opin. Io. an. tenet. Imo. in. d. §. forſitã. contrariã opi. Fed. & Abbas tenẽt. Pau. & Ale. ĩ. d. §. forſitã. p regulã qd̃ potui nolui. qd̃ volui adimplere nequiui. l. multũ intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi bon⁹ eſt tex. & qd̃ no. ibi Bald. in. l. ſi abſentis. C. ſi cer. pe.
e ¶ Vniuerſitas. opi. Et eſt cõis ſecũdũ are. in. d. §. forſitã. in fin. p Imo. in. c. acc edens. ĩ. de p̃b.

ſuper quo. ¶ Caſus literalis. aliquis puta martinus habebat filium quo nato ſuſcœpit filiã petri de ſacro fonte, quęrebatur an filius iſte natus ante compaternitatẽ contractã inter martinũ & petrum poſsit accipere in vxorem filiã petri per quam cõpaternitas illa contracta fuit & ſi iam contraxerint debeant ſeparari: & an alij qui cõſcij ſint talis matrimonij debeãt illud accuſare? rñ. ꝙ huiuſmodi perſonæ matrimoniũ non poſſunt cõtrahere, & ſi contraxerint debent ſeparari, & qui contractũ ſciuerint debẽt illud eccleſiæ nũtiare. Ber: ¶ † Not. primò ꝙ inter baptizatum & filios leuantis etiã ante genitos contrahit cognatio ſpiritualis quę nõ ſolũ impedit matrimonium inter eos ſed etiã dirimit. ¶ † Not. ſecundò quẽlibet de populo teneri ad propalandũ & denuntiandum impedimentũ exiſtens inter contrahere volentes. nam quilibet tenetur quãtũ põt obuiare peccato futuro ne committatur. ij. q. j. c. ſi peccauerit. &. xxxiij. qõ. ij. per totũ. & in. c. dilecto. de ſentẽ. excõ. li. vj. ¶ † In gl. fi. ibi: *non repelluntur à denuntiatione.* Not. bene hanc glo. ꝙ excluſus ab accuſatione quia nõ comparuit tẽpore debito puta tempore edicti: admittit̃ per viam denuntiationis. & eſt hîc magna limitatio ad. c. fi. j. qui ma. accu. poſ. ſed gl. ibi tenet contrariũ. Hoſt. hîc ꝙ per denuntiationẽ per quam principaliter agitur ad pœnitẽtiam eſt iſte admittẽdus: qa ad talẽ denuntionẽ admittitur quilibet qui nõ eſt criminoſus: iuxta plenè not. in. c. nouit. de iudi. nõ tñ poterit ille pœnitere niſi relicta iſta cõiuge: & ſic indirectè ſequitur ſeparatio matrimonij: tñ huic intellectui multũ ob tex. in. d. c. fi. nã præſumptio eſt cõtra denuntiantẽ ex quo tacuit tempore quo edicta emanarunt, ſed ſi edicta non emanaſſent ſatis poſſet procedere dictũ huius gl. ad hoc qđ no. in. c. fi. de clan. deſpon. & ſic poſſent reduci ad concordiã iſtę duę gl. cõtrarię. & iſte tex. non ob. non enim dicit ꝙ conſcij tẽpore contractus & edicti debeant nunc admitti poſt tẽpus contractus. Abbas.

ZACHARI.

a ¶ Poſt publicationem atteſtationũ. Adde an hoc ſit indiſtinctè verum per Lanfran. de ori. in. c. qm̃ cõtra falſam. nu. ij. ver. q dam ſunt peremptorię. ſ. de prob.

✠ SEBA. SAPI.

a ¶ Atteſtationum. Vide Felin. in. c. paſtoralis. col. iij. ver. reſpectu verò fallentiarum. ſ. de exceptio.

b ¶ Matrimonium. Ange. conſil. xcij. in fi. Gof. & Ioan. and. vt refert Cy. in. l. fi. C. de interdi. ma. Ang. inſtit. de adopt. §. illud. Vincen. hercu. in diſputatione ſua inci. Peruſin9 quidam vbi late.

✠ SVMMARIVM.

1 *Inter baptizatum & filios baptizantis oritur cognatio ſpiritualis impediens & dirimens matrimonium. 6.*

2 *Sacerdos baptizãs licet hoc ex debito officij faciat: nihilominus efficitur pater ſpiritualis: & propterea oritur cognatio ſpũalis in omnib9 & per omnia prout ex perſona leuãtis. 6. Monachus etiam baptizans efficitur pater ſpiritualis.*

3 *Cognatio ſpũalis etiã oritur & extenditur ad filios illegitimos.*

4 *Matrimonialis cauſa agitari poteſt coram vicario epiſcopi.*

5 *Exceptio peremptoria probari poteſt etiam poſt publicationẽ atteſtationum.*

6 *Cognatio ſpiritualis ſolùm oritur ex ſacramento baptiſmatis & confirmationis.*

7 *Pœnitentia non cauſat cognationem ſpiritualem licet ille dicatur filius ſpiritualis ſacerdotis.*

8 *Laicus baptizans etiam efficitur pater ſpiritualis, & per hũc actum oritur cognat io ſpiritualis prout in alijs dictum eſt.*

¶ CAP. VIII.

1 EX literis. ¶ † Inter baptizatũ & filiũ baptizantis oritur cognatio ſpiritualis impediẽs & dirimẽs matrimoniũ inter eos contrahendum. Diuiditur in duas partes. In prima iudicum conſultatio. In ſecunda mandatum. ibi. *Mandamus.* ¶ Caſus literalis. Quædã mulier. M. nomine corã officiali cãtuarien. archiepo petijt quẽdã A noie in maritũ: dicens ſe affidatam ab ipſo & carnaliter cognitã. ad hoc probãdũ induxit teſtes, publicatis atteſtationibus per quas mulieris intentio probata erat dictus. A. excipiẽdo propoſuit ꝙ eam habere non poterat in vxorem eo ꝙ pater eiuſdem mulieris qui ſacerdos fuerat ipſum baptizauit: ſed non obſtante huiuſmodi exceptione tulit diffinitiuam ſententiã pro matrimonio contra ipſum. A. qui ad ſe. apo. appellauit. mãdat Pa. ꝙ ſi eſt ita eundẽ. A. Iudex ab impetitione mulieris abſoluat eidẽ ſuper hoc ſilentiũ imponẽdo. ¶ † No. j. ꝙ ſacerdos baptizans licet 2
hoc faciat ex debito officij: nihilominus efficitur pater ſpiritualis baptizati. & idem in monacho baptizante. vt no. glo. in. c. peruenit. xviij. q. ij. & in. c. omnes. xxx. q. j. & per hunc actum baptizãdi oriť hæc cognatio ſpũalis in omnibus & per oĩa ſicut oriť ex perſona leuantis ſeu tenentis in baptiſmo. vt in. c. j. j. eo. lib. vj. ¶ † Not. ex hoc 3
tex. ar. opti. & quaſi expreſſum ꝙ cognatio ſpiritualis extenditur etiã ad illegitimos filios. nam hic iſta mulier erat filia ſacerdotis qui baptizauerat iuuenẽ. & nihilominus inter iuuenẽ & eam fuit orta cognatio ſpũalis, q̃ poterat appellari fraternitas & ſororitas: erat enim ſoror & frater pũaliter. de quo vide ꝙ no. per glo. xxx. q. iij. in ſum. ¶ Et no. ꝙ hoc etiã extenditur ad ſpurios filios, vt hîc patet in filia ſacerdotis: licet tex. poſsit etiam intelligi de filia legitima vt nata ante clericatũ. Sed primum dictũ cõiter tenet. vt no. gl. in ſum. p̃dicta. & j. tit. proxi. c. j. & doc. ſ. eo. c. martinus. & tacitè ſentiunt hîc.
4 ¶ † No. ꝙ corã vicario epi põt agitari cauſa matrimonialis. qđ no. p limitatione. c. accedẽtib9. de exceſ. p̃la. &
5 eorũ q̃ no j. de conſan. & affi. c. j. ¶ † Vltimò. not. ꝙ exceptio peremptoria põt opponi & probari poſt publica-
a tionem atteſtationum. [a] concor. c. finem. litibus & .c. 1
c. prout. de do. & cõtu. qđ intellige vt plenè dixi ĩ .c. j. de
6 ordi. cogni. ¶ † In gl. j. ibi: *ſed hoc non inueniebatur prohibitum.* hodie verò eſt tex. ſatis clarus. in. c. j. eo. ti. li. vj. & fortè (vt dicunt doc.) dubitauit iſte vicarius. quia ſacerdos ex debito officij baptixauit: ſed non animo contrahendi iſtam cõpaternitatem ſeu cognationem ſpiritualem. Sed iſto non ob. contrariũ hîc deciditur: nã ex quò eum efficit xp̃ianum: effectus eſt pater illius ſpũalis, velit ergo nolit pater eſt: ſicut dicim9 in patre carnali, vbi conſideratur factum & nõ volũtas ſeu propoſitũ. facit.
7 c. dẽs. xxx. q. j. ¶ † Et in fi. glo. hodie probatur concluſio glo. in. c. fi. j. e. li. vj. vbi dicitur ꝙ hęc cognatio ſpiritualis ſolùm contrahitur in ſacramento baptiſmatis & confirmationis. vnde per pœnitentiam bene efficitur filius ſpiritualis ſacerdotis. ſed non oritur cognatio impediens
8 & dirimens matrimonium. ¶ † Et quæ prædicta ſunt de baptiſmate procedunt etiam in laico qui baptizaret in neceſsitate: quia iura loquuntur indiſtinctè in baptiſmate. Nam ſi laicus leuans ſeu tenens in baptiſmate cõtrahit iſtam cognationem ſpiritualem, fortius idem dicendum in laico baptizante. & idem dicit ſi mulier baptizaret tempore neceſsitatis. quia non eſt differentia inter maſculum & fœminam quò ad iſtam cognationẽ ſpiritualem. vt in. c. fi. j. eo. ti. lib. vj. & in. c. veniens. ſ. eo.

De cognatione legali. *Rubrica.*

¶ Viſo de cognatione ſpirituali, meritò ſubijcitur de cognatione legali. & vide ad materiã huius. tit. tex. cum glo. xxx. q. iij. c. j. & in. c. per adoptionem. Et dic ꝙ adoptio legalis eſt quędam propinquitas à lege inducta per quam efficitur quis fili9 vel nepos vel deinceps, ſeu frater vel affinis qui non eſt: naturam imitans. l. adoptiones. ff. de adop. Et qualiter contrahitur iſta adoptio. dic vt in glo. c. ſeq. Et no. ex rubro iuncto nigro ꝙ lex ciuilis quandoq; inducit impedimentum habile ad impediendum & dirimendum matrimonium. ſed puto hoc procedere non ex diſpoſitione iuris ciuilis: ſed ex ſpeciali approbatione eccleſiæ. vnde ius ciuile prohibet matrimonium inter pupillam & tutorem, & inter ſenatorem & ſubditam, ſeu rectorem prouinciæ ſeu prouincialem, nihilominus de iure ca-
b nonico tenet inter iſtos matrimonium. [b] quia ius canonicum ſpecificè illas leges non approbauit. ad hoc vide bo. glo. xxx. q. iij. in. c. j. per Hoſt. in. c. pe. & vltimo. de ſecundis nup.

Summarium

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Inter adoptatum & filium adoptantis adoptione durante non potest matrimonium subsistere. 56.*
2 *Cognatio seu propinquitas oritur ad adoptionẽ nedũ inter adoptãtẽ & adoptatũ, sed ẽt inter adoptatũ & filios adoptãtis Cognatio legalis non durat nisi durante adoptione.*
Cautela pro volẽte matrimoniũ cõtrahere adoptiõe nõ obstãte.
3 *Adoptio non iuridicè facta non causat legalem cognationem. Forma quãdo dat esse rei illa non seruata inualidat actum.*
4 *Clericus castrati & spadones an adoptari possint?*
AEtas. xviij. an hoc est plena pubertas requiritur ĩ adoptãte. Senibus indulgenda est potestas adoptãdi vt in solatium vitæ possint filios acquirere.
5 *Adoptata si non transit in potestatem adoptantis, an possit in vxorem duci per filium naturalem adoptantis?*
6 *Adoptio siue legalis cognatio, an impediat & dirimat matrimonium?*
7 *Illegitimus non potest matrimonium contrahere cum filia spirituali patris sui.*
Illegitimus non potest contrahere cũ filia adoptata patris sui.

¶ *CAP. I.*

1 SI qua. †Inter adoptatum & filiũ adoptantis non põt durante adoptiõe cõsistere matrimoniũ. & nõ diuiditur. ¶ Casus literalis. Pater meꝰ adoptauit sibi aliquã in filiã quę rebat an ego possum illã recipere in vxorẽ? Dicit Nic. ꝙ q̃diu durat adoptio inter me & illã
2 matrimoniũ cõsistere nõ põt. Ber. ¶ †No. j. ꝙ per adoptionẽ legitimè factã oritur propinquitas seu cognatio nedũ inter patrẽ adoptãtẽ & adoptatũ: sed etiam inter adoptatũ & filiũ adoptantis. hęc tñ cognatio respectu filiorũ nõ durat nisi durãte adoptione. si quis ergo vult filiũ suum naturalẽ tradere in verũ filiũ adoptiuũ reme diũ est vt emãcipet filiã adoptiuã. ita dicit text. in. c. per
3 adoptionẽ. xxx. q. iiij. ¶ †Sed hîc q̃ro de duobus. primò pone ꝙ circa solennitatẽ legalẽ aliquis corã vicinis seu honestis viris recipiat aliquem in filium. nũquid ex ista adoptiõe impediat matrimoniũ prout hîc dicit: & nun quid iste filiꝰ acquirat iura filij legitimi adoptati. Host. tenet hîc ꝙ non. q̃d bene notabis. qñ nõ seruata forma corruit ex toto iste actus. Forma enim dat esse rei, & cõ seruat eã inesse: vt ĩ. c. tua. s̃. de spõ. & c. qa ꝓpter. de ele. & ꝓ hoc tex. in. l. nõ nudis. & ĩ. l. nõ epistolis. C. de ꝓba.
a debet enim adoptio[a] fieri corã magistratu prout habet
4 in gl. j. & dic vt in ea. ¶ †Secũdò q̃ro nũquid presbyter possit legitimè adoptare? Host. sentit super rubri. ꝙ sic. nec ob. institu. de adopt. §. illud loquit in castris & spadonibus q naturaliter generare nõ possunt. vnde sicut nõ possunt habere filios naturales ita nec adoptiuos. qa ista cognatio legalis est inducta ad instar naturalis: vnde imitatur naturã inquãtũ potest. hinc est ꝙ nisi quis p̃cedat adoptatũ. xviij. annis. & sic in plena pubertate nõ valet
b adoptio. institu. de adoptio. in. §. minorẽ. sacerdos[b] verò de facto & naturaliter generare põt. ꝓ hoc allego bonũ tex. in. l. si pater. ff. de adoptio. vbi dicitur ꝙ per maximè senibus est indulgenda hæc potestas adoptandi: vt in solatium vitæ eorũ possint sibi acquirere filios quos natu
5 raliter de facili habere non possunt. ¶ †In glo. ibi: *alij dicunt*. primã partẽ tenuit Inno. sed opi. contrariã q̃ sequit tenẽt cõmuniter docto. & Spec. eo. tit. in prin. & satis placet mihi. Dic ergo ꝙ inter filios naturales adoptãtis & adoptatam non põt consistere matri. q̃q̃ adoptata non transiuerit in potestatẽ adoptantis: qa nihilominus
6 de familia est durante ista adoptione. ¶ †Et in fine glo. no. istã glo. quę videt sequi opi. Hugo. vt istud impedimentum cognationis legalis non solùm impediat matrimoniũ: sed etiã dirimat. & hanc opi. tenet Ioan. de lig. & satis mihi placet ꝓ istũ tex. cũ dicit ꝙ adoptione durãte nuptię non possunt inter istos consistere. q verba clarè innuũt ꝙ matrimoniũ de facto cõtractũ sit nullum. ad idem. c. per adoptionẽ. xxx. q. iij. & institu. de nup. §. & si qua. licet Spec. tenuerit primã opi. & videt ibi sequi Io. an. e. ti. in prin. Fundamẽtũ suum est: qa si matrimoniũ separaret separatio esset frustratoria. cùm facta dissolutione per emancipationẽ statim possit cõtrahere matri a
moniũ. Sed hęc imaginatio mihi non placet: qa satis est impedimentũ existere ante emancipationẽ. Itẽ satisfaciẽdum est iuri: vt in simili est bonus tex. cũ glo. in cle. j. de sup. neg. pręla. Itẽ satis est hoc impedimẽtum posse esse perpetuũ. qa idẽ iuris est de eo qd̃ est perpetuũ qd̃ de eo quod põt esse perpetuũ: vt. l. iurisperitos. ff. de excu. tut.
7 & no. glo. in cle. & si principalis. de rescrip. ¶ †Vltimò no. ex ista gl. ꝙ filiꝰ illegitimus nõ potest cõtrahere matrimoniũ cũ filia spirituali patris sui. dixi latius. s̃. ti. p̃ce. & idẽ sentiũt hîc doc. respectu filiæ adoptiuę: vt quẽadmodum filius legitimus non põt contrahere cũ sorore carnali legitima vel cũ alia consanguinea: vt in. c. tuas. de proba. ita nec cum filia adoptiua. Nico. Abbas.

De eo qui cognouit cõsanguineã uxoris suæ. Ru.

facere mētionē de affinitate. q̄stio fuit ardua
in romana curia, & credo q̄ adhuc pendeat.
& allegabat ista gl. quòd sufficiat facere men
tionē de affinitate: quia in cōsequentiā fit de
publica honestate. In contrariū facit glo. sup
arbore cōsanguinita. post prin. sed cōcordan
do dixit q̄ si pub. hon. necessariò cōprehēdit
sub affini. satis est de affinitate fecisse mētio-
nē. & sic ꝓcedit ista gl. exēplū si ī petro dispē sa
tionem vt liceat mihi ducere vxorē cōsangui
nei mei defuncti nō obstante affinitate in ter
tio gradu: nā ex quo feci mentionē q̄ fuerat
vxor consanguinei mei, cōsequenter feci mē
tionē de publi. honestate. & sic per cōsequē-
tiam videt sublata virtute dispensationis. Si
verò nō cōprehendit ex narratione verborū
vt puta impetraui dispensationē vt liceat mi
hi ducere titiā mulierē nō obstante quòd sit
mihi affinis in tertio gradu: nō valet dispen-
satio si vltra affinitatē erat publica honestas:

a ¶ Extensiōis. Bar. firmat in. l. oēs po puli. ff. de iu. & iur. ī. iij. q. vj. principa lis. facit. l. cui iuris dictio. ff. de iurisd. om. iu. & l. si ita sti pulatus fuero. ff. de ver. ob. l. distin guemus. §. de offi- cio. ff. de arbi. per Bal. & Sali. in. l. j. in pe. col. C. si re- ctor prouin.

✠ SEBA. SAPI.

a ¶ Extensionis. Vi de Bal. in. l. nō du biū. in quinto no. C. de legi. Signo. de homo. in cōsil. lvj. inc. qō talis est in prin. cū allega- tis per Deciū. in. c. nā cōcupiscētiā in prīo no. ī prima le ctu. vbi bon⁹ tex. s̄. de constitu.

Panormi. ſuper quarto.

De frigidis & maleficiatis & impotẽtia coeundi. Rub.

¶ Viſo de plurimis impedimentis matrimonij: quia frigiditas & maleficium & generaliter impotẽtia coeũdi ſunt impedimẽta matrimonij. ideo poſt rubricas precedentes ſubijcit iſta. nam aduerte. quia hęc rubrica habet tres partes tractat enim de frigidis. Item de maleficiatis. Itẽ de impotẽtia coeũdi. & ideo adiecit de impotẽtia: quia vltra frigiditatẽ & maleficiũ ſunt & alij modi impotẽtię: vt puta ſi vir eſt ſectus ſeu caret virilibus Itẽ potuit auctor addere iſtud tertiũ ad denotandũ q̃ ſufficit allegare impotẽtiã coeũdi: licet nõ ſpecificetur impotẽtia coeũdi. pro quo facit. c. ij. j. eo. & quia aliter diſponitur in frigido & aliter in maleficiato, & aliter in impotẽtia coeũdi. Ideo auctor in rubr. voluit oĩa iſta ſpecialiter attingere & de his omnibus etiam tractatur in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Maritus põt ſeparationẽ matrimonij petere etiã ex impedimẽto proprio.*
2 *Confeſſioni coniugũ ſuper impotentia coeundi non ſtatur, ſed requiritur alia probatio quòad ſeparationem.s.*
3 *Maritus dicitur caput vxoris.*
4 *Libellus quomodo formatur propter impotentiam mariti?*
5 *Separatio propter frigiditatem vel impotentiã coeundi. an ſtatim vel poſt aliquod tempus & ex quibus probationibus fiat?*
Impotentia coeundi ex quibus arguatur, & quomodo probatur ſeparatio propter impotentiam poſt longũ tempus petita?
Iudex potius debet admittere & audire probationes ſuperfluas defectiuas vbi agitur de periculo animæ.
6 *Triennalis cohabitatio an ſit indicenda propter impotentiam?*
7 *Potentia ſi appareat poſt ſeparationem an matrimoniũ ſit reintegrandũ, & quid iuris ſi ad alia vota ſit deuentum?*
Separatio facta per eccleſiam deceptã falſis probationibus an teneat?
Potentia coeundi ſi ſit cũ alia muliere & non cũ vxore quid agendũ ſit?

¶ CAP. I.

Ccœpiſti. ¶ Difficilis eſt in ſuo intellectu, & habet tria dicta: ſecundum ibi: *illa.* tertium ibi. *ſi autem.* & cõmuniter nõ ſummatur propter varietatem intellectuũ. ¶ Caſus lite. Aliquis accœpit aliquã in vxorẽ, & cũ ea pmãſit per mẽſem, vel p tres vel p annũ. poſtmodũ dicit q̃ eſt frigidę naturę: ita q̃ cũ illa vel alia rẽ habere nõ põt. & ſi hoc probari per verũ & rectũ iudiciũ põt: debet ſeparari: ita tamen q̃ ſi poſtea aliã accœpit reus erit piurij: & acta pœnitẽtia priora cõnubia reſtaurabuntur. Si verò ille prior poſt annum aut dimidium ad epiſcopum reclamauerit, dicens quòd eam non cognouit, ipſe autẽ contrarium affirmet: ei credendum eſt: cũ ſit caput mulieris: quia ſi proclamare voluit, cur tãtum tacuit cùm cito potuit ſcire ſi eam cognoſcere potuit? ſi verò ab initio poſt menſem aut duos ad epiſcopum proclamauerit dicens: volo eſſe mater ſed vir quem accœpi frigidæ naturæ eſt: ſi hoc probare poteſt per rectum iudicium ſeparentur, & mulier ſi voluerit nubat in domino. Ber. ¶ Not. primò quòd maritus [d] poteſt reclamare & petere ſeparationem etiam ex impedimento proueniente à ſe intereſt enim ſua vt ſeparentur ſi nõ eſt inter eos verum matrimonium, vt non teneatur ad onera matrimonij. ¶ † Secundò not. q̃ profeſſioni coniugum ſuper impotentia coeundi plenè non creditur: vnde requiritur alia probatio vt poſsit ſequi ſeparationis ſententia. ¶ † Tertiò not. quòd vir dicitur caput mulieris: pro hoc. c. cùm caput. xxxiij. q. v. ¶ † Vltimò not. formam & practicam libellandi ex parte mulieris cùm petit ſeparationem propter impotentiam mariti. ¶ † Oppo. contra text. primò de. c. laudabilem j. eod. vbi dicitur quòd ſi allegat frigiditas debent ſimul cohabitare per triennium, & poſtmodum iurare cum ſeptima manu propinquorum: ſed hîc nihil dicitur de triennio: ergo &c. Itẽ contra verba illa facit tex. in. c. fij. e. vbi mulier fuit audita poſt octo annos allegans impotentiam mariti. & hîc videt innui cõtrarium. ſed propter hoc & multa alia contraria quæ patitur iſte text. doct. maximè Inno. varia ſcripſerunt. ita vt potius intricet q̃ aperiatur intellectus huius .c. ſed vt clarius dicã capiendo meliora dicerẽ q̃ principium. c. debet intelligi q̃n ambo coniuges cõfitentur impedimẽtum: & poteſt probari impedimentũ per alia ſigna frigiditatis, & cum iuramento coniugũ & propin-

SEBA. SAPI.

a ¶ Reuocatus effectus. Vide multa alle. p Feli. in. c. fi. in. ij. & iij. col. ij. de cõſti. ex cuius verbis in ver. amplia quartò limitãt dicta Abbatis hìc vt nõ procedãt quãdo effectus actus ꝑteriti expectaret in futurũ. vt ibi p eum.

b ¶ Magiſtrorũ. Simile eſt qđ dicit de cõſuetudine. vt a ij. de cognatio. ſpi. c. j. quod intellige qñ approbatio fieret per papã. quia alterius approbatio nihil operatur c. ſup his. &. c. de infidelibus. ij. eo. ſecundũ Phi. hìc.

c ¶ Gradibus. ſecus de iure ciuili. de quo qualiter fiat cõputatio ponit inſti. de gradibus. p totũ p gl. in. l. ij. C. de ſucceſſorio edicto. ideo Card. flo. dicebat hic q̃ in matrimonijs ſtatur iur. cano. ſecus quantũ ad hęreditates. vt p gl. inſt. de. gradibus. §. vj. & facit tex. in rõne ſui. in. c. fi. j. de ſecun. nu. gl. in. l. j. C. e. Bal. in. l. meminimus. C. de legi. hęre. Paul. de ca. in d. l. ij. C. de ſucceſ. edi. Corneus cõſi. xlj. & lvij. & cõſi. ccj. in. j. vol. & qd ſi ſtatutũ faceret mentionẽ de gradibus quõ fit cõparatio, Pe. de anch. hic arguit q̃ & cõtra. & cõcludit q̃ ſecũdũ ius ciui. ſequit Io. an. i addi. Spe. in tit. de ſucc. ab inteſta. voluit Bal. in. d. l. ij.

d Maritus. quod ꝑcedit ẽt cõtra volũtatẽ vxoris, nec ꝑt mulier renũtiare tali impedimẽto. ſecũdũ Phi. hic qđ intellige qñ frigiditas erat à erinci. ſecus ſi ex poſtfacto ſo peruenit: quia nõ diſſoluit matrimon. xxxij. q. vij. c. hi q Quis aut debeat probare prioritatẽ vel poſterioritatẽ gl. eſt no. xxxiij. q. j. c. qañt. quę voluit q̃ fauore matrimo ex quo de ea nõ fuit facta mẽtio expreſſè vel tacitè arg. in. c. ex tuarũ. de autho. & vſu pal. nã affinitas põt cõtrahi ſine mrimonio. vt in c. diſcretionẽ .ſ. tit. ꝑxi. & hoc caſu ꝑcedat gl. ſup arbore. ¶ † In glo. in. ver. *ſecundis nup.* 13 ibi. *in ſponſa de futuro.* idẽ dic & fortiꝰ in ſpõſa de pñti. nã maior honeſtas exigit vt ducã eã in vxorẽ q̃ fuit ſpõſa de pñti cõſanguinei mei q̃ q̃ abſtineã ab ea q̃ fuit ſpõſa cõſanguinei mei de futuro. & hoc voluit gl. in fi. & ſic tenẽt doct. in. c. ſpõſam. & ibi dixi. ſ. de ſpõ. 14 ¶ † In gl. in ver. *de cætero.* ibi. *nõ trahũtur ad præterita.* no gl. q̃a põt ſeruire in alijs terminis: ex hoc em̃ gl. poteſt inferriq̃ ſi reuocatur ſtatutũ nõ cenſet reuocatus effectus [a] iã cauſatus per ſtatutũ, nec vr̃ approbatus act9 geſt9 cõtra antiquũ ſtatutũ. & ideo excõicatus ex antiqua lege indiget abſolutione: etiã poſt legem reuocatã. dic hoc ꝑcedere niſi in reuotione dicat q̃ antiqua lex debeat haberi pro infecta: tũc em̃ oĩs effectus antiquę legis eſt ſublatus ita vt excõicatus nõ indigeat abſolutione. vt eſt gl. in cle. j. de ſta. re. & in cle. vni. de immu. eccle. & tene mẽti iſtas duas glo. ſic intellectas. & in fi. gl. hęc vltima opi. cõiter tenet, & mihi ſatis placet fauore matrimonij.

SVMMARIVM.

Diſtans à ſtipite quarto gradu vel citeriori põt cõtrahere cũ diſtante quinto vel vlteriori.
Regula magiſtrorũ approbata debet etiam à iure approbari.
Graduũ computatio etiã in linea inæquali qũo fiat?
Aſcendentium perſonæ quot ſunt tot gradus faciunt dempto ſtipite.

¶ CAP. IX.

Virqui. † Diſtans à ſtipite quarto gradu vel citeriori cũ diſtãte quinto vel vlteriori cõtrahere poteſt. h. d. cũ glo. ¶ Caſus litera lis. Duo vol ũt cõtrahere matrimonium. diſtat vir à ſtipite quarto gradu. mulier verò ex alio latere diſtat ab eodem ſtipite quinto quęritur an poſſint cõtrahere matrimoniũ? & rñ. q̃ ſic ſecundũ regulã illã qua dicit quo gradu remotior perſona diſtat à ſtipite & à quolibet deſcendẽtiũ per aliã lineã ab eodẽ ſtipite.. Ber. ¶ † No. j. q̃ regula magiſtrorũ [b] approbata à iure debet ꝑ iure ſeruari. ¶ † Se cũdò nota regulã infallibilẽ in cõputãdis gradib9 [c] ſec9 i linea trãſuerſali ſeu collaterali. vt quoto gradu diſtat remotior &c. vt in litera & ꝑcedit hęc regula in linea trãſuerſali etiã inęquali. exemplũ in patruo & nepote. ſunt enim iſti in linea inequali quia nepos deſcendit per vnum gradũ. vnde vbi linea non eſt æqualis ſemper fit computatio à remotiori. ſi verò ſunt in linea æquali exemplum in filijs duorum fratrum nõ eſt vis vnde fiat cõputatio ſed quoto gradu diſtat alter à ſtipite toto gradu ſibi attinet, & iſtę ſunt duæ regulæ in conputandis gradibus ſiue ęquandis inter collaterales. Sed ſecũda aſcẽdentiũ regula eſt q̃ quot ſunt perſonæ tot ſunt gradus dẽpto ſtipite & ideo demit ſtipes: qa filius eſt ex ſanguine patris: vnde nõ fit deſcenſus per duos gradus, ſed tantũ per vnum. de quo plenius in arbore conſanguinitatis.

& propinquorum.ſ.vt coniuges iurẽt de veritate conſanguinei & de credulitate.i.ꝙ credãt illos verum iurare.his concurrẽtibus põt matrimoniũ ſeparari incõtinenti non expectato lapſu triẽnij.Illud verò triẽniũ requiriť vbi prius per alia ſigna vrgentia probari nõ põt. & hoc innuit tex.i.d.c.laudabilẽ.ibi. *ſi frigiditas nõ prius probari poſſit &c.* & ſic intelligo illa verba poſita in tex. ibi. *per verum iudicium &c.* nam tria ſunt arg.ad probationẽ impotentiæ.primũ aſpectus corporis.vt in.c.fraternitatis.j.eo.nam ſicut mulier põt inſpici:ita & maſculus.ſecundũ arg.eſt cohabitatio triẽnalis iuxta formam d.c.laudabilem.tertium eſt iuramentũ propriũ cum ſeptima manu propinquorũ modo prędicto.vt.j.eo.c.laudabilẽ.vt ergo iſte tex.cõcordet cũ.d.c.laudabilẽ. debemus appellare hîc verum iudicium qñ vltra iuramenta offerť probatio per ſigna impotẽtiæ.licet glo.videatur tantũ intelligere de iuramẽto,ſed certè hæc nõ eſt ſufficiens probatio vt incontinẽti debeãt ſeparari.vt apertè probať.in.d.c.laudabilẽ.verba illa debent intelligi quãdo mulier cõfitetur impedimẽtũ:& vir negat,nec mulier proclamauit in exordio matrimonij. tunc enim qa concurrũt duæ pręſumptiones cõtra mulierẽ.prima qa tardè proclamauit.ſecunda quiavir dicit ſe eã cognouiſſe,non debet mulier audiri.intelligo quando veraciter non põt probare intentionẽ ſuã licet aliqua ſigna inducat tunc enim debet excludi.ſ.vt nõ audiať petens ſeparationẽ de pręſenti.ſed poſt cohabitationẽ triennalẽ audietur ſi probat per aliqua ſigna:puta quia adhuc reperitur virgo,& offert iuramentũ proprium cũ ſeptima manu propinquorũ.ar.in.c.laudabilẽ.j.eo.poſſet etiã intelligi iſtever.quãdo mulier erat corrupta.nam tunc de facili nõ põt probari impedimentũ mariti.ver. *ſi autem,* loquitur quando mulier in nouitate proclamauit .& ꝑ aliqua ſigna põt probari impotẽtia mariti.tũc eñ debet audiri incontinẽti prout dictum fuit in prin.vñ diſcretus debet eſſe iudex,& ſemper potius exigere probationes ſuperfluas q̃ deffectiuas cũ agať in ſeparatione de periculo animarũ.vt dicit Inn. & bene:vnde qñꝙ exigat duo ex illis tribus prædictis argumentis: qñꝙ oĩa tria: quãdoꝙ ſufficit & vnica probatio,vt ſi eſt neceſſariò
6 concludens. ¶ †Exemplũ ſi ex toto virilia ſunt amputa
a ta marito:nã tunc fruſtra requireret alia probatio. [a] & iſte tex.loquitur in impedimẽto frigiditatis:nã cũ impedimẽto maleficij ſemp ad minus debẽt cohabitare priꝰ per trienniũ:quia cũ illud impedimẽtum nõ ſit naturale ſed accidẽtale põt tpe remoueri:vt probať in.c.fi.j.eo. & ſic intelligo iſtũ tex.licet multa & varia hîc ſcribanť. ¶ In gl.j.vult ergo gl.ꝙ iuſtum iudiciũ appelleť hîc iuramẽtũ cõiugũ cũ ſeptima manu ꝑpinquorũ:ſed mihi nõ placet hæc expoſitio:vñ dicerem quòd aut cõiuges volũt incõtinenti ſeparari nõ expectato triennio:& oportet quòd impedimẽtũ probeť ꝑ iuſtũ iudiciũ.i.per aſpectũ corporis vt ſaltẽ appareãt aliqua euidẽtia ſigna impotẽtiæ.& tũc cũ iuramẽto proprio & propinquorum põt fieri ſeparatio:quod ſentit tacitè hîc Abb.& hîc adduco.c.laudabilẽ.j.eo.ſecũdùm intellectũ quẽ ibi teneo vt rectũ iudiciũ ponať pro remedio ſeparato à iuramento cõiugũ & propinquorũ,& dic vt dicã.in.d.c. laudabi
7 lẽ. ¶ †In gl.iij.ibi: *ſed non credo quòd hoc obſtet.* intellige hãc gl.ꝙ primũ matrimonium debet reſtaurari quo ad vinculũ ex quo nũc apparet de potẽtia viri:ſed reſpectu tori ſeu mutui ſeruitij ſerua diſtinctionẽ ꝓcedentẽ,vt ſi ſolus maritus fuit in dolo poſsit vxor petere ſeparationẽ quo ad torũ propter adulteriũ cõmiſſum cũ illa alia. Si verò nõ fuit in dolo,vel vterꝙ cõmiſit dolũ tũc matrimoniũ reprobať quo ad oĩa.pro hoc.c.fraternitatis.j. eo.&.c.pe.& vl.de adul.& ſic diſtĩguo no.hîc ꝑ Io.an.& cõtra hãc ſeparationẽ primi matrimonij venit cõtrariũ qd ſequiť in gl.de.c.ſi per ſortiarias.vbi diciť ꝙ ſi matrimoniũ fuit ſeparatum propter maleficium viri:licet vir poſtea ducat aliquã & cognoſcat:non per hoc ſeparabiť primũ matrimoniũ.cuius cõtrariũ hîc diciť & in.c.laudabilẽ.j.e.So.gl.dicit aliud in ſeparatiõe propter frigiditatẽ,& aliud propter maleficiũ:& nõ reddit rationẽ diuerſitatis.vñ aliqui dicere voluerũt ꝙ illud.c.in hoc ſit correctũ ſed tu tene gl.& dic hãc eſſe rõnẽ diuerſitatis. nã frigiditas eſt impedimẽtũ naturale nõ reſtrictum ad
a certã pſonã.vñ ſi vir poſtea cognouerit aliã,apparet eccleſiã fuiſſe deceptã,cùm eodẽ mõ potuiſſet cognoſcere primã.ſed maleficiũ quod fit inſtigãte diabolo reſtringitur ſępe ad certã pſonã vt oẽs poſsint cognoſcere ꝑter vxorem.ideo ſi diuortium ducat aliã & cognoſcat nõ per hoc apparet eccleſiã fuiſſe deceptã.iõ nõ debet ſeparari ſecũdũ & reſtaurari primum.& ita ꝓpriè loquitur illud.c.ſi per ſortiarias.pro hoc.c.fi.j.eod.& ſic intelligo iſtum text.qui ſolet difficilis reputari.quia videť deuiare à deciſionibus alijs.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Impotens ad copulam eſt impotens ad matrimoniũ cõtrahendũ ſiue impedimentũ ætatis ſit ſiue naturæ.*
2 *Puer non præſumitur qui generare poteſt.*
Puer dicitur vſque ad .xiiij.annos.
3 *Impotentiã allegare ſufficit,etiã ſi qualitas non ſpecificetur.*
4 *Impotentia tẽporalis & perpetua an idẽ operentur?*
5 *Senex quomodo poſsit matrimoniũ contrahere?*
Spado carens vno teſticulo contrahere poteſt : ſecus eſt ſi cãret ambobus.
Semen qui non poteſt emittere:licet habeat virgã erectã contrahere non poteſt.

¶ *CAP. II.*

1 QVod ſedem. †Impotẽs ad copulã eſt impotẽs
2 ad matrimoniũ cõtrahẽdũ,ſiue ſit impedimentũ ætatis ſiue naturę. ¶ †Not.j.ꝙ nõ ꝑſumiť puer qui generare poſsit:& dicit puer vſqꝙ ad.xiiij.an.de quo dic:vt in.c.puberes.&.c.
3 ij.de deſponſa.impu. ¶ †Secundò no.ar.ꝙ ſufficit allegare viri impotẽtiã abſqꝙ eo ꝙ ſpecificeť qualitas impo-
4 tẽtiæ. ¶ †Itẽ no.ꝙ idẽ operať impotentia tẽporalis quo ad tps quod perpetua in perpetuum.vt patet in parifica
5 tiõe q̃ hîc fit inter puerum & impotẽtẽ. ¶ †In gl .fi.ibi: *humanitatis ſolatium &c.* expone iſta verba:ꝓut no.in.c. nuptiarum.ꝑalleg.in gl.in verbo. *in quibuſdam.* ſenex eñ ideo cõtrahit:ꝙa habet habitum qñꝙ reducibilẽ ad exercitiũ:ſed tex.debet intelligi de oĩno impotente:ideo di-
b cunt hîc doct.ꝙ ſpado [b] carens vtroꝙ teſticulo non põt
c cõtrahere matrimonium:[c]ſecus autẽ ſi careat vno teſticulo tãtùm:& ſic poteſt intelligi.l.ſi ſerua.ĩ.§.ſi ſpadoni. ff.de iure dot.& vide gl.in.c.hi qui.xxxij.q.vij.quę tractat quid de eo q̃ habet virgã erectam ſed nõ põt emittere ſemen propter impedimẽtum naturale vel accidentale:& tenuit ibi gl.ꝙ talis poteſt matrimonium contrahere cùm poſsit mulierem prouocare.ſed communiter tenetur contrarium.& hoc puto verius:quia ex quo nõ poteſt generare poteſt vxor dicere:ego volo eſſe mater &c.vt.c.proxi.in fi.& de hoc aliquid.j.eo.c.cõſultationi.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Impedimentum naturale ad coitũ irreparabile arte medicorũ matrimonium impedit.4.*
2 *Impotentia coitus non omnis matrimoniũ impedit,niſi ſit talis quòd arte medicorũ reparari non poſsit:& intellige de reparatione quæ ſine periculo corporis fieri poſsit.*
3 *Impedimentum ſuperueniens poſt matrimonium contractũ licet nondũ conſummatũ non ſoluit matrimonium.*
Matrimonium de præſenti etiam non conſummatum non ſoluitur niſi per ingreſſum religionis.
Papa an poſsit ſoluere matrimoniũ nondũ conſummatũ pro-

niñ ꝑſumať poſterioritas.ſequiť Hoſti.ĩ ſumma de frigi.contrariũ tenet Panor.in.c. fraternitatis.in.iñ.colũ. j.eod.

ZACHARI. Exquiriť probatio.Nõ eñ debet iudex admittere aliquẽ ad probandum qd probatũ nõ releuat.vt plenè per Ant.coſe. ſing.ſuo.cxlviñ.in ver.iudex qd inci. iudex non debet admittere aliquẽ.

b ¶ Spado. Adintellectũ.d.§. ſi ſpadoni.aduerte ꝙ tale nomẽ eſt nomẽ generis. vt.l. ſpadonẽ.ff.de ver.ſigni.& ideo dicit illa litera in.d.§. ſi ſpadoni. aut ſpado eſt caſtratus qa fuerũt inciſi teſticuli. iuxta.l.ſi ſeruũ.§.& ſi puerũ.ff. ad.l.aquil. & tunc nõ põt eſſe matrimoniũ.ex quo inferťꝙ talis nõ põt adoptare. vt eſt caſus in.l.ñ.ff.de adopti.per ea quæ ponit Bar.ĩ.l.ſi is qui pro empto.ff.de vſuc.aut ſpado nõ eſt caſtratus.& tũc eſt matrimoniũ.vt per Soc.in.l.j.ff.ſolu.matr.in.iiñ.col. vide Ro.ĩ cõſ.cxx iñ.incip. bononię dum eram.

ZACHARI. ¶ Adde ꝙ mẽdoſè alleg. hoc ſing. debuit enim allegare ſing.nu.634. fo.xxñ.& ſecũdũ veriorẽ. nu.ſingu. 636.

✣ SEBASAPI.

c ¶ Matrimonium. Vide ad hęc q̃ ſcribit eleganter do. Bar.Soci.in.l.j.coiñ.cũ ſe.ff.ſol.mat.

pter superuenientem impotentiam coeundi.
Impedimentum accidentale idem operatur quod naturale.

¶ *CAP. III.*

EX literis. †Naturale impedimẽtum ad coitum irreparabile arte medicorum matrimoniũ impedit.primò consultatio.secundò rñsio. ibi:*respondemus*. ¶ Casus literalis. Quidam contraxit cum quadã quę cùm debitũ reddere nõ posset:licet vterq; legitimę fuisset ætatis:mulier cõtraxit tam grauem infirmitatẽ vt omnino inutilis sit facta viro quòd nullo modo eam cognoscere potest: quæritur an debeãt separari? Respõdet pa.si vitium illud à natura contraxit mulier:nec ope medicorũ potest ei subueniri,vir potest aliã ducere in vxorẽ.Bernar. ¶ †Nota quòd ad dirimẽdum matrimonium nõ sufficit quodlibet impedimẽtũ ad coitũ.nisi sit tale quod arte medicorũ curari nõ possit.& intellige q̃ possit fieri reparatio absq; periculo corporis.vt exponit texj̃.eo.c.fraternitatis. ¶ †In gl.prima in fi.vult ergo gl.relata ad text.quòd impedimentũ accidẽs post matrimonium contractum licet nondum cõsummatum nõ tribuit facultatem separandi matrimonium:quod no.nã matrimonium cõtractũ per verba de p̃senti qđ semel tenuit nõ reperit posse separari nisi p̃ religiõis ingressum:vt in.c.ex parte.&.c. ex publico.de cõuer.cõiug.credo tamen quòd sit sufficiens causa vt papa[a] possit illud separare si multũ timeat de incontinẽtia sani:ad hoc quod no.in.d.c.ex publico. ¶ †In gl.in ver. *à natura*. aduerte.licet tex.loquatur de impedimento à natura cõtracto.Idẽ dic si impedimẽtũ fuit accidentale[b] dũmodo præcesserit matrimoniũ.pro hoc.c.præce.&.c.sequen.in quibus solùm ponderat impotẽtia coeũdi:& hoc sentiũt doctj̃.eo. c.pxi.vbi dicã.

a ¶ Papa. Sequitur Ant.de bu.in.c.pxi.in fi.& Phi.hic nã talis impotẽtia facit mulierẽ adhiberi.l. q̃rit.§.mulierem.ff. de ædi. edict.

b ¶ Accidẽtale.si verò mulier erit effecta arcta propter semẽ viri impotẽs ad coeundũ non põt matrimoniũ amplius dissolui. xxxij.q.j.secũdũ Ant.de but.hîc & in.c.j.&.ñ.s.de cõiugio lepro.& per Car.Alex.referentem Host.ita tenere de quadã mulierẽ q̃ propter medicamẽta erat effecta incognoscibilis.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens scienter matrimonium cũ impotente ad copulã ab ea non separatur.*
2 *Matrimoniũ verum esse non potest cũ omnino impotente ad coitum,nam desinit causa institutionis matrimonij.*
Matrimoniũ institutum est propter spem sobolis, & vt euitetur fornicatio.
Matrimoniũ secundo loco contractũ per potentẽ cũ potente tenet non obstante quòd prius scienter cũ impotente contraxerit.Pubes qui cũ impubere contraxit si postmodũ cũ pubere contrahit tenet secundũ matrimoniũ:licet teneretur expectare donec perueniret ad ætatem legitimam.
Maritus qui scienter contraxit cũ impotente ad coitum quãuis cum alia contrahat tenetur necessaria subministrare illi impotenti mulieri.
Mulier arcta vel aliâs impotens ãpta non est ad contrahendũ.
3 *Matrimonium scienter contrahens cũ impotente tenetur cũ ea castè morari tanquã cũ sorore.*
Apostolorum vxores castè vt sorores cũ eis viuebant.
Coniuges etiã sorores appellantur vbi carnale cõmercium non exercetur.
4 *Iudicandum an sit secundũ Roma.eccle.vel curiam.*

¶ *CAP. IIII.*

CONsultationi. †Contrahens scienter cũ impotenti ad copulã ab ea non separat.h.d. priò cõsultatio.secũdò rñsio .ibi. *taliter*. ¶ Casus lr̃alis.Aliquæ mulieres ita sunt clausæ & impotentes q̃ viris carnaliter cõmiscri non p̃nt.Quærit an p̃nt cõtrahere matrimoniũ:& si contraxerint an debeãt separari?rñ.pa.nõ videt credibile q̃ aliquis cũ talib⁹ cõtrahat matrimoniũ,tñ romana eccleſia cõsueuit in talibus iudicare vt si non p̃nt eas habere vt vxores,habeãt vt sorores.Ber. ¶ †Not.j.q̃ cũ omnino impotẽti ad copulã non põt cõsistere verum matrimonium:nã desinit causa institutionis matrimonij:nã nec propter spẽ sobolis nec vt euitet fornicatio hoc matrimonium põt dici cõtrahi.& ideo dicũt doc.hîc & bene quòd si potens qui prius scienter contraxit cum impotente contrahit cum alia tenet mr̃imonium cum secunda, nonobstante q̃ esset obligatus cum prima ad morãdum tanq̃ cum sorore:vide instantiã in eo qui cõtraxit cum minore.nã licet sit obligatus ad expectandũ donec peruenerit ad maiorẽ ætatẽ. vt in.c.de illis.s̃.de despon.impube.tñ si matrimoniũ cum alia contraxit tenet matrimonium.vt not .in.d.c.de illis.facit.c.sicut.de spõ. dicunt tñ Inn.& Host.q̃ teneat iste semper alere illã impotentẽ cum qua scienter cõtraxit matrimonium:qđ bene no.plus etiam dicunt q̃ si timeret de fornicatione potentis poterit ecclesia sibi subuenire dando sibi licentiam cũ alia cõtrahẽdi,ex quo cum prima nõ est verum matrimonium:remanebit tñ obligatus ad reddẽdum necessaria primæ.Sed q̃ro de qua impotentia verificat iste tex. q̃dã volunt intelligere qñ mulier est multum arcta: sed doc.cõiter intelligunt in quacunq; impotẽtia:etiam si accidẽtaliter proueniret impedimentũ ante cõtractũ matrimonium.pro hoc facit quod dicit.s̃.c.pxi.& hoc placet:quia eadem est ratio in quolibet impedimento. ¶ Vltimò quęro quid intẽdit litera dum dicit q̃ si talis scienter contrahit cum impotente habebit illã vt sororẽ.Io.an.dicit q̃ secũ debet castè viuere sicut cũ sorore nã sicut veri cõiuges p̃nt promittere cõtinentiam simul morãdo.xxxiij.q.v.c.quod deo.ita &isti potuerũt simul morari in continentia.Et pro hoc adduco tex.in.c.oĩno xxxj.di.vbi paulus de vxoribus apostolorum dixit:nunquid nõ habemus potestatẽ circunducẽdi mulieres sorores &c.vnde coniuges appellantur sorores in quibus nõ exerceat carnale cõmercium:sic puto q̃ capiatur ver. *sorores*. ¶ †In gl.fi.ibi. *sic præcepit iudicandũ*. hoc non procedit in sentẽtia lata ordine iudiciario seruato,quia tenent alij iudicare secũdùm quod papa iudicauit: licet nõ p̃cipiat sic iudicãdũ.vt in.c.in causis.allẽ.in gl.ed intellige gl.nõ ĩ sn̄ia sed ĩ cõsuetudine cur.ro.& sic sentit in fi.nã talis cõsue.necessariò nõ est ab alijs seruãda:nisi papa p̃cipiat.de quo vide gl.in.c.vnico .de sũ. tri.in ver. docuit.lib.vj.vnde Lau.exponit hîc tex. *iudicare*. idest tenere:vt sit sensus q̃ cõsueuit Ro.ecc.tenere vt habeat vt soror:nõ aũt ecc.ro.p̃cepit vt sic fiat.& ex hoc posset inferri q̃ vbi est cõtraria cõsuetudo illa seruãda est & nõ dispositio huius.c.qa(vt prędixi) inter istos nõ est matrimonium.& ita intellige istam glo.&c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimoniũ separatur statim si constat de impotentia coeundi alias cohabitabũt simul per trienniũ,& si probabitur quòd operã dederunt carnali copulæ & non potuerunt coniugi statim separantur.2.*
2 *Triennalis cohabitatio non est necessaria:vbi statim probari potest impedimentum.*
3 *Iuramentũ præstatur tactis sacrosanctis scripturis: & si non tangãtur non valet.*
Tractura si datur pro forma in aliquo actu si non interueniat actus vitiatur.
4 *Cõiuges nõ tenẽtur iurare super aliquo impedimẽto,sufficit enim quòd generaliter dicant nõ potuisse matrimoniũ consumare.*
Confessione coniugũ an bene probetur impedimentũ?

¶ *CAP. V.*

LAudabilem. †Si de impotẽtia coeundi cõstat statim matrimonium separat:alĩs cohabitabunt coniuges per triennium:& si cum septima manu propinquorũ iurant q̃ dederunt operam carnali copulæ & nõ potuerunt cõiungi statim separãtur.ita cõmuniter summatur:sed ego aliter intelligo vt dicã infrà:& diuidit in duas partes.prima loquit quando vnus cõiugum dicit matrimoniũ cõsummatum & alter

alter diffitetur.ſecunda ibi.*ſi autem*.quando vterq; fateť matrimonium non eſſe conſummatum.Et prima pars ſubdiuidiť.nam prima loquitur qñ ſimul eſſe nõ cõſentiũt. Secunda qñ conſentiunt. ibi. *quod ſi*. ¶ Caſus literalis.Quidã contraxit matrimoniũ cum quadam,tandẽ diciť cẽ frigidę naturæ.Quæritur hîc quãtũ tẽpus dandũ ſit illi ad experientiã copulæ cõiugalis?Papa rñ.ꝙ ab eo tẽpore quo celebrať coniugiũ & incipiunt ſimul cohabitent ꝑ triẽnium dando operã carnali copulę ſi ante trienniũ probari nõ poſſit frigiditas,quo elapſo ſi poſtea ſimul cohabitare noluerit:ſi mulier per iuſtũ iudicium probare potuerit ꝙ cũ eo coire nõ poſſit alium accipiat:& ſi ille aliã accœperit ſeparenť:ſi verò cõſentiunt ſimul eſſe,habeat eãvt ſororem.Si aũt cõfiteanť ꝙ nunq̃ ſe inuicẽ cognouerint.vij.manu propinquorũ vel vicinorũ bonæ famæ ſi ꝑpinq̃ deficiant iureiurando dicat vterq; ꝙ nunq̃ vna caro effecti ſunt:& tũc mulier poterit alium accipere:& ſi ille aliam accœperit de periurio notenť & acta pœnitẽtia coganť ad priora connubia redire.Ber.¶ †Not.j.ibi. *ſi frigiditas prius probari non poſſit*. bonũ:& no.tex.ꝙ vbi ĩpedimentũ põt in prin.probari nõ eſt op9 ꝙ cohabitẽt ꝑ triẽnium vel ꝙ induc̃at conſanguineos ad iurandũ vt puta ſi probatur ꝙ vir habet membrũ aridũ vel ꝙ ex toto ſit ſectus,vel qd ſimile:nã fruſtra expectať euẽtus cuius nullus induceret effectus:[a]vt in.c.cũ cõtingat.s̃.de off.dele.quod intellige in impedimento propter maleficiũ:quia cũ ſit accidentale & poſſit remoueri ad tempus debet prius ſemper cohabitare per triẽnium iuxta formã.c.fij.eod.¶ †Not.ij.caſum in quo iurať tactis ſacroſanctis ſcripturis ſeu euangelijs:& ſic requiriť tactura euãgeliorũ: nõ eñ eſſet iuri ſatiſfactum ſi iurareť ſine tactura.de quo vide gl. ſing.in.c.vt circa.de elect.lib.vj.in ver.*corporali*. vbi dicit ꝙ quando pro forma diſpoſitio exigit tacturã non valet actus,niſi iuramentũ fuerit corporaliter preſtitũ. [b]& tenebis ſemper menti illã gl.& vide ad materiã gl.valde no.in cle.j.de hęreti.in ver. *tacta*. q̃ vide & no. ¶ †Itẽ not.ꝙ cõiuges nõ habẽt iurare ſpecificè ſup aliquo ĩpedimẽto,ſed ſufficit ꝙ generaliter dicãt ꝙ nunq̃ potuerũt cõſummare matrimoniũ. ¶ †Op.cõtra tex.de cõtrarietate.nã.in prima parte requiriť cohabitatio triẽnij:in ſecũda parte videtur innui oppoſitũ.Sol.Inn.intelligit primã partẽ qñ alter cõfiteť impedimentũ & alter negat.ſecundã partẽ inielligit qñ vterq; confitetur.hoc enim caſu põt ſtatim ſeparari matrimonium ad iuramẽtum coniugũ & propinquorum.& licet iſte intellectus videatur communis prẽter Hoſt.qui impropriat literam in ſuo intellectu mihi tamẽ nõ placet.qa iſtud cohabitare per trienniũ dať ad experientiam copulę cõiugalis,vt eſt qñ frigiditas prius verè probari nõ põt:vt patet in tex.ſed hęc ratio fortius vendicat ſibi locũ qñ vterq; confiteť frigiditatẽ ſine alia probatione quã qñ vnus aſſerit & alius negat.nam ſæpe dubitať vtrùm frigiditas ſit naturalis & perpetua an accidentalis & temporalis.& ideo ex quo verè probari non poteſt voluit tex.vt debeat expectari per triennium,vt appareat ex curſu tẽporis an ſit perpetua vel temporalis.Item tex. in principio dat indiſtinctè trienniũ vbi prius frigiditas probari nõ poteſt.ſed per cõfeſsionẽ cõiugũ nõ habetur vera probatio:vt in.c.ſuper eo.de eo q cogno.cõſanguineã vxo.ſuæ.nec iuramentũ ꝑpinquorũ ſufficit :qa illi iurant de crudelitate.vt in glo.Itẽ non ſine miſterio.litera in principio fecit mẽtionẽ de iuſto iudicio : & in ſecũda parte de iuramento cõiugũ & propinquorũ.& ideo intellige ꝙ aut põt impedimentum veraciter probari.& tunc non eſt opus cohabitatione triennij & iuramento propinquorum :vt in prin.literæ.à cõtrario aũt non põt ꝑbari verè:& tũc ſi vnus cõfiteť & alter negat non debet ſeparari matrimoniũ,niſi is qui ſtat contra matrimonium probet impedimentum per iuſtũ iudiciũ: & intelligo hoc caſu iuſtum iudicium qñ cohabitauerũt per triẽniũ,& poſtmodũ probat per aliqua ſigna.puta qa probat ſe virginẽ.facit ad hoc quod no.gl.xxxiij.q.j.c.j.ſi tñ haberet ſigna magis euidẽtia,poſſet illo tunc ſeparari matrimonium cum iuramento proprio & propinquorum:vt in.c.j.in vl.rñ.s̃.eo.Si verò cõfiteť vterq; ſed aliter nõ ꝑbarẽt, debẽt ſimul cohabitare ꝑ trienniũ & poſtmodũ iurare cũ ſeptima manu ꝑpinquorũ:& ſic ĩtelligo.§. *ſi autẽ*. vñ qd diciť hîc de triẽnio cõcernit totã literã ſequẽtẽ.ſcdm quod ego ĩtelligo.& iſte intellectus applaudet literæ & eſt multum tutus.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Arcta ſi eſt mulier & nõ appareat quòd abſque periculo corporali habilis reddi non poſsit,ſeparatur matrimonium.*
2 *Matrimoniũ ſeparatum propter impedimentũ re integratur ſi poſtea apparet eccleſiam fuiſſe deceptam.13.*
Impedimentũ etiã poſt multos allegari poteſt.
Matrimoniũ nullũ tractu temporis nõ firmatur.
3 *Matrimonialis cauſa per inferiorẽ epiſcopo cognoſcitur, quandoque iudex ex officio allegat o impedimẽto poteſt impotẽtes inſpici facere.*
4 *Inſpectio mulieris quomodo per matronas fiat?*
5 *Votũ põt eſſe ſolẽne ad impediendũ & dirimẽdũ matri.poſtea cõtractũ citra religiõis ingreſsũ.* a
6 *Impedimẽtũ viri vel mulieris quod facto humano ſine corporali periculo remoueri nõ põt reddit quẽ inhabilẽ ad cõtrahẽdũ,ſecꝰ ſi reuocari põt.*
7 *Mulier ab vno cognita, præſumitur quòd ſit cognoſcibilis à quocunque.*
8 *Duo vbi pacificantur data potentia exercitij in vno præſumitur in alio.* b
9 *Sponſa de præſenti nondum cognita ſi fornicatur cum alio poteſt vir ab ea quòad totum ſeparari,ſed non in totum matrimonium ſeparatur.*
Sponſa de futuro ſi fornicatur cum alio,poteſt ſpõſus ab ea in totum ſeparari.
10 *Error iuris & probabilis non excuſat.*
Adulterium non cõmittit mulier probabiliter præſumens ſe ſolutam ſi alteri nubat.
11 *Periti in arte illa cõſulendi ſunt de qua dubitatio ſeu quæſtio vertitur, & ideo iudex de peritis in arte illa prouidebit.*
Impedimentũ vbi per teſtes probari poteſt,propinquorum iuramentum non eſt neceſsarium.
12 *Periti in arte per iudicẽ ad aliquid faciendũ deputati,an iurare debeat prout teſtes?*
13 *Matrimonium ſeparatum propter impotentiam ex maleficio prouenientem nõ reintegratur ſi poſtea aliam ducat & cognoſcat.*
14 *Impotentia viri & mulieris an idem operetur.*
15 *Triennali cohabitatione facta ſi coniuges cõſummare non potuerunt impedimentum præſumitur perpetuum.*
Matrimonium ſeparatur etiam propter præcedẽs impedimentum,
16 *Impedimentũ quomodo præſumatur præceſsiſſe?*
In dubio non ſemper iudicatur pro matrimonio.
Præſumptio ex futuro fit ad præterita.
17 *Sententia reuocari põt ſi error probabilis detegať.*
18 *Sententia notoriè iniuſta nulla eſt,vel ſaltẽ reuocari poteſt,etiã ſi non ſit appellatum.*
19 *Mulier impotens ſeparata à primo viro ſi poſtea ab alio cognoſcitur.an ſit reſtituẽda primo?20.*
21 *Sententia in cauſa matrimoniali quomodo poſsit in rem trãſire iudicatam?*
Appellari an poſsit tertiò in cauſa matrimoniali?
22 *Mortuus reſuſcitatus an recuperat vxorẽ,filios & alia bona?*
Mortuus reſuſcitatus an ſit baptizandus, vel iterum ordinandus & an ſoluatur religio?

¶ CAP. VI.

1 FRaternitatis. †Ad arctationẽ mulieris ſi appareat ꝙ ꝑter diuinum miraculũ abſq; periculo corporali habilis reddi non poteſt ſeparať patrimoniũ, reintegratur tñ ſi poſtea appareat eccleſiã fuiſſe dece-

¶ Effectus.l.ſi quis ita ſcripſerit.ff.de hęre.inſti.qa ſi hodie conſtat hodie agaťvt per glo.& doc.in.l.j.ff.de no.ope.nun.

ZACHARI.

¶ Corporaliter ꝑ ſtitit.Adde ꝙ hoc caſu ẽt corporaliter preſtitũ ſnper alia ſcriptura ꝙ euãgeliorum non ſufficeret.niſi conſuetudo ita introduceret.ſ.ꝙ ſufficeret tangere aliam ſcripturã.vt multum ſing.no. Ale. in.l. ait prætor.§. fi.ff.de iureiu. Fel. in.c. fraternitatis. poſt iſtũ ĩ vlt.col. s̃.de teſti.& Lanfran.in.c. qnoniã cõtra.§.ſtatuimus nu.j.& ibi in apo. Cel.s̃.de proba.in ver. tactis ſcripturis.vbi.concor.dictorum opi. quia iſte in.c.tuis.verſi. quęro.extra gl.s̃. de teſti.vi dett tenere contrarium.

SEBA.SAPI.

c ¶ Corporaliter ꝑſtitum. Vide Ab. in.c.& ſi xp̃s.col. x.in glo.in verbo teſtis.s̃.de iureiur. & Bal.in auť.ſacramenta puberũ.C. ſi aduer.vend.

a ¶ Peritos. Ioan. an. vulnus dicat letale eſt ſtãdũ peritis in arte. Bar. & Alex. in. l. ſi ab hoſti. §. ſi vir. ff. ſolu. mat. Bar. in. l. ſi. ff. ad. l. cor. deſic. facit. l. ſemel. C. de re mili. lib. xij. l. comparatiões. C. de fi. inſtr. idẽ videmus in alluuione. §. ꝓterea. inſti. de re. diui. itẽ in domo recurrit ad magiſtros. vt ĩ auth. de alie. & emphy. §. quodãũt ꝑ Bar. & gl. in. l. j. ff. de vẽ. inſpi. ꝑ Ro. in. l. j. §. eadẽ. ff. de ver. ob. & an teneatur iurare. dic vt d. gl. qbus adde. ꝙ ſnia lata ſecundũ cõſiliũ peritorum nõ adeo trãſit ĩ rẽ iudica. quin poſſit ex cõſilio peritorum retractari. Ant. de but. & cõmuniter canoniſtę n. c. propoſuiſti. ſ. de proba. Bal. in d. §. ſi vir. Ang. in l. qđ ſi noluit. §. ſi mãcipiũ. ff. de ędi. edi. alexã. reputat ſin. in. d. §. ſi vir. Iõ Bal. in. l. ſuper teſtibns. in. fin. C. de teſti. dicit ꝙ aliâs de facto fecit exhumari corpus mortuũ. Ro. cõſi. ccxxviij. Are. ĩ. d. c. propoſuiſti videt tenere cõtra hãc doct. & an propriè dicãtur teſtes. Sal. in. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nu. refert & exclamat Alex. in. d. §. eadẽ. Sed de hoc ẽ tex. quẽ ipi nõ allegãt in. c. pe. ſ. de ꝓba. vbi Bal. & Abbas põderant ad hoc.

2 3 4 5 6 7 8 9

ptam. h. d. primò ponit quæſtio. ſecundò diſtinguẽs ſolutio. ibi *quãuis*. tertiò infert aſs duas quæſtiones. ibi. *per hæc*. ¶ Caſus litera lis. Quædam mulier contraxit matrimoniũ cũ quodãviro, & cũ eo per plures annos permanſit nec potuit ab ipſo carnaliter cognoſci: archipreſbyter Altiſiodoren. negotium iſtud ſignificauit epiſcopo ſuo. eps ſuper hoc volẽs veritatẽ inquirere quaſdam matronas ad pręſentiã ſuã vocauit: diſtrictè illis iniungens ſub periculo animarum vt illã inſpicerent vtrũ eſſet idonea ad copulã cõiugalem: quę tandẽ ea inſpecta dixerũt ꝙ nunq̃ poterit eſſe mater: & ideo inter eos diuortiũ promulgauit: mulierẽ inducẽs vt religionem intraret perpetuã cõtinentiã ſeruaturãviro dedit licentiam contrahendi, qui cum alia contraxit. poſtmodum mulier illa carnaliter ab alio fuit cognita reiecta cõtinẽtia quã ꝓmiſit, & cuidẽ Gu. noĩe nupſit. negocium iſtud Altiſiodoren. eps ſignificauit dño papæ quę rens quid ſuper hoc ſit agendũ. reſcribit papa vt in tex. ibi. *quãuis igitur*. Et poſtea in fi. ibi. *per hoc*. dicit ꝙ remanent declaratę duę quęſtiones ex narratis. ſ. in præſenti. c. & dic vt ibi. Ber. ¶ † Not. j. ibi. *per multos annos*. ꝙ impotentia alterius cõiugũ põt allegari poſt plurimos annos: naꝫ tractu temporis nõ firmatur mrimoniũ nullũ: pro hocj. c. proxi. vbi poſt octo annos mulier proclamauit. ¶ † Secũdò no. ibi. *per archipreſbyterum*. ꝙ inferior epo põt cognoſcere de cauſa matrimoniali: & fortè ſecũdum doc. iſte cognouit ex delegatione epi: & de hoc vide vt plenè dixi in. c. j. de cõſangui. & affini. ¶ † Tertiò no. ibi. *in ſuæ parochiæ*. ꝙ iudex ex officio ſuo põt allegato impedimento facere impeditã & impotẽtem inſpici, & q̃ matronę inſpiciẽtes debeant eẽ ꝓuidę & honeſte de parochia mulieris quã inſpiſcere debẽt & hoc iõ. qa ꝓſumunt habere pleniorẽ notitiã. ar. c. ſcriptum &. c. poſtquã. ſ. de elec. & conſuluit Hoſti. ꝙ prius faciant lauari mulierẽ in aqua calida & diu ibi morari: nã per medicinas reddunt ſe quãdoq̃ arctas quibus ꝑdicto modo obuiãdũ eſt. ¶ † Not. etiã ibi. *ſimplici verbo an voto ſolẽni &c.* ꝙ votũ põt eſſe ſolenne ad impediendũ & dirimendũ matrimoniũ poſtea cõtractũ citra religiõis ingreſſu: & clariꝰ hoc ꝓbat litera in ver. *niſi ſe voto*. & non recolo de alia litera quæ ita bñ hoc probet ſicut iſta & facit pro opi. dñi Ant. in. c. rurſus. ſ. q cleri. vel vo. ſed hodie ſtamus. c. j. de voto. li. vj. & dic vt dixi in. d. c. rurſus. ¶ † Itẽ not. hîc regulã ſatis notandã ĩ materia mrimoniali, ꝙ omne impedimentũ viri vel mulieris qđ facto humano ſine corporali periculo remoueri nõ põt reddit quẽ inhabilẽ ad cõtrahendũ matrimoniũ, ſecus ergo ſi facto humano põt impedimentũ reuocari. ¶ † No. ib. *cuius*. à ſimili. ꝙ ſi mulier eſt cognita ab vno viro ꝑſumitur ꝙ ſit cognoſcibilis à quolibet viro puto tñ ꝙ hęc ꝑſumptio recipiat ꝓbationẽ in cõtrariũ. vt patebit ex infra dicendis. ¶ † Et ex hoc infertur ꝙ vbi duo parifficantur data potentia exercitij in vno ꝑſumit potẽtia etiã in alio. ¶ † No. etiã ibi. *prætextu fornicationis*. ꝙ ſi ſponſa de pręſenti cõmittit fornicationẽ põt ſponſus eius conſortiũ declinare: non tamen matrimonium ſeparatur: ſecus in ſpõſa de futuro: vt in. c. quemadmodum. ſ. de iureiur. ¶ † Not. etiã ibi. *articulus iſte dubitabilis &c.* quòd licet regulariter error non excuſet: vt in regula ignorantia. de regu. iur. lib. vj. ſi tamen error eſt probabilis excuſat. ad hoc. l. regula. ff. de iu. & fact. ignoran. Et not. ex eodem verbo quòd ſi probabiliter præſumens ſe ſolutam alteri nubat nõ committit adulterium. licet poſtmodum reperiatur nupta. quia adulterium non committitur ſine dolo. l. penul. ff. de adul. xxxiiij. q. ij. c. cum per bellicam. ¶ † In glo. prima. ibi. *& peritæ in arte illa*. & idem dic in alijs artibus vt credat eis cũ deponũt ſuper peritia artis eorum. ad hoc. c. tua. &. c. ſignificaſti. ij. de homi. vnde iudex a debet ĩ talibus adhibere peritos vt debeãt æſtimare ſumptus factos in aliquo ædificio, vel medicos ad perhibẽdum teſtimoniũ an percuſſio fuerit lętalis: & idem inſimili dicẽdum. Et in fi. gl. dicit Hoſ. ꝙ iſta pręſtatio iuramenti propinquorũ habet locum in omni caſu in quo nõ cõſtat de euidentia impedimenti: & hîc fortè fuit adhibitum: licet litera non dicat: ſed quòad caſum huius. c. placet dictũ glo. vt iuramentũ propinquorũ vel cõiugum nõ ſit neceſſariũ: ex quo per teſtes euidenter probari põt impedimẽtũ: vt hîc ſatis bñ probat. & in. c. laudabilẽ. ſ. e. in prin. à cõtrario ſenſu. nõ. tñ dictũ Hoſt. ¶ † In gl. ij. in fi. tene mẽti glo. iuncto tex. & idẽ tenet Inno. in. c. propoſuiſti. ſ. de proba. Ex hoc eñ infero ad q̃ſtionẽ qua querit an periti adhibiti per iudicẽ ad aliquid diſcernẽdũ ſecũdũ artis peritiã debeãt ꝑſtare iuramẽtũ ſicut alij teſtes? videt primò ꝙ nõ quia poſſent de facili ſubire periuriũ: cũ non deponunt de re perceptibili ſenſu corporali: ſed iudicio intellectus: b ſed contrarium eſt verũ. & dic ꝙ debent iurare de credulitate & non de veritate. & ſic tollitur pręcedens motiuum: & hoc firmat Bar. in proœ. forum. & facit. l. edictali. C. de ſecund. nupi. & ad iſtum text. dic quòd iſti iurauerunt. pro hoc text. ibi in fide ſua. vel quòd alia abiuratio epiſcopi habet vim iuramenti. vt no. glo. in. c. conſtitutis. de appella. ¶ † In gl. in ver. *diuinum miraculũ*. no. bene lſtam glo. vſq̃ ad ſi. quia materia quotidiana: & inſtat gl. ſuper intellectu. c. ſi per ſortiarias. vbi melius quã alibi probatur ꝙ per impotentiã ex maleficio proueniẽtẽ põt ſeparari matrimoniũ, nec reintegrat ſi poſtea ducat aliã & cognoſcat. Sed illi. c. videtur obſtare iſte tex. ſed glo. primò reſpondet quòd illud. c. eſt hodie correctum. & idem tenuit Inn. in. c. ſ. proxi. ſed cõmuniter tenent oppoſitum: tamẽ quia ex quo nõ aparet expreſſè correctum nõ debet per glo. magiſtrorum indici correctio. ¶ † Secundò ſoluit quòd illud eſt in potentia viri: vt ibi. aliud *in* potentia mulieris vt hîc. quæ ſo. etiam reprobatur. quia vir & vxor non debent ad imparia iudicari. vt in. c. gaudemus. de diuor. ¶ † Tertiò ſoluit glo. & bene quod ex quo vir & vxor cohabitauerunt per triennium nec potuerunt matrimonium cõſummare præſumitur impedimentum perpetuum: nã (vt dicit Gof.) ſæpe iſta impedimenta ſunt perpetua: vnde quãdo mortuus eſt ille qui fecit vel malificiũ eſt perditũ, vel ſi fuit datum in potu vel cibo. Item cùm ipſe auctor ſolus poſsit tollere, non videtur poſſibilis reuocatio ſiue remotio cùm dependeat ex facto vnius vt. l. apud Iulianum. in fine. ff. de leg. j. facit quod not. Dyn. in regula ſemel deo. de reg. iur. lib. vj. & ideo tene ꝙ propter maleficiũ pręcedens matrimonium põt fieri ſeparatio: ſeruatis his tñ q̃ habẽtur. c. proxi. & põt q̃libet trãſire ad alia vota. & hoc vltimũ no. ¶ † Sed eſt dnbiũ vtrũ pręſumatur ꝑceſſiſſe matrimouiũ an ſequutũ fuiſſe doc. licet hîc dubitent, videnſ tamẽ magis inclinare in ſnĩam. vt pręſumat præceſſiſſe. & ſic expediãt iſti & non maneãt impediti: nec ob. c. licet. ex quadã. in fi. ſ. de teſti. vbi dicitur ꝙ in dubio eſt pro matrimonio ſentẽtiandũ. illud enim proceditvbi matrimoniũ põt habere ſuũ effectum. ſ. euitationẽ fornicationisvel bonũ prolis. quod hîc nõ eſtprpter impotentiã coeũdi. & no. mirabilẽ limitationẽ ad illud c. vt nũq̃ ꝑſumat ꝓ matrimonio in dubio qñ nõ põt habere ſuũ effectũ. & hãc opi. ſequit do. Ant. in. c. ꝓxi. ſed ego allego gl. in cõtrariũ xxxiij. q. j. ĩ ſum. q dicit ꝙ impedimẽtũ ꝑſumit ſubſequutũ fauore matrimonij. primũ dictũ plus mihi placet ex quo nũq̃ potuit cognoſcere illam mulierẽ: nam ex futuro pręſumit circa pręteritũ. vt no. gl. in. c. ſcribã. ſ. de ꝑſum. ¶ † In gl. in ver. *per errorem*. ibi. *ſi ibi error probabilis poſtea detegatur*. no. ſin. hãc particulam gl. ꝙ ſnĩa põt reuocari ſi error ꝓbabilis poſtea detegat. qđ intelligo qñ

b ¶ Intellectus. Ita cõiter tenẽdo atteſtat. d. Iaſ. in repe. l. admonendi. col. lxxxij. ver. an aũt perito in arte. ff. de iureiu. nunq̃d puniri poſſint periti in arte de falſo. licet teſtimonium ſuũ ſit de credulitate, tradit Bal. ĩ. l. data opera. colũ. xiij. C. q ac. ñ põt refert Iaſ. ĩ ru. ff. de iureiu. co. iij. ver. j. qñteſtes deponũt & quòd periti in arte.

detegit

debeant iurare de credulitate tenet etiã Feli.vbi plura allegat ĩ.c.proposuisti.col.iiñ.versi. tertia conclusio.s̃. de proba.

SEBA.SAPI.

a ¶ Obliuioni. Vide Iasonem & moder. Taurinẽses in l.pen.ff. de iusti.& iure.

b ¶ Cõfitetur.sequitur Ro.in. l.admonendi.ff.de iureiu. xj.col.& ratio potest esse quia quãdo sentẽtia transiuit in rem iudicatam succedit præsumptio iuris & de iure, cõtra quã admittitur probatio per cõfessionẽ partis gl.& doc.in authen.sed iam necesse.C. de dona. ante nupt.hoc dictum reputat sin. Ant. de bu.in.c.is qui fidẽ.s̃.despon. & in.c.fi.ĩ.xñ.col. s̃.desuc.ab inuesta. & Abb.in.d.c.is qui fide.& in.c.ñ. de purga. vul.& ĩ c.j. de confir. vtí. vel inuti. Anch.in regula iuris possessor.de re.iur.li.vj. Bal.in.l.si quis instituat.& ibi Imo. §.item si sub cõditione.ff.de hęre.institu.vbi plus dicunt ꝙ pars quæ cõfitetur põt cogi per ecclesiasticam censurã vt præstet liberationem. hoc est verũ quando sententia esset lata in fanorẽ confessi. Sed quatenus contineret eius dãnũ debet exequi.Ro. vbi.s̃.facit.l.si seruus pluriũ. §.j. de leg.j. Bart. Veroñ. cautela.xxiñ.ĩ fin.

ZACHARI.

20 ¶ Addetu ad Ludo.ro.sing.suo.cclxxñ.inci. sententia lata est pro te. & Ant.corse.sing. suo.xx.in ver.appellatio quod incipit si ille pro quo lata est sententia. vbi habes remissiuè ad nauseã vsq̃.

multũ obſtat, vbi videt valere pactũ vt alter nõ ſẽtiat de dãno ſed de lucro: rñdet Cald. ꝙ debet intelligi nõ de capitali: ſed de dãnis & lucris cõtingẽtibus ſaluo capitali. Ego verò do aliã ſolutionẽ clariorẽ: dico eñ ꝙ ille tex. procedit quò ad ponẽtẽ operã: eſt eñ licitũ & honeſtũ pactũ ex ꝑſona ipſi⁹: vt ipſe non ſentiat dãnũ in operis ſcilicet amiſſis in capitali: ratio quia ipſe ſentit dãnũ in operis. nã tãtũ effert opera illi⁹ quãtũ pecunia alteri⁹: quinimo (vt ibi tex. dicit) opera & induſtria põt eſſe tãta vt valeat pactũ vt ipſe lucretur duas partes [a] & tertiã habeat ponẽs pecuniã. In dubio aũt cũ duo cõtrahunt ſocietatẽ: & vn⁹ ponit pecuniã & alter operã: videt actũ vt lucrũ ęqualiter diuidat inter eos: de hoc eſt glo. .no. quã oẽs tenẽt in l. j. C. ꝓ ſoc. nec iſta litera cõtradicit ꝑdictis: cũ nihil dicat vt capitale debeat eſſe ſaluũ: nec eſt ſpãle in pecunia dotali, vt quidã ſomniauerũt: quia etiã pro redimẽdis captiuis nõ licet fœnerari: vt in. c. ſup eo. de vſur. quinimo tex. iſte apte dicit vt capiat pars de honeſto lucro: nec etiã credas ꝙ ſit licitũ à principio paci ſci: vt habeat deponẽs .x. ꝓ cẽtenario, vel aliã quãtitatẽ ſicut faciũt quædã viduæ credẽtes hoc licere & ſolent aliqui ad earũ defentionẽ allegare iſtũ tex. cũ illa opi. Io. and. Certè hoc nõ eſt licitum: quia nõ licet ex pacto quãtũcũque minimo capere expecunia, ſi nõ ſubijcit ſe periculo. xiiij. q. iij. per totũ & hoc notabis. ¶ † In gloſ. ij. ibi *audiri non debuit*. hoc videt cõtra tex. vbi fuit audi tus reſtitutione prius nõ facta. Hoſt. dicit & bene ꝙ ille qui dotẽ promiſerat cũ cõueniret ex ꝓmiſsione ſua nõ poterat obijcere de ſpoliatione mulieris, maximè cùm ipſe dediſſet cauſam huic ſpoliatiõi dotẽ nõ preſtando: nec obſtat ſi dicat ꝙ ex quò nõ ſuſtinebat onera matrimonij nõ debebat audiri petens dotẽ quia ſecũdũ eum iſte paratus erat vxorẽ reaſſumere ſoluta dote: & hoc mihi placet: licet Inn. dicat ꝙ illa exceptio' ꝙ vxorẽ abierat non erat vera in facto. nã dico ꝙ pręſuppoſito ꝙ eſſet vera, nõ tenebat ſubire onera matrimonij ex quo dos ſibi non ſoluebat: niſi velis dicere ꝙ ex quò recæpit ꝓmiſsiõẽ abextraneo debebat agere cõtra extraneũ & nõ repellere mulierẽ. argu. in. l. ſi extrane⁹. ff. de iure do. & ſatis hoc poſſet admitti in marito diuite: ſed iſte erat pauper. vt dicitur in litera. ¶ † In glo. in ver. *tacita veritate*. no. glo. ꝓ literæ impetratæ ad delegatum ſunt ſubreptitiæ ſi in eis nõ fiat mẽtio de ꝓceſſu negotij corã ordinario. & idẽ ſentit gloſ. in. c. vt debitus de appel. Sed tũc obſtat iſte tex. vbi hæc exceptio nõ fuit admiſſa: hoc cõtrariũ multipliciter ſoluit: primò ꝙ ob. hoc fuit appellatũ, & papa prouidit. vt ſequit in litera: vel ꝙ iſti iudices nihil noui fecerũ: ſed adherſerũt ſententiæ illorũ conſulũ. vel per relationẽ retulerũt negotiũ ad papam: vel ſecundũ Hoſt. ſententia cõſulum erat nulla tanquã obligans iſtũ pauperẽ ad impoſsibile. le. fin. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. & ſic non fuit opus de tali ſnia mentionẽ facere in literis. ¶ † No. bene hoc dictũ. ꝙ de proceſſu nullo ſcu ſnia nulla corã ordinario non eſt opus facere mentionẽ [b] in impetratione lrarum ſup eadẽ cã quẽadmodum nec de priorib⁹ literis nullis. de quo vide glo. in. c. ex tenore. de reſcript. & in. c. ſuggeſtũ. de iure pat. & in. c. cũ noſtris. de cõceſ. prębẽ. ¶ † In glo. in verſi. *ad inopiam*. no. ſolutio .gloſſ. ꝙ licet aliqui hanc limitationem teneant ad iura ciuilia alle. in principio gloſſ. tamen communiter non tenetur, maximè per legiſtas in. l. vbi adhuc. C. de iure. dot. & ibi per Cy. & pleniſsimè Bar. in repetione. l. ſi cõſtãte. ff. ſolu. mat. Et cõcluſio cõis legiſtarũ eſt ꝙ qualitercũque maritus vergat ad inopiam etiam ſine culpa ſua, poteſt vxor agere ad dotem, [c] pro hoc facit iſte text. vbi non ponderat culpa iſtius mariti: ſed ſolũ quia videbat vergere ad inopiam &: ſcias ꝙ varia iura emanauerũt in hac materia. primum fuit ius digeſtorũ: vt in. d. l. ſi cõſtante. vbi dicit ꝙ ſi ſubſtãtia mariti nõ ſufficit ad ſatiſfactionem dotis & aliorũ creditorũ põt vxor repetere dotẽ: poſtea emanauit ius codicis. vt habet. in. d. l. vbi adhuc. & ibi diſponitur ꝙ ſi maritus ita ſe gerit ꝙ vergit ad inopiã poteſt vxor repetere dotẽ: & ſic prouidit latius q̃ ius digeſtorum. quia nõ requiritur vt ſubſtãtia mariti nõ ſufficiat, ſed ſatis eſt ꝙ vergat ad inopiã: vt puta qa eſt nobilis: & vult facere ſumpt⁹ vltra q̃ patiant facultates ſuę. Tertiũ fuit Ius auctẽticorũ: vt habet in auf. de ęqualitate dotis. vbi dicit ſi marit⁹ malè incipit vti ſubſtãtia ſua põt vxor repetere dotẽ. & prouidit adhuc latius q̃ ius codicis: qa ꝑſuppoſito ꝙ non vergat ad inopiã: vt puta quia ditiſſimus eſt. ex quo tamẽ malè vtit ſubſtãtia ſua põt vxor ſibi repetere dotẽ: vñ in quolibet iſtorũ caſuũ poteſt vxor ad dotẽ agere, & forti⁹ ex cipere cõtra maritũ petẽtẽ dotem vt hîc: ita notanter voluit Bar. in. d. l. ſi cõſtante. & ſic nõ debemus habere reſpectũ vtrũ ſit ſuſpectus de dilapidatiõe an ne. ſed ſatis eſt ꝙ ſimus in aliquo dictorũ caſuũ. Ius eñ timet in iſtis caſibus cõſumptionẽ dotis. Et ſcias ꝙ vxor põt in his caſibus nedũ agere ad dotẽ ſed ẽt ad donationem à marito ſibi factam propter nuptias: vt eſt tex. no. in. d. l. vbi adhuc. nã dos & donatio ꝓpter nuptias ſubijciũt hodie onerib⁹ matrimonij. vt ibi. Et ex his habes vnũ notabilẽ effectum iſtius donationis propter nuptias. vide alios j. c. proxi. ¶ † Sed nunc op. cõtra iſtum tex. de iuribus ciuilibus ſuperi⁹ allegatis. Nã in eis dicitur ꝙ ĩ dictis caſibus põt vxor repetere dotẽ vt ſibi aſſignetur. Hîc aũt nõ aſſignatur vxori ſed ipſi marito cũ cautione, vel deponit apud mercatorẽ: & cũ iſto tex. vñ aliquatenus cõcordare tex. in. l. ſi cũ dotem. ff. ſulo. matr. vbi dos ſequeſtrat propter ſuſpitionẽ mariti. So. don. An primò dicit. ꝙ iſtud. c. limitat illa iura ſuperius all. vel loquitur iſte tex. quãdo vxor à principio cõtraxit cũ paupere: & iõ eſt quid ſibi imputetur. vnde procedetur vt hîc dicit. ſecũdò hîc dicit ꝙ vtrũq; remedium poteſt obſeruari. plus tñ ſibi placet ꝑcedẽs ſolutio: ſed Inn. quem non allegat do. Ant. dixit ꝙ vxor erat ſuſpecta ſeu non erat idonea ad dotẽ excipiẽdã. iõ fit diſpoſitio. apud mercatorẽ: & hanc ſol. ſentit Bar. in. d. l. ſi cõſtante: dicẽs ꝙ ſi mulier [c] eſt ĩdonea & induſtrioſa dos ſibi reſtituetur vt alat ſe & maritũ & liberos. d. l. vbi adhuc. aliâs fiet ſequeſtratio, prout dicit in. d. l. ſi cũ dotẽ. & ſic etiã põt reſpõderi ad iſtũ tex. Itẽ (vt dicit Inn.) ſatis habet vxor ſi deponit apud mercatorẽ loco vxoris: & hæc ſolutio eſt bona. Iſte tñ tex. prouidet de vno quod nõ repitur in iure ciuili: quia reuertitur dos penes maritũ vergẽtẽ ad inopiã ſi præſtat cautionẽ. & ex hoc ſumitur vna ſingularis limitatio ad totũ titulũ. C. ne fideiuſ. do. dent. vbi dicit ꝙ fideiuſſores nõ pnt ĩteruenire ꝓ dote reſtituẽda marito, ne oriat ꝑfidia ĩter virũ & vxorẽ: nã ꝓcedit illud ſi marit⁹ vergat ad ĩopiam tũc eñ licitè pnt ĩteruenire fideiuſſores ꝓ dote ſoluẽda & reſtituẽda: vt hîc ẽ tex. valde ſingu. & ad hoc alle. eũ Bar. ĩ. d. l. ſi cõſtãte. & hoc teneas: licet Io. an. timore illi⁹ ti. dixerit ꝙ hoc debet ĩtelligi de cautiõe iuratoria ꝙ certè nõ ꝓcedit: qa papa dicit vt ꝑſtet quã põt. nã iuratoriã qlibet ꝑſtare põt quãtũcũq; ſit pauper. ergo intelligit ſimpl⁹ de iurato. ſi ergo potuiſſet marit⁹ ꝑſtare fideiuſſoriã vel pignoratitiã, fuiſſet obligat⁹ ad illã ꝑſtãdã. & ſic potuiſſet ĩteruenire fideiuſſor ꝓ dote reſtituẽda. Tãcre. dicit ꝙ fortè iſte tex. ꝓcedit ex cõſuetudine loci. Et no. hanc ſolutionem in ſe vt valeat conſuetudo [d] vt maritus præſtet fideiuſſorem pro dote reſtituenda. quod non puto procedere [c] ceſſante cauſa: quia non videtur rationabilis: arg. in. d. l. j. C. ne fideiuſ. dodẽtur. Et ad prædicta vide Inn. hîc qui dicit. quòd iſta cautio ꝑſtatur per maritũ vt euitet reſtitutionẽ dotis: dicẽt clarius ꝙ iſta ſatiſdatio exigit à marito in fauo-

a ¶ Duas partes Ad de Alex. cõſil. cxvij. j. li. & clxxxvij ñ. lib.

b ¶ Mentionẽ. Adde Cal. cõſil. vj. de reſcrip. do. Car. cõſil. xxvij.

c ¶ Ad dotem. Ade in hac materia qualiter ſit formãdus libellus cùm agitur ad inopiam mariti. Pau. de caſt conſi. cccxcij. vbi latè examinat & dicit Ro. conſil. clxxxvij. ꝙ viro vergente ad inopiã ſi admulierẽ tanquã negotiorũ geſtricẽ puenerit tota bona quod potuiſſet ſibi conſulere in cautiõe dotis ꝙ repellitur à repetitione dotis.

✠ SEBA. SAPI.

d ¶ Si mulier. videt Bal. nouellum in tract. dotis in. vj. pte preuilegio. xxj.

e ¶ Conſuetudo. In cõtrarium facit. l. j. C. ne fideuſ. dodentur vbi princeps reprobat talem conſuetudinẽ vide Bal. nouel. in tract. de dotib⁹ in xxj. ſpãli. vj. partis. in fi. vbi ſaluat opinio. Tãcre. & Io. an. & limittat. xxx. modis in quibus fideiuſſor. poterit interuenire.

f ¶ Nõ puto procedere. Adde quod Ro. cõſi. cccxxxix dicit ꝙ hîc eſt caſ⁹ ſpãlis & an fideiuſſores ꝓ dote interuenire poſſint. vide latè Pau. de ca. cõſi. clxix. & clxx.

rem ſuũ,vt releuet ſe ab onere dotis reſtituẽdæ.nã ma
ior perfidia & maius ſcãdalũ oriſ cũ dos ex toto eripiſ
â manibus viri,quã qñ adminiſtratione ſibi relicta prę
ſtatur ab eo cautio:& ſic ceſſat prohibitio ill⁹ ti.ne fi-
deiuſ.do.dẽſ.cũ hoc fiat in fauorẽ ipſi⁹ mariti.¶ † Sed
quæro.quia tex.hic loquitur alternatiuè: vt dos ſoluaſ
â marito ſub cautione quã præſtare põt,vel vt merca-
tori committaſ&c.cui dabitur optio illius alternatiuę
Quidã dixerũt ꝙ vbi per ſatiſdationẽ nõ eſſet ſufficiẽ-
ter prouiſum periculo dotis,põtvxor petere vt fiat de
poſitio apud mercatorẽ.Ego credo.totũ hoc relinquẽ
dũ arbitrio iudicãtis,vt ſi videat cautionẽ ſufficere ſit
cõtẽtus prima parte alternetiuæ:ſi videat nõ ſatis cau-
tũ faciat fieri depoſitionẽ,ſeu tradat vxori ſecũdũ di-
ſtinctionẽ prædictã.nã in alternatiuis iuris optio daſ
iudici,niſi verba dirigãſ ad partẽ.vt dixi in.c.à crapula
de vita & hone.cler.& ibi gl.vbi vide.¶ † Vlteri⁹ quæ
ritur[a]quid ſi vxor à principio cõtraxit cũ paupere,vel
vergente ad inopiam, vel cũ malè vtẽte ſubſtantia ſua
nũquid poſſet agere ad repetitionẽ dotis: vt ſupradi-
ctũ eſt⁹& videſ ꝙ nõ.quia ſemel approbauit mores il-
lius:vt.xxxij.q.v.c.horẽdus.et in.l.ſi.C.de ſpõſa. cõtra-
riũ tenet Bar.in.d.l.ſi cõſtãte.quia nõ potuit vxor per
tacitum pactũ ſibi præjudicare & pro.Bart.videſ hîc
tex.nã publicę vtilitatis eſtvt dos remaneat integra mu
lieribus.l.j.ff.ſol.mat. ¶ † In glo.pe.in fi.hoc nõ proce
dit de iure canonico.quia non tenetur curator animã
ſuam ĩpendere cõmodis pupilli. xlvj.di.in.c. ſicut non
ſuo. & quòd ibi not.

a ¶ Quæritur.Vide Bal.in auſ. quod locũ ĩ. vñ.q.C.de colla.benedictum de plumbino.in.l. ſeruũ dotalẽ.ff.de manumiſsio. Pet. de Anch.& Imo. in.c.propter ſteri litatem.ſ. de loc.

ZACHARI.

b ¶ Non valet dona tio,Adde Ant. de peru,in repe.l.j.in ñ.lec.in prin.ff.de iureiur.vbi ponit multas rõnes qua re talis donatio nõ valet. Quod li mita, niſi donans iuraſſet ſe non re-uocaturum dona tionẽ prędictã qa ita iuramẽto vella returvt confeſtim valeret:vt no.Bar. in.l.ſi quis pro eo. circa fi.vj.col. ver ſi.idẽ in donatiõe. ff.de fideiuſ.& ĩ.l. ſeius & augerius. col.fi.verſ. quæro quid in donatiõe. ff.ad .l.falc.quod tñ Bal. intelligit. in.l.cũ multæ .C. de dona.añ. nup. &.in.l.j.de donat. inter vir. & vxo. ſi exꝑſſè per tale donatorem fuerit juratũ nõ reuoca-re hmõi donatio-nẽ,ſecus ſi ſimpli-citer:quia tũc poſ ſet nõ obſtãte tali juramẽto reuoca-ri.ita not. decidit idẽ Bal.in repet.l, ij.col.ñ.ver.iuxta prędicta.ff. de iu-reiur.

c ¶ Cõpẽſatio. Ad-de Lud.ro.conſil. cxlvj.Fulg.conſi. cix.

SEBA.SAPI.

d ¶ Nobilis .Idẽ di cit Bal.in.l.ij.§.fi. ff.ſi cer.pet. quan do ſenex qui acci peret vxorẽ iuuẽ-culã.de quo plu-ra per Laſo.i.l. ex hoc iure.colũ.xij. ver.tertius effect⁹ eſt.ff.de iuſ.& iu-re.& in.l.ſi nõ ſor tẽ.§. libertus.col. iij.ver.ñ.effectus. ff.de cõdi.indeb.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges facta, an & quando valeat.2.*
3 *Donatio cõfirmaſ morte donatoris,etiã facta cõſtãte motri.7.*
4 *Donatio facta cõſtante matrimonio tribus caſibus reuocatur.*
5 *Maritus nihil lucratur de dote vxoris,nec vxor de donatiõe. mariti ſoluto matri:ſed dos reſtituiſ vxori:& dõatio marito.*
7 *Donatio inter cõiuges an indiſtintè annulletur.8.*
Donatio pura quæ dicatur.
8 *Locupletior& pauperior quãdo dicaſ fieri donator vel alius.*
9 *Donatio propter nuptias an confirmetur iuramento.*
Iuramentum contrà bonos mores non eſt obligatorium.
10 *Dos ſoluto matrimonio non indiſtincte redit ad mulierem.*
Dos an ſoluto matrimonio,ſiue vxore mortua mortua ſit reſti tuenda illi qui eam dotauit.
Filius non ſemper ſuccedit matri in dote.
11 *Pactũ de lucrãda dote & donatiõe propter nuptias ſoluto ma trimonio valet,dũmodo ſic æqualæ.& qũo fieri debeat.12.*
12 *Cõſuetudo de lurcãdo dotẽ et dõatiõe propter nuptias valet.6.*
Donatio propter nuptias facta à marito quid operetur.
Vxor poteſt renuntiare iuri hipothecarũ in bonis mariti, ſed non in ſibi donatis.
Vxor vergẽte marito ad inopiã petit dotẽ & dõationẽ ſibi factã.
Maritus propter adulteriũ vxoris lucratur dotẽ: & ẽcontra.
13 *Donatio ſine inſinuatione facta aliâs non valebat niſi vſque ad ccc.auros.hodie verò valet vſque ad quingẽtos,ſed nõ vltra*
Inſinuatio quid dicatur.
14 *Donatio facta concubinæ,an teneat.*
Donatio facta vxori vbi non eſt verum matrimonium, vel eſt putatiuum matrimonium,an teneat.
15 *Dõatio facta vxori de pecunia ꝑ reficiẽdis ædib⁹ dotalib⁹ tenet*
16 *Dõatio facta filio ꝑ patrẽ,an teneat& qdſi filiꝰ eſt emãcipat⁹.*

¶ CAP. XV.

1 DOnatio. ¶ † Prima pars demon ſtrat quãdo & qualiter donatio facta inter coniuges valeat,vel reuocata intelligaſ.in ſecũda docet an reddẽda ſit dos&dõatio ꝓpter nuptias, ſolut.matri.ſecũda ibi :*ſanè*. Et hæc diuiſio ſufficit pro ſummario:quia decreta.ſatis ſeiꝑm ſummat. ¶ Caſus literalis.Quæſitũ fuit à papa verũ inter virũ & vxorẽ du rãte mrimonio donatio hinc & inde facta teneat . Rñ. pa.ꝙ donatio durãte matrimonio inter cõiuges facta ex qua alter fiat locupletior & alter pauperior firmita tẽ nõ habet,niſi donatio firmeſ obitu donatoris.Et do natore viuẽte penitus euaneſcit.ſi reuoceſ ab eo tacitè vel expreſſè,vel ſi prius moriatur q̃ donationẽ accepit *Sanè*.dicitur in illo.§.ſolu.mat.dos redire debet ad mulierẽ,& donatio ad virũ,niſi de conſuetudine cõtrariũ obtineat,vel niſi ex pacto facto inter virum & vxorẽ delucrãda dote & donatione propter nuptias cõtrariũ inducatur.& pactum iſtud ęquale debet eſſe ex vtraq; parte.Ber.¶ † No.regulã , ꝙ nedum de iure ciuili ſed etiã canonico non valet donatio [b]facta inter coniuges conſtante matrimonio.dummõ ex illa donator efficia tur pauperior & recipiens locupletior,à contrario er-go vbi donator non efficeretur pauperior nec recipiẽs locupletior,valeret donatio:ꝙ quãdo cõtingere poſſit dic vt in.gl.ij.Et q̃ fuit cã huius prohibitionis: dic vt ĩ gl.j.¶ † Secundò no.ꝙ donatio facta cõſtãte matrimo nio non eſt oĩo nulla:nã(vt vides)confirmatur obitu donatoris eo exiſtẽte in eadẽ volũtate.¶ † Tertiò no. tres caſus in quibus prorſ⁹ reuocatur donatio facta cõ ſtante matrimonio:ita vt nõ confirmetur obitu dona toris.primus.ſi donatio fuit tacitè reuocata per dona-torẽ.Secũdus ſi expreſſè:pone exẽplũ vt in gl.iij. Terti⁹ caſus,ſi prius moritur donatari⁹.¶ † No.§.*ſanè*.ꝙ de iu re cõmuni.ſolu.ma.nihil lucratur maritus de dote vxo ris:nec vxor de donatione ſibi facta à marito propter nup.ſed dos integra redit ad mulierem,ſiue ad eiꝰ hære dẽ & dõatio propter nup.ad virum ſeu ad eius hæredẽ ¶ † Item no.ꝙ valet conſuetudo de lucranda dote vel donatione propter nup.ſoluto.matri.& forti⁹ valebit ſtatutum:cùm ſtatutum habeat conſenſum expreſſum cõſuetudo ſolùm tacitum.l.de q̃bus.ff.de legi.¶ † Cir ca intellectum decre.Primò q̃ro nũquid donatio inter coniuges indiſtincte annulletur?dic ꝙ regulariter pro-hibetur donatio oĩno pura:& illa dicitur pura donatio tio q̃ nulla rõne cogente fit ſed ſola liberalitas eſt cã do nationis.l.j.ff.de dona.& in.l.donari.ff.de reg.iur.*Ideo* donatio remuneratiua non prohibetur inter virum et vxorẽ:vt in.l.quod aũt.§.ſi vir.ff.de dona. inter virũ & vxo.vbi patet ꝙ ſi marit⁹ dõauit vnã rẽ vxori & vxor c aliã marito,ſit hinc inde cõpẽſatio.[c] Et ꝓ hoc notãter dicit Barto.in.l.ſi voluntate.C.de dot.promiſ. ꝙ ſi no d bilis [d]nubit plebeio:põt ſibi cõſtituere dioem animo donandi:licet conferatur in tempus matrtmnioj:quia iſta non eſt ſimplex donatio quę prohibetur inter con iuges: ſed eſt remuneratiua,quia nobilis nubendo ple-beio videtur ſibi quoddã man⁹ cõferre, & ſic maritus donando videtur remunerare & non ſimpliciter dona re.ad hoc.l.Aquili⁹.ff.de don.& vide quòd no.gl.in.d. l.donari.& Bar.ĩ procœmio digeſtorũ.& ſic limita iſtũ tex.& multa alia iura annulantia hanc donationem.& e hoc nota.quia non ſolet tangi hîc.¶ † Secundò q̃ritur quando alter dicitur fieri locupletior & alter pauperi or.ſolutio pauperior fit donator.qñ tradit de ſubſtãtia ſua,ita ꝙ diminuit patrimoniũ ſuum,vt in.l.ſi ſpõſus.§. maritus.ff.eo.ti.ſecus ergo ſi repudiat hæreditatem vt veniat ad vxorẽ ſibi ſubſtitutã.nã tunc nõ acqrẽdo nõ diciſ fieri pauperior.& idẽ in ſimili caſu locupletio fit recipiẽs qn cõſeruat rẽ ſibi donatã,vel eã expedit ĩ vti-lẽ cãm.Secus aũt ſi inutiler expẽdit,puta vxor emit ſibi vnguẽta,vel cõſumpſit in cõuinio fiendo, vel aliter iu tiliter:tũc emꝫ illa talis donatio nõ reuocatur quia vxor eſt effecta locupletior.vt in.l.qđ aũt.§.ſi vir .ff.e.ſec⁹ ẽt ſi hęres mariti iutiliter expẽdiſſet.qa tũc teneſ reficere vt in.l.ꝙ

vt in.l.quod de bonis.ff.ad.l.falc.quia ſatis eſt ꝙ dona-
9 tarius fuerit effectus locupletior.¶ †Tertiò quæritur
a nunquid hęc donatio cõfirmetur iuramẽto,[a] vel ſaltẽ
valeat vigore iuramẽti. Quidam voluerũt ꝙ nõ:quia
fuit ꝓhibita propter bonos mores,ne maritus& vxor
ex nimio amore ſe ſpoliarẽt ad inuicem.l.j. &.ij.ff.eo.
ſed iuramẽtum contra bonos mores nõ valet:vt in re
gula non eſt obligatorium,de.regul.iur.lib. vj.& hæc
eſt pars multũ ꝓbabilis:ſed opin. contraria cõiter te-
netur per doc.vt not.Bar.in.l.ſi quis pro eo.ff.de fide-
iuſ.Ioã.de lig.in cle.ne romani.de iureiuran. vide do.
Anto.in.c.cũ contigat.eo. titu.de iureiur. optimè fa-
cit ille text.pro iſta ſecũda parte.nec ob. qđ dixi de bo
nis moribus :quia debet intelligi qñ iuramẽtũ eſt cõ-
tra bono mores naturales: non aũt de bonis moribus
ciuilibus.nã omne iuramẽtũ contra legẽ poteſt dici cõ
tra bonos mores ciuiles.quia quilibet lex eſt fundata
ſuper bonis moribus ciuilibus.iiij.diſtin.c. erit autem
lex.ſed videmus ꝙ in multis caſibus tenet iuramẽtum
contra legem.vt d.c.cũm contingat.& in.c.debitores.
10 eo.tit.¶ †Quartò quæritur in.§.ſanè vrũque dos re-
deat indiſtinctè ad mulierẽ ſolu.matri:dic ꝙ non:ſed
tex.verificatur quãdo ipſa mulier donauit de propria
ſubſtãtia:vnde debes ſcire ꝙ aut extraneus cõſtituit do
tem mulieri:aut mulier ſibijpſi, aut pater pro fi-
lia.& extraneũ appello quẽlibet qui non habet mulie-
rem in poteſtate.vt dicit tex.in.l.vnica.§. accedit.C.de
rei vxo.actio.primo caſu quando extraneus conſtituit
dotem:tũc aut ſtipulatus fuit dotem ſibi reddi ſoluto
matrimonio,& reuertiſ dos nõ ad mulierẽ:ſed ad illũ
extraneũ. Aut nõ fuit ſtipulatus vt ſibi redderet & vi
detur tũc donare ipſi mulieri. & ſic reddit ad ipſam
mulierem:vt eſt tex.not.in.d.§. accedit.Secundo caſu
qñ ipſamet mulier cõſtituit ſibi dotem:tunc dos ad eã
reuertitur,& fingiſ ſtipulata dotem ſibi reddi.vt.d.l.
vnica.Tertio caſu qñ pater cõſtituit pro filia,aut fuit
ſtipulatus dotem ſibi reddi & redit ad patrem.aut ſim
pliciter:& tunc ſi pater emancipat filiam,efficitur filię
ſi aũt prius moritur mulier actio competit patri.l.ij.
ff.ſol.mat. & in.d.l.vnica. & dicit hîc Vin.ꝙ dos hoc
caſu redit ad patrem qñ filia prędeceſ.etiam ſi extẽt li
beri ex ipſa filia.per.l.dos à patre.C.ſo.ma.& no.ſingu
lariter hoc dictũ vltimũ. nã canoniſtæ cõiter trãſeũt
cũ hoc dicto:& idem videtur tenere gloſſ.in.d.l.dos à
14 patre.pleniſſimè diſputat Bar.in.l.poſt dotẽ.ff.ſol.mat
Et tãdẽ ſequiſ iſtã partẽ:ſed multi tenuerũt cõtrariũ:
vt ipſe refert.Ex hoe habes caſum ĩ quo dos matris nõ
venit ad filios,qñ ſcilicet dos fuit profecta à patræ &
moriſ nõ emãcipata viuẽte pre & ceſſat hoc caſu regu
la illius auſ. ꝙ in ſucceſsione prima cauſa eſt filiorũ .de
11 qua in autẽ.in ſucceſsiõe.C.de ſuis & legiti.¶ †Vltimò
quæriſ quid intẽdat iſta lra in fin.dũ dicit ꝙ valet pa-
ctũ de lucrãda dote & donatiõe ꝓpter nup.ſolu.mar.
dũ tñ ſit æquale hincîde:ſol.dicit Inno.ꝙ poſt nupt.cõ
tractas debet eſſe æqualæ dotis & donatiõis ꝓpt nup.
& etiã lucri quærẽdi.Nõ eñ põt augmẽtari dos quin
augmẽteſ donatio propter nup.ar.ĩ.l.fi.cũ auſ.ſua.C.
de do.añ nup.Itẽ ſi ſit pactũ de lucrãda dote debet fieri
16 pactũ de lucrãda donatiõe propter nup.ꝑ ipam mulie
rã:vñ ſi fit pactũ ſolũ de lucrãda dotæ extẽditur ad do
a nationẽ propter nup.vt mulier lucreſ donationẽ pro
b pter nup.viro præmoriẽte:ſiaũt pactũ fuit de lucrãda
maiori pte dotis quã donatiõis propter nup. tunc pa-
ctũ de maiori reducíſ ad minorẽ quãtitatẽ.le .fi.C .de
pac.cõuẽ.tã ſuper do.& ꝙ cedit hoc vt dixi poſt nupt.
cõtractas.&hoc factũ extitit ne fraudib⁹ excogitatis ve
niãt cõiuges cõtra ꝓhibitionẽ factã,ne fiat donatio cõ
c ſtãte mrimo.ſed añ.nupt.dicit Inn.ꝙ põt eſſe diſpari-
tas ĩ dote &donatione propter nup.&ĩ quãtitate lucri
alleg.l.ex morte.C.de pac.cõuen,ſuper do.& no.hoc di
ctum.ſed iudicio meo tex.videſ hodie de iure authẽti.
in auſ.æqualitas.eo.ti.de pac.cõuẽ.ꝙ dos & donatio de
bẽt eſſe ęquales:& pacta de lucro dotis vel donationis
12 debent eſſe ęqualia.¶ †Et ita ſeruatur in hac ciuitate.
vbi cõiter donatio propter nup.eſt.eiuſdẽ quantitatis
cũ dote:ſed in multis locis non ſeruaſ vñ (vt ibi dicit
gl.)illa auſ.eſt ſublata hodie per conſuetudinẽ.qa cõſti
tuiſ dos,& ſæpe nulla donatio fit à viro.ſed tu dic con
ſuetudinẽ ſeruandã vbi viget:aliãs ſerua diſpõnẽ hui⁹
anſ.et tene eã mẽti.Sed tu diceres qđ operaſ iſta donatio
ꝓpter nup.q̃ fit à marito? cũ marit⁹ ẽt teneat bona
donata cõſtãte matrimonio,& facit fructus ſuos:ſolu-
to verò matrimonio redit ad eũ. Primũ probaſ. in.l.
vbi adhuc.C.de iure do.Scđm probaſ hîc.Sol. dicit Io.
an.poſt Petrũ & Abbatẽ ꝙ operaſ multos effectus.pri
mũ propter pactũ quod fit de lucrãda dote:nã extẽdi-
tur in fauorẽ mulieris ad donationẽ propter nup.vt ſi
cut maritus ex pacto lucraſ dotẽ ꝑmortua vxore. ita
vxor lucraſ illam donationẽ ꝑmortuo viro vt hîc. Se-
cũdò fortius ius habet mulier in reb⁹ ſibi donatis: pro
pter nup.in dote recuperãda quã in alijs bonis mariti:
nã in alijs bonis põt vxor renũtiare iuri hypothecarũ:
ſed in iſtis rebus donatis non vt ſic ſit vñ poſſit cõſuli
mulieri in dote recuperãda.de quo in auſ.ſiue à me. C.
ad velle.dixi plenè in.c.puenit.de ẽpt.& ven. vbi vide.
Tertiò operatur.quia marito vergẽte ad inopiã vxor
poteſt etiã à creditoribus mariti vendicare tã dotẽ q̃
donationem propter nupt.nã debẽt deſeruire onerib⁹
matrimonij:vt.d.l.vbi.adhuc.¶ Quartò.ſi vir cõmit-
tit adulteriũ mulier põt agere vt lucretur illã donatio
nẽ proptes nupt.ſicut agit vir vt lucreſ dotem mulie-
ris qñ mulier adulteratur:vt in.c.j.vt lit.nõ cõteſt. vbi
de hoc.& in.c.plerũq̃.§.e.& hoc no.Ex quibus ſis cau-
tus vt ſemper fiat iſta donatio propter nuptia ipſi mu-
13 lieri:& vide qđ dixi in.d.c.puenit.¶ †In gl.j.ibi. *legiti-
mum modũ*. olim nõ licebat donare ſine ĩſinuatiõe vſq̃
ad.ccc.aureos cuicũq̃.hodie verò valet donatio vſq̃
ad quingẽtos,abinde vltra ñ velet niſi inſinueſ:vt in.l.
ſancim⁹.C.de dona.Et eſt inſinuatio deſcriptio ipſius
donationis in actis publicè corã iudice:& fuit hoc adĩ
uẽtũ ne ex clãdeſtina donatiõe hoĩes multũ fraudenſ.
de hac inſinuatiõe vide plenè ꝑ Bar.in.l. modeſtin⁹. ff.
14 de do .& in.l.donatiões.C.eo.¶ †In ea gl.ibi:*ſed fas nõ
eſt*:doct.hîc cõcludũt ꝙ aut donatio ẽt facta cõcubinę
& valet,ex quo nõ tenebaſ vt vxor.intellige niſi dona-
tor fuerit miles,vel cleric⁹ vt.l.ij.& qđ ibi no.C.de do.
inter vi.& vxo.dixi plenius.ĩ.c.j.de cler.egro.ſed iſta
gl.ꝓcedit in mrimonio putatiuo.ita ꝙ donator crede
bat mrimoniũ tenere.Nã tũc eſt eadẽ rõ q̃ in verb. ma
trimonio:ſed ſi donator ſciebaſ mrimoniũ nõ tenere,
vel vterq̃ ſciebat:donata applicãſ fiſco.l.cũ hic ſtat⁹.in
15 fi.ff.de do.ĩter vi.et vxo.ꝙ no.¶ †In gl.ij.ibi. *rẽ alienã*
ĩtellige qñ ipam vſucapit.Itẽ ibi.*ff.eo.quod ſi vir*.vbi đr
ꝙ ſi marit⁹ dedit vxori pecuniã ꝓ refectiõe ędiũ dota
liũ,valet donatio quaten⁹ refectio poſtulat:& alios ca
ſus ĩ q̃b⁹ valet donatio ĩter virũ & vxorẽ:vide ꝑ ho.in
16 ſumma.e.ti.§.q̃ro q̃ donatiões.ver.porrò.¶ †In.gl.iij.
ibi.*ĩter parẽtes & liberos*: et hoc probaſ in.l. donatiões.
a C.de don.& hoc ꝓcedit qñ donatio[a] fit filio exiſtẽte in
b prĩs ptãte,& ñ tã q̃ bñmerito:ſec⁹ ſi fieret emãcipato[b]
vel filio in ptãte tã q̃ bñmerito,vel rõne caſtrẽſis pecu-
c lij.de quo dicẽdũ vt plenè no.per Bar.in.l.frater à fra-
tre.ff.de cõdi.inde.& in.l.j.in.§.nec caſtrẽſe. ff.de colla.
bono.vbi etiã no.ꝙ ſi pr̃ donauit filio ſcholari libros
vel pecunias ꝓ ſumptibus,nunquid debeã cõputari ĩ le
gitima ſua[c] vel nũqnid filius moriẽs poſſit de illis teſta-
ri:et dic vt ibi.aliqd de materia ẽt no ĩ.l.ex teſtõ.C .de
co.& vide ꝙ no.Hoſ.ĩ ſũ.hui⁹ ti.§..quali.inutiles. ad fi.

a ¶ Donatio propt bñmerita videlicet Bart.in.l.ſi qs pro eo.ff.de fideiuſ. & in auſ. vñ ſi perẽs. C.de in of.teſt. & ibi. Bal. cõcludes. ꝙ bñmerita debeant eẽ ęquivalẽtia donationi .& non ſtatur aſſertiõi p̃ niſi qñ eſſet aſſertio iurata. Bal.in.l. ſi donatione. C.de colla.alex.ibi reꝑhendit que firmaſ iuramẽto Bal. ĩ. l. iij. C .de vſuca. ꝙ do.& ĩ.l.ij.ff.de iureiur. & in. cõſil. ccccxxx. videſ eẽ de mẽte Abb.in.c cũm contingat. de iureiur . Alex.in. d.l.ſi donatione.et in conſil. cv .Fran. aret.in.l.placet .ff. de acqui. hæ .Bal. noue.in rub.ff. de ver.ob. Cor.tenet cõtrariũ in auſ. ſacramẽta puberũ. C.ſi aduer.ven. & ita cõſuluit Pau.de ca.conſil.ciij . cõis opi.eſt ꝙ firmaſ.

SEBA. SAPI.

b ¶ Emancipato. Vide Bar.in.l.quartã col.pe.ff.ad.l.falc. Alex.in con.cxlij. inc.circa primam co.vij.in.ij.vo.Soci.in.cõſil.xciij.in ci.circa primũ.co. añpe.in.j.parte.Ia. in.l.ſi qñ .§. & generaliter.C.de ĩof fi.teſta.

ZACHARI.

c ¶ In legitima ſua. Vide Bar.ĩ.l.filiæ cuius.C.fam. her. Bal.oĩno in.l.ĩ donatione.in.iij. col. C.de coll.& Pau. de ca. cõſ.clxxxij.

De secundis nuptiis. Rubrica.

¶ Supra in precedentibus titulis dictũ est de matrimonio in genere, nũc postremò subijcit de secũdo matrimonio vel magis ad proxima cõtinua sic. Quia diuortio facto solẽt hoĩes trãsire ad secũdas nuptias: ideo viso de diuortijs competẽti ordine subijcitur de secũdis nuptijs. & scias q̃ nedũ secũdę nuptiæ approbantur ab ecclesia, sed etiam tertiæ & vlteriores: vnde non solum bigamus & trigamus sed etiam octogamus quis effici potest: vt dicit tex. in c. aperiã. xxxj. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Secũdæ nuptiæ nõ benedicũtur, & benedicẽs puniẽdus est.* 3.
2 *Capellanus potest dici rector parochiæ qui capellæ deseruit.*
4 *Pœna benedicentis secundas nuptias est suspensio ab officio et beneficio, & nunquid sit ordinaria.* 5.
5 *Benedicẽs secũdas nupt. an ab alio quã à papa absolui possit, Consuetudo in pœnis seruanda est.*
6 *Sacramentum non est iterandum.*
Benedictio nupt. non est sacramentum, sed rei sacræ signum.
Matrimonium est sacramentum.

¶ CAP. I.

CApellanum. ¶ † Secũdæ nuptiæ nõ benedicũtur: & benedicens puniẽdus est. ¶ Casus literalis. Quædam mulier mortuo viro suo trãsiuit ad secũda vota. quidam cappellanus benedixit mulierẽ istã trãseũtẽ ad secũdũ matrimoniũ: quia secũdæ nuptiæ benedici nõ debent. Quæsitũ fuit qualiter capellan⁹ iste puniri debeat. mãdat pa. episcopo suo: quatenus capellanũ illũ ab officio & bñficio suspẽdat, & sic suspẽsum ad apostolicã sedẽ trãmittat. Ber. ¶ † No. j. illud verbũ. *capellanũ.* rector em̃ parochiæ ad quem spectat bñdictio nuptiarũ põt dici capellanus inquãtũ pręest illi capellæ: idẽ verbũ habes in c. capellan⁹. s̃. de fer. ¶ † No. ij. q̃ secũdæ nup. nõ sunt bñdicẽdæ. rõnem videbis cũ gl. & no. j. e. c. vir aũt. ¶ † Sed q̃ro pro intellectu literæ nũquid ista pœna supẽsiõis ab officio & beneficio sit ordinaria. ¶ † Itẽ nũquid benedicẽs sit semper mittẽdus ad sedẽ apl̃icã: dic q̃ nõ. Fuit em̃ ista quędã prouisio apl̃ica: vñ pœna hoc casu est arbitraria. Et per hoc infertur q̃ ista suspensio de qua in tex. nõ infligitur ipso facto: vt voluit host. et bene. licet quidã cõtra. quinimo ex grauitate pœnæ putat Io. an. istũ. tex. procedere cũ viuẽte prima sacerdos benedixit secũdas nuptias. hoc tñ dicit ex antiqua non patere: & ideo satis puto quod prædixi: vt hodie attẽtis circũstantijs & loci cõsuetudine imponatur pœna arbitraria. ¶ † In glo. ibi *quia sacramentum non debet iterari.* sentit per hoc gloss. q̃ benedictio quæ impeditur nuptijs sit sacramẽtum quod nõ approbat Io. an. & bene. Non enim reperitur inter septem sacramenta ecclesiæ de quibus per glo. in c. veniẽs de trãsac. & glo. in c. j. s̃. de cõiug. ser. & per Io. an. super rub. de sacra. nõ ite. sed potius est quoddã sacramẽtale: id est sacræ rei signum. ipsum tamen matrimonium sacramentum est vt in c. debitum. de biga. & vide ad hanc materiã quod no. j. eo. c. vir autem.

ZACHARI.
a ¶ Sola em̃ mors naturalis. Adde quod not. ĩ. apost. ad istũ post eum in c. in. pũtia. nu. ij. in apostil. ver. in sola em̃ morte. s̃. de spõs.
d ¶ Cõdẽnandus. Adde Bar. ponentem istam practicam Inno. & Ioã. an. in. l. qui in alterius. ff. de re, iuris, & in. l. properandum. §. fin aũt. C. de iudicijs. Bal. in aut. generaliter. C. de epi. & cleri: per Bart. in. l. non ignorat. C. de fru. & litis p expensis.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de morte cõiugis nisi certificetur. contrahere nõ debet, & si cõtraxit reddat sed non exigat debitũ: & si postmodũ sciat primã viuere, dimittat secũdam.* 4. 5.
2 *Matrimonium non soluitur propter captiuitatem, etiam apud infideles, & hoc de iure canonico: secus est de iure ciuili. Matrimonium sola morte soluitur.*
3 *Captiuus & incarceratus matrimoniũ cõtrahere põt, dumõ vis non inferatur. & quid de alijs contractibus*
4 *Secundam vxorẽ dimittere non debet quis nisi certioratus de morte primæ & certioratus si non dimittit, committit adulterium.* 5.

¶ CAP. II.

1 DOminus. ¶ † Dubitãs de morte cõiugis nisi pri⁹ certificetur cõtrahere nõ debet: & si cõtraxit, reddat sed non exigat debitum, & si postmodũ sciat primã viuere, dimittat secundã: & tria sunt dicta. secundũ ibi: *Sanè.* tertiũ ibi: *quod sic.* ¶ Casus literalis. Quidã christiani erant in captiuitate saracenorũ. quidã de his coniugati nulla certitudine habita de morte vxorum contrahebãt secunda matrimonia. Quærebatur an deberent sic remanere cõiuncti. Rñdet papa: vt nullus ammodo præsumat ad secundas nuptias cõuolare, donec ei constet q̃ vxor sua de hac luce decesserit: si verò aliquis vel aliqua hoc nõ seruauerit & dubitet adhuc de morte prioris coniugis, ei cui nupsit debitũ non denegetur postulanti: sed nullatenus exigat ab eadẽ. Si verò postea cõstiterit devita prioris coniugis, statim eã relinquat, & ad priorẽ coniugem
2 reuertatur. Ber. ¶ † No. primò iuncta suprascriptione q̃ propter captiuitatẽ etiã infideliũ nõ dissoluitur matrimoniũ de iure canonico: licèt secus esset de iure ciui
d li: vt in. l. nõ sicut. ff. de cap. Sola cm̃ mors naturalis [a] separat matrimoniũ. vt in. c. j. & ij. xxxij. q. vij. & in pe. &
3 vlt j. eo. ¶ † Secundò not. q̃ existens in captiuitate põt cõtrahere matrimoniũ. Ex quo infertur q̃ existens in carcere põt matrimoniũ cõtrahere, & tenet matrimoniũ: ex quo vis non infertur in matrimonio cõtrahendo. Et ex hoc infero q̃ si matrimoniũ tenet quod requirit libertatẽ maximã. vt in. c. cũ locũ. s̃. de spon. fortius tenebũt alij cõtract⁹ in carcere gesti. de quo vide quod dixi in. c. cũ locũ. prealleg. & quod no. in. l. in carcere. ff.
4 quod me. cau. ¶ † Tertiò no. q̃ contrahẽs cũ secũda nõ habita certitudine de morte prioris cõiugis non debet illico dimittere secũdã: sed debet debitum reddere: nõ aũt exigere: quod intellige. vbi verisimiliter dubitat de
5 morte prioris. ¶ † Vlt. no. q̃ si quis pendente cõtractu cũ secunda certificatur de vita prioris, si nõ illico dimittit secundã cõmittit adulterium: licèt à principio non fuerit in dolo. Et facit iste tex. in arg. q̃ licet à principio litigij quis fuerit in bona fide. si tñ in processu causę instruitur de iniustitia sua & cm̃ nõ deserit, ex tunc re-
e nit condẽnandus [b] in expensis: pro hoc bo. text. in. l. si quis inficiatus. ff. depo & ibi per Bar. & ad materiã huius. c. vide quod plenè dixi in. c. in pręsentia. s̃. de spon.

SVMMARIVM.

1 *Benedici nõ debẽt cõiuges, si alter eorum fuit benedictus.*
2 *Bigamus dicitur non tãtũ vir, sed & vxor quæ ad secundas nuptias transit.*
3 *Benedictus trahit ad se nõ benedictũ, sed hoc indistinctè non sequitur. quia vinũ mixtũ sanguini domini nõ efficit sãgus Benedictio iterari nõ debet, & iteratur si alter coniugum fuit. aliãs benedictus.* 6.
4 *Vnctio extrema sacramentum est: & tamen iterari põt. quia per eam character non imprimitur.*
5 *Pœnitentia iteratur, sed non solennis.*

¶ CAP. III.

1 VIr autem. ¶ † Breue est vel sic. Si vnus ex coniugibus
2 fuit aliãs bñdictus, nõ debẽt cõiuges de nouo bñdici. ¶ † Not. q̃ non tm̃ vir sed etiã mulier dicitur transire ad bigamiã
3 cũ trãsit ad secũdas nuptias. ¶ † Not. ij. ar. optimum ex tex. q̃ coniunx aliãs benedictus in primo matrimo. cõmunicat benedictionẽ suã secũdę vxori: vñ tex. hîc dicit q̃ isti sunt bñdicti: licet alter ipsorũ tm̃ fuerit bñdictus. sicut in simili dicitur. q̃ si oleũ nõ cõsecratũ admiscetur oleo cõsecrato. totũ efficitur consecratũ. vt in. c. quod in dubijs. de cõsec. eccle. vel alta. In cõtrarium tñ facit quia maritus licet cõicet vxori actiones spũales nõ

tamen

tamen passiones: vt no. glos. in c. j. de cog. spiri. lib. vj. facit. c. cùm marthæ. & quod ibi dixi de cele. mis. vbi patet ꝙ si vinũ additur sangini christi post consecrationẽ nõ efficit sanguis: vnde verior ratio videt. ꝙ cũ ista benedictio sit cõmunis marito & vxori ex quo alter fuit benedictus, nõ debet benedictio iterari: ꝙa iterare ẽt
4 in persona aliâs benedicta. ¶ †In gl. fi. ibi. *non sit sacramentum.* no. quia gl. vult ꝙ extrema vntio nõ sit sacramẽtũ cuius cõtrariũ no. in c. veniens. s̃. de trãsac. vbi gl. met. enumerat istud inter septẽ sacramenta. & ponit Ioã. an. super rub. de sacra. nõ ite. Sed ꝙa in isto sacramento nõ imprimitur character, ideo põt iterari sine ipsius
5 iniuria secũdũ Io. an. & bene. & tene mẽti in hoc istã gl. ¶ †Item no. gl. in eo qđ dicit ꝙ solẽnis pœnitẽtia nõ debet iterari. & intellige de pœnitẽtia solẽni & publica. de qua in. c. in capite. l. di. quæ non imponit nisi pro scelere adeo graui ꝙ cõmouet totã vrbem. vt ibi no. & vide ad materiã. qđ no. in. c. q̃uis. alle. in gl. ¶ Vltimò no. ex gl. qđ etiã si virgo ducit in vxorẽ à trãseunte ad secũdas nuptias, nõ debẽt tales nuptiæ benedici, nisi subsit consuetudo loci quam papa scit & tolerat. Et no. ꝙ in consuetudine exigitur tacitus consensus papæ. cuius contrariũ no. gl. iiii. di. c. in istis §. leges. Sed concordando dic istã glo. procedere in sacramentalibus. & in hoc tenebis semper menti istam glo.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Mulier nubens intra annum lugubrẽ hodie infamiã non incurrit. 2.*
2 *Mulier debet lugere virum defunctũ per annum, & vestes lugubres deferre, sed hodie aliud est.*
3 *Vxor morte viri à lege ipsius soluitur.*
4 *Apostolorum dicta præferenda sunt legibus ciuilibus etiã in decisionibus causarum.*
5 *Verba ista nubat in domino significant quòd nubere possit secundũ deum & leges christianorum.*

¶ *CAP. IIII.*

2 SVper illa. ¶ †Mulier nubens intra annũ lugubrem infamiã nõ incurrit. hoc dicit cũ seq. Ponit q̃stinem cui respondet ibi: *respondemus.* ¶ Casus literalis Secundũ leges. si mulier mortuo marito intra annũ nubat an debeat dici infamis? respõdet pa. ꝙ cùm dicat apostololos. mulier viro suo mortuo soluta est à lege viri sui, nubat in domino cui vult. ex licentia & authoritate apostoli omnis infamia abolet: nec debet legalis infamia sustinere iacturã. cũ in his sacræ leges non dedignan
2 tur sacros canones imitari. B. ¶ †No. j. ꝙ mulier debet per annũ lugere mortẽ mariti: hodie tamẽ est sibi remissus omnis luctus & solennitas vestis lugubris: vt habetur in. l. decreto. C. ex quib. cau. irro infa. & tenet luctum ducere in vita viduali dumtaxat. vt ibi
3 habetur. ¶ †Secũdò no. ꝙ illico post mortẽ mariti soluit mulier à lege ipsius. vnde in alio seculo nõ recognoscunt se pro coniugi-
a bus: vt in. c. illicitè. xxxij. q. vij. ¶ †Item no. ꝙ dicta apostoli[a] sunt
4 præferenda legibus ciuilibus etiã in diffinitionibus causarũ occurentiũ quod satis põt procedere generaliter in istis spiritualibus.
5 ¶ †Sed quæro. qd intẽdat iste tex. cũ dicit nubat in domino? Sol. dicendũ est ꝙ potestas est sibi indulta vt tandẽ nubat regulariter. s. secũdũ deũ & leges christianorũ. & materiã huius. c. videj. c. seq.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Leges ciuiles & præsertim in spiritualibus subijciuntur apostolorum dictis & canonum.*
2 *Prohibitum ad tẽpus, prohibitum dicitur.*
Concessum simpliciter, concessum videtur sine tẽporis præfinitione.
3 *Pœnæ variæ imponebãtur per leges Mulieri nubẽti intra annũ luctus, & an hodie per istud. c. sublatæ sint?*
Annus luctus incipit à die mortis mariti.
Imperator non habet facultatem interdicẽdi matrimoniũ etiã ad tempus.
4 *Cõmunis opi. doc. seruari debet, & in iudicando vel consulendo graue est ab ea recedere.*

¶ *CAP. V.*

1 CVm secundum apostolum

¶ Summatur vt prẽcedẽs. & prẽmissa rõne ponit dictum, & soluit obstaculũ. ¶ †No. ꝙ leges ciuiles in istis præsertim spiritualibus subijciuntur di
2 ctis apostoli & canonum. ¶ †Not. ij. ꝙ illud quod prohibet ad tẽpus põt dici prohibitũ: & illud qđ simpliciter concedit, videt cõcessum sine tẽporis præfinitione. Et p̃ istã rationem quæ ponit in fine literæ dicit hîc no. Io.
b an. ꝙ oẽs leges ciuiles[b] quæ ex aliqua speciali causa prohibẽt matrimonia cõtrahi: vt intra tẽpus luctus propter turbationẽ sanguinis: vt in. l. liberorum. ff. de his qui no. infa. vel ne suspitio ex festinatione oriatur marito: vt in auth. de resti. & ea q̃ pa. in. xj. mense. §. verũ. Itẽ in matrimonio interdicto inter pupillã & tutorem seu curatorẽ & liberos eorũ: vt. C. de interdi. ma. inter tutorẽ & pup. per totũ. Itẽ inter rectorẽ prouincię & prouincialẽ: vt. C. si rec. prouin. l. j. recipiunt correctionẽ à lege canonica. Et no. bene hoc dictum. & tenebis semper mẽti. ꝙ hodie licitè contrahit matrimonium inter pupillã & tutorẽ seu curatorem, seu eorũ liberos, vel alias personas. s̃. numeratas. Itẽ ꝙ lex secullariũ nõ põt prohibere matrimoniũ ad tp̃s, vel etiã inter certas personas: & idẽ per oĩa sequit Federi. cõsil. xxxv.
3 ¶ †In gl. ij. ibi. C. *de secũ. nup. l. j.* pro euidẽtia scias ꝙ multæ pœnæ inferunt mulieri transeunti ad secundas nuptias intra annũ lectus. i. intra annũ à die mortis mariti cõputandũ. nã efficiebat infamis tã ipsa q̃ secundus maritus: & nõ poterat dare marito secũdo in dotem vltra tertiã partẽ bonorũ suorũ, nec sibi relinquere in testamẽto. Itẽ mulier non poterat capere hæreditatẽ, legata, fideicõmissa, & donationes causa mortis. & perdebat omnia sibi donata & relicta à marito. primò istę pœnæ habẽtur in. l. j. & ij. C. de secun. nup. Aliæ etiã pœnę inferunt mulieri trãseunti ad secũdas nuptias post annũ si habet liberos ex primo matrimonio. de quibus in. l. fœminę. & in. l. hac edictali. & in. l. fin. & in auth. ij sdẽ pœnis. C. eo. & in auth. de resti. & ea quæ pa. in. xj. mense. & in auth. de nupt. §. qa verò hactenus. & in. l. omnẽ matri. C. ad tertul. Vnde nũc dubitatur vtrũ p̃ hoc. c. sint sublatę oẽs pœnę.[c]
c gl. variat. vt hîc vides. Inn. & cõiter alij doct. sic distingũt. ꝙ pœnę impositæ in odiũ secũdi matrimonij, seu propter festinationem: vt quia voluit cõtrahere intra annũ luctus, sint sublatæ. nã ex quo mulier licitè cõtrahit, nõ debet ex cõtractu licito & permisso sustinere iacturam. & sic hodie sunt sublatæ pœnæ de quibus. in. l. j. & ij. C. de se. nup. sed pœnę apd positæ feuore filiorũ[d] vt sunt illæ quę apponuntur mulieri trãseũti ad secũdas nup. post annũ nõ sunt hodie sublatæ: quia nõ sunt appositæ in odiũ matrimonij, sed fauore ipsorum filiorũ. & cũ hac opi. vident trãsire Bar. & gl. in. d. l. liberorũ. & in. l. j. C. de secũ. nupt. licet aliud senserit gl. in. l. decreto. C. ex q cau. ir. infa. Reperio Bal. in. d. l. decreto. referentẽ ꝙ Rayne. de forli. solennis legũ doct. & Pau. de leaza. doc. decret. satis famosus tẽpore suo consuluerũt. ꝙ si orit incertitudo prolis habent locũ oẽs pœnę legales: vt qa mulier peperit in vndecimo mense post mortẽ mariti. nã põt attribui primo & secũdo: quia in nono & septimo põt mulier producere fœtum cõpletũ: vt in. l. septimo mẽse. & qđ ibi no. ff. de sta. ho. & sic mulier volẽs euitare illas pœnas debet saltẽ differre per tres mẽses: & licet

✣ SEBA. SAPI.
a ¶ Dicta apostoli. Quod corrigãtur leges ciuiles quæ imponũt pœnam mulieribus nubentibus intra annum luctus. firmat Feli. in. c. ecclesia sanctę marię. col. xix. ver. limita quarto regulam. s̃. de consti. post Abba. ibi.

✣ SEBA. SAPI.
b ¶ Leges ciuiles. nũ quid huiusmodi pœnæ cessent si testator dedit licẽtiã nubendi. vide Ias. in. l. filium quẽ habentem in. vj. col. l. ñ. no. C. fa. her. aliquid per eundem in. l. ñ. col. vlt. C. de indi. vidui.

c ¶ Omnes pœnæ. Adde ꝙ pater in suo testamẽto põt ordinare ꝙ vxor nubendo intra tẽpora luctus nõ incurrat pœnas impositas in fauorẽ filiorũ. Bal. in. l. filium quẽ habentẽ. C. fa. hercis. & ibi. Paul. de ca. melius loquitur Bal. in. l. j. §. correctionem. C. de secun. nupt: per Ro. in cõsil. ccxix & idẽ est quãdo nubit de cõsensu filiorũ. gl. in authẽ. de nõ el. secũ. nu. quã sequuntur Bald. & Ang. in. l. mater. C. ad ter. Et pœna secundo nubentiũ intra annũ luctus non habet locum in masculis, secus in pœnis inductis in fauorem filiorũ. secundum gl. & Bal. in. l. fœminæ. C. de secun. nupt. licet Bald. in anthen. vnde si parens teneat contrariũ. C. de inof. test.

SBBA. SAPI.
d ¶ Fauore filiorum Vide Pe. de Anch. in cõsi. xcv. xcvj. inci. ex prædicto themate. in princ. cum multis alle. p Feli. in. d. c. ecclesia sanctæ mariæ. col. xix. ver. prima declaratio. s̃. de cõsti.

Bal.hã opi.simpliciter nõ approbat.in.d.l.de creto.sed sola recitatione sit cõtẽtus: tñ in.d. l.liberorũ.eã approbat.& eã sequit Pe.de ancha.in repe.c.canonũ statuta.de cõsti.Et videtur prima fronte hæc opi.multũ probabilis. nã ex causa interdicit ad tps vsus matrimonij cõtracti.v.di.c.ad eius verò.& no.xxx.q.iiij. in summa.fortius ex causa põt matrimoniũ contrahẽdũ ad tps impediri.Sed iudicio meo ista litera multũ obstat:dum dicit q intra tẽpus luctus liberè põt mulier cõtrahere.vnde pondera illã dictionẽ. *intra*: quę apertè denotat licẽtiã cõcessam in qualibet parte anni.Si ergo mulier licitè à principio nupsit, nõ debet deludi authoritate legis: vt sic ex incertitudine quæ postmodũ orit debeat incurrere pœnas legales,& q̃q̃ ista litera loquat de infamia: tñ ratio literæ est vniuersalis quo ad omnes pœnas:probatur hoc satis in antiqua. dum papa prohibuit ne ad iacturã vel infamiam allegaret iste trãsitus ad secũdas nupt. contra istã mulierẽ: & si audacia cõcederet, tenerẽ contra cõem opi.q etiã pœnas inflictas fauore filiorũ mulier nõ deberet incurrere.primò.qa fauor filiorum nõ debet esse causa puniẽdi mulieres,vel impediẽdi matrimoniũ à deo cõcessum.Itẽ ex defectu potestatis statuẽtis.nã imperator nõ habet potestatẽ interdicẽdi matrimoniũ ad tps, vel apponendi pœnã p quã tollit indirectè libera facultas contrahẽdi.facit qđ no.Io.an.in.c.statutum.de hæreti.li.vj.nec lex tollit hoc casu lucrũ qđ ipsemet impẽderit:sed tollit relicta vxori ab ipso marito:& sic sumus extra gl.c. cùm secũdũ leges.de hære.li.vj.Nõ enim negari põt quin ex istis pœnis etiã inflictis fauore filiorũ intimidet matrimoniũ & tollat libera contrehẽdi facultas:& sic posset mulier incurrere peccatũ fornicationis, abstinendo se à secundo matrimonio,ne incurrat pœnas iuris.Admitterẽ tñ illas pœnas quas incurrit ex facto suo:vt puta quia obligauit se ad tutelam filiorũ,& postmodũ non reddita rõne nec petito tutore filijs trãsiuit ad secũdas nuptias: vt in.d.l.omnẽ matri.& in.d.aut.eisdẽ pœnis.nã nũc nõ punit quia cõtraxit.sed qa non licitè administrauit,sicut tenebat administrare. ¶ † In iudicãdo tamẽ vel consulẽdo graue esset recedere à cõmuni opi.doc.quam nõ reperio in hoc per aliquẽ violatã:& ideo nõ attẽtarem venire cõtra opi.doc.tantorũ. Et ista sufficiãt quo ad finẽ libri. Ad laudem dei omnipotentis,nec non sanctæ & indiuiduæ trinitatis patris,& filij,& spiritussancti, ac glorioſæ Mariæ virginis,& beati Sebastiani,totiusq curiæ triumphantis.Amen.

FINIS COMMENTARIORVM PANOR.

in Quartum Decretalium.in ciuitate Senarum traditorũ.Sequuntur Commentaria eiusdem in Quintum.

¶ Nicolai de Tudeschis.Siculi: Abba. Monecẽ. Archiepiscopi Panormitanæ sacrosanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis Cõmentaria in Quintum Decretaliũ: cũ Apostillis & summariis hactenus apponi solitis. Adiectis nouiter Apostillis egregij vtriusq censurę doctoris Sebastiani Sapię Genuensis Feliciter exordiuntur.

a *De accusationibus,* [a] *inquisitionibus,& denuntiatio.Rub.*

¶ Hæc rub.cõtinuari potest duobus modis.primò ad præcedẽtia.secundo ad sequentia.Et primò.ſ.visum est de accusationibus ciuilibus:sequitur videre de criminalibus.vel sic.& secundò ad sequentia. Tractaturus auctor in quinto de criminibus & pœnis eorũ: quia super eis quandoq proceditur per accusationem,quandoq per inquisitionẽ: quãdoq per denunciationem:ideo primò de his pręmittit.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio personarum ante omnia discutitur in iudicio.*
2 *Exceptio de illegitimatione personæ est dilatoria. & idem in exceptione tua non interest:& ideo debent proponi ante litem contestatam: aliàs secus.nisi post venerit in notitiam.*
3 *Accusatus si quam exceptionẽ habet cõtra accusatorem debet illã opponere ante contestationem litis:aliàs secus. nisi de nouo venerit in sui notitiam.*
4 *Accusator non debet esse criminosus,nec malæ famæ,nec inimicus.*
5 *Accusator criminosus repellitur de iure canonico ab accusando quãdo prosequitur vindictam publicam,secus si propriam:quia tunc quilibet criminosus admittitur.6.*
6 *Criminosus an possit alium criminosum accusare?*
7 *Infamis tam infamia iuris quàm facti repellitur ab accusando secundũ canones:sed secundũ leges tantum repellitur infamis infamia iuris.*
8 *An quælibet inimicitia repellat accusantem?*
9 *Mulier,pauper,& pupillus regulariter non admittuntur ad accusandum: nisi fortè prosequendo iniuriam propriam.10.*
10 *Minor.xx.annis non repellitur ab accusando:licet repellatur à testificando in criminalibus.*
11 *Pauper quando repellatur ab accusando:& quis dicatur pauper?& multa in hoc relinquuntur arbitrio iudicis.*
12 *Accusator quando repellitur tanquàm indignus:absoluitur accusatus ab obseruatione iudicij.*
13 *Accusatus non tenetur cõparere ad instantiam illegitimi accusatoris. Iudex potest repellere illegitimum accusatorem ex officio suo:licet nõ petatur à parte quiá concernit nõ solum commodum priuatum: sed etiam honorem suum.*
14 *Iudicium agitatum cum illo qui poterat exceptione repelli & non fuit repulsus,valet & tenet.*
15 *Accusator si post inchoatam accusationem efficiatur illegitimus: non repellitur à iudicio.*
Accusatus si post inchoatam accusationẽ incœperit habere aliquod priuilegium,potest illo vti vt à tali accusatione excusetur.

¶ CAP. I.

I legitimus.

¶ Hoc dicit in summa.De persona accusatoris prius est quęrẽdũ in iudicio: vel aliter & sic ad petitionẽ illegitimi accusatoris reus nõ est ad iudicium trahendus Et non diuidit. ¶ † No.primò [b] ex text.q ante omnia quęrendũ est de legitimatione personarũ cõtẽdere volentium in iudicjs.ff.de testa.l.si quæramus.ij.q.j.c.in primis.cũ concor. ¶ † No.secũdo. ibi. *non fatigetur &c* .arg.q exceptio de illegitimate accusatoris est dilatoria [c] & ideo est proponẽda ante lit.conte.facit text.in.l.si maritus.§ pscriptiones.ff.de adul.in.c.exhibita.de iudi.facit quod in simili no.glo.in.c.j.de elec.li.vj.& plenè in.c.exceptionẽ.de except.& gl.in.l.reũ.C.de procu.Bar.tenet in.l.j.§.accusationẽ.ff.ad turpil.Idem de illa exceptione tua non interest: [d] vt no.gl.in.c.ex parte adę.de testi.& per Inn.in.ç.super his j.eo.& si omittitur hęc exceptio ante lit.contest.postea proponi non põt: [e] vt no.in iuribus præalle.Ego puto hoc verũ,nisi ignorauerit hanc exceptionem sibi

a ¶ De accusationibus. Ista rubri.de accusationibus.est prima rub. quinti libri.ideo cũ omnibus suis rub. vsq ad finẽ debet postponi. de sponsalibus Andr. Barba,

b ¶ No.primò. Vide Bal.in.l.damni. §.si alieno.ff.de dã. infec. Andr.Barb.

c ¶ Dilatoria.no.q exceptio non legitimi procuratoris est dilatoria. vide quod no.Bar.in.l. si quæramus.ff.de testa.l.si quis libertatem,de peti.hæred.l.ñ-C.de ædil. edi.& quæ dixi in c.exhibita.de iudi. Andre.Barba.

SEBA.SAPI.

c ¶ Dilatoria.Vide Feli.in.c.exceptionem. col.xiij. ver. itẽ exceptio nõ potest.ſ. de exce.vbi tãgit an exceptio, tu nõ potes accusare.impediat litis ingressum.& de exceptione tua non interest.vide Moder. in.l.ille à quo. §.si de testamẽto. ff.ad trebel.

ZACHARI.

d ¶ Tua non interest. Adde an talis exceptio impediat litis ingressum. Alex.post Bart.in l.posthumus. verſ. si quis. vbi plenè de hac excep.& q sit dilatoria. ff. de inoffic.test. Pet.de ancha.in cle.cõstitionem. de elec.& Bar.in.l.si pupilli. §. videamus. ff. de inoffi.testa.

e ¶ Non potest.Adde an exceptio dilatoria omissa ante lit.cõte.possit postea opponi Lud. ro.consi.clxix.

nem sibi cõpetere: & tũc in posterũ admittat: pro hoc gl. no. iij. q. vj. c. si qs episcoporũ. § exceptio. & ĩ. c. ad audiẽtiã. el. ij. de rescri. &
3 qđ no. in. c. ij. de ordi. cog. facit optimè. c. nulli. de elec. li. vj. ¶ † Et idẽ p omnia qđ. s̃. dictũ est de accusatore dicẽdũ est de accusatore. vt si habet beneficio personæ aliquã exceptionẽ contra accusatorem debeat eã proponere ante lit. conte. seu anteq̃ nomẽ receptũ sit inter eos: postea verò non auditur in. l. hos accusare. § hoc beneficio. ff. eo. sed puto limitandũ: vt. s̃. dixi. quãdo sciebat & nõ ex
4 cœpit. ¶ † In gl. j. in fi. hæc gl. in effectu ponit tres qualitates illegitimationis accusatoris. prima quia nõ debet esse criminosus. secunda. quia debet esse bonæ vitæ, & non malæ famæ. tertia. quia
b tor? [b] Fede. de se. consi. xxiij. cõsuluit ꝙ nõ. qa finis accusationis tẽdit ad depositionẽ nõ ad priuationẽ beneficij tm̃: vt hîc. Item quando agitur vt solũ priuet beneficio: hoc videtur attẽtari propter inhabilitatẽ: ipsius clerici: non autem prĩcipaliter vt delictũ puniat: hinc est ꝙ parrochianus vel patronus potest hoc mõ agere contra clericũ vt priuetur beneficio: vt ipse Feder. not. consi. xxiij. aliâs. xxviij. & vt dixi in. c. illa. s. eo. & in. c. ex parte adæ. s. de testib. pro hoc dicto ꝙ dicatur agi ciuiliter: ego allego tex. expressum. in. c. per tuas. el. j. j. de simo. in ver. tales. vbi tex. not. dicit ꝙ non agebat criminaliter vt deponeretur ab ordine, sed ciuiliter vt ab administratione amoueretur tanq̃ immeritus & dãnosus: & ille est text. in iudicio meo valde singularis: vt licet tẽdatur ad bonum publicũ & non ad commodum priuatũ: nihilominus dicit agi ciuiliter: ex quo non agitur vt imponat poena naturalis ipsius delicti: imò (vt dixi) nõ videtur agi vt poena imponatur: sed potius vt immeritus amoueatur: dicit tamẽ hîc. do. Anto. ꝙ si poena delicti esset tantũ priuatio beneficij: puta si statutũ dicit quòd si quis luserit ad azardum priuetur beneficio: tunc satis accusatio dicitur criminalis. quia agitur ad poenam naturalem ipsius delicti. quod

5 satis puto verum: nec Feder. sentit oppositi. ¶ † Opponi. contra text. & contra prædicta. & videtur ꝙ contra petẽtem confirmationẽ vel consecrationem non possit excipi de crimine: quia exceptio est propriè actionis exclusio vt in. c. ij. de ordi. cogno. & in. l. ij. ff. de except. sed ille qui petit consecrationem vel confirmationem, nullam actionem intentat: sed tantũ hoc petat competit à iudice Sol.

c dicit Inno. ꝙ ista exceptio [c] est facti, seu intentiõis: vnde non est propriè exceptio: sed est proponenda: & ea proposita debet iudex supersedere donec examinetur huiusmodi exceptio. & etiam facit ad ea quę no. in. c. super eo. de elect. ¶ In gl. j. ibi: *& quartum modum habes scilicet per inquisitionem, &c.* & secundũ hoc papa fuisset diminut⁹. & iõ dic melius secundum doct. quia aliud est quærere

quo

SEBA. SAPI. b ¶ Interuenire procurator. Idẽ tenet Bal. in. l. non solũ. §. fi. ff. de procu. de quo per Mode. in rubri. s. de iudi.

SEBA. SAPI. c ¶ Ista exceptio. vide quę scribit Fel. in rub. s. de excep. vbi latè an excep. facti seu intentiõis sit propriè exceptio.

modis possit opponi de crimine,aliud quot modis possit agi de crimine: nam crimen propriè non opponitur nisi altero istorũ trium modorũ de quibus in tex.sed agi potest de crimĩe multis modis: & tũc ẽt cõgruè addit quartus modus adiectus ĩ gl.quasi doc. velint dicere & bene, ꝙ opponere denotat factũ partis:sed in inquisitione hoc cessat.& ideo non congruè adaptatur ad tex.nostrum.habemus ẽt secũdũ Io.An.aliũ modũ actionis per quẽ quis petitur remoueri à beneficio suo:vt in.c.q̃relã.s̃. de ele. & dic ꝙ verbum accusatio positum in tex.debet intelligi largè vt cõprehendat strictam accusationẽ quando agit ad vindictã publicã.& ẽt vt cõprehendat accusationẽ largã quãdo solũ agit vt priuet beneficio suo: illã em̃ nõ est stricta accusatio: qa nõ intẽdit ad depositionẽ ab ordine. ¶ In gl.ij.ibi: *in crimine abigeatus*. hoc crimen committit cũ qs abigit:id est profugit seu repellit gregẽ cũ pãno ru
a beo,vel alio mõ quẽ postea furatur cũ socijs. [a] ¶ In ead. gl.ibi: *quæ apparitores referunt*: expone apparitores.i. nũtij publici.& iste casus non rectè excipit secundũ doc. qa lex loquitur in denũtiatoribus qui denũtiauerũt crimina notoria:nec eis creditur nisi in notorijs : vt.l.ea quidem. alleg.in gl.canonizata.iiij.qõ.iiij.c.aliquando.& vide qd
6 no.ibi.¶ † Sunt & alij casus excepti in quibus non est necessaria inscriptio, vt si agatur de adulterio quando maritus accusat iure mariti.l.quamuis.C.de adult.secus si accusat vt extraneus:vt in.c.tuę.s̃.de procu.qd sic debet intelligi secũdum Host.Itẽ fallit cũ qs accusat de falsa moneta.l.j.C.de fal.mo.Itẽ fallit cũ quis accusat rõne officij vt tutor seu curator qui non punit.licet deficiat, nisi eui dens sit calumnia:vt.l.ij.C.qui accu.non pos. Item cùm quis prosequitur mortẽ illius cui succesit ne priuet hæreditate.ff.de his qui.vt indig.l tutor.Itẽ cũ mulier vel tutor ꝓsequit iniuriã propriã vel suorũ.ff.ad turp.l.j.§.ac-
7 cusationẽ.¶ † In ea.glo.in fi.aduerte ꝙ triplex reperitur in hoc opi.vt no.in.l.fi cui.ff.eo.& in.l.in causis.C.e.nam quidã dicunt ꝙ inscribere est qñ accusator profitetur in fine libelli accusationis se perfectũ libellum dedisse, ꝑ qd statim intelligit obligat9 ad talionẽ. Alia est opi.ꝙ inscribere sit cũ profitet & promittit de ꝓsequẽda accusatione vsq; ad fi. Tertia opi.est illa quæ tangit hîc ĩ gl.vt obliget se ad pœnã talionis.& hanc dicit Io. And.tenendam.
8 quæ satis probat in.c.tuæ.de procu.in fin. ¶ † Sed circa hoc q̃ritur:nunquid inscriptio ad pœnã talionis sit neces
b saria [b].Ioã.An.iiij.q.iij.ĩ.c.inscriptio.dicit ꝙ sic.& facit.l. qui crimẽ.C.qui accu.non pos.&.ij.q.viij.c.quisquis.sed Accur.in.l.ij.C.de fide instr.& ĩ.d.l.in causis.C.de accus. cõcludit ꝙ licet nõ fiat inscriptio deficiens tamen in accusa.debet puniri pœna talionis:& est hæc cõmunis opi. hoc ẽt sentit Bart.in.d.l.fi cui.& Io.And.hîc.Et pro hoc adduco tex.ij.q.iiij.c.qui non ꝓbat.& dicit Spe.ĩ ti.de accusa.ver.itẽ ꝙ nõ rectè.ꝙ hodie in multis locis nõ seruat
c ista solennitas inscriptiõis: [c] & satis põt tolerari.per.l.ordo.ff.de publi.iudi.& p.l.hodie.ff.de pœnis.vñ aũt dicat talio,& quid est dicere:ꝙ ꝓpriè talio est idẽ ꝙ representatio seu cõsimile:quia quis debet pati cõsimile ei9 qd in-
9 fert,siue iniuriam siue beneficium secundũ papã. ¶ † In gl.in versi. *accusatore*. ibi. *accusare non debet*. hoc est verũ est nisi prosequeretur iniuriam propriã:qa tunc non repellit prætextu criminis.iiij.q.vj.oĩbus.& dixi in.c.j.s̃.e.
10 itẽ in casu.c.nulli.s̃.eodẽ.¶ † In ea.gl.ibi. *sed ab excipiendo non repellitur*. pondera gl.quia sentit quẽ posse excipere contra electum seu confirmatũ:licet sit criminosus:& licet prosequatur interesse publicũ.aliâs gl.nõ aduersatur principio.Sed Inn. circa hoc multũ laborat nunquid criminosi possint excipere de crimine contra electũ seu confirmatũ.& primo dicit ꝙ nõ debet admitti criminosus nisi prosequatur interesse propriũ : vt quia ille cõtra quẽ excipit est suus futurus prælatus,vel aliud ꝓpriũ interesse prætendit.Et no.singulariter hoc dictum ꝙ subditus excipiendo de crimine, agendo contra prẹlatũ suũ
d dicitur prosequi proprium interesse [d]. & sic non dicitur reus excipiens voluntarius: facit quod dixi in.c.cũ inter. de excep.&.c.dilecti.e.ti. Et pro primo dicto ꝙ crimino sus prosequens interesse publicũ non admittatur ad excipiẽdũ:inducit Inn.ꝙ iste excipiens voluntarius tenet vices accusatoris:vt no.in.c.super eo.de elec. vnde sicut accusator repellitur prætextu criminis:ita & iste voluntarius excipiens:& pro hoc videtur tex.in.c.illud.xxiij. di. nec ob.tex.in.l.apud celsum.§.marcellus.ff.de do.except.
11 & quod no.ĩ.c.dilecti de excep.¶ † Quòd cõtra excipiẽtẽ de crimine:non ob.replicatio criminis: quia illud verũ est qñ alius agit contra excipientem : sed ille qui petit confirmationẽ vel consecrationẽ nihil petit ab excipiente.Refert secũdò Inn.alios tenere contrariũ quos ipse sequitur,vt criminosi admittantur ad excipiendũ:quia ille qui petit confirmationem vel consecrationem , si habet aduersarium debet dare libellũ & litem contestari: & sic agit:ergo contra excipientem de crimine non debet admitti replicatio criminis:vt in iuribus præalleg.non ob. secundum eum.c.illud.prẹallega.vbi dicitur quòd prius sunt examinandæ personæ quæ obijciunt crimina:quia
a secundum eum non debent examinari nisi an habeãt probationes in promptu , ne diu differatur prouisio ecclĩæ vel debeant examinari an veniant bono zelo:an per inuidiam vel odium:sed Archi.bene prosequendo hanc materiã in.d.c.illud.cõcludit quòd quando criminosus pro
12 sequitur suum interesse admittit ad excipiendũ. ¶ † Et plus dicit ꝙ etiã procurator capituli nõ admittit si canonici sunt conspiratores seu criminosi.& hanc opi.sequit hîc Io.An.& videt verior.vt distinguamus an prosequat proprium ĩteresse,& admittatur:an publicũ,& possit repelli:qa(vt dixi)in veritate iste tenet locum accusatoris.
13 ¶ † Et ex prædictis infertur ad decisionem quæstionis: nunquid princeps regni admittatur ad excipiendum de crimine contra electum?& dicit Inn. ꝙ prima fronte videtur suspectus:quia prẹsumitur facere causa extorquẽdi pecunias:ideo nõ debet admitti:sed si cessaret suspitio esset præ alijs admittendus.ar.xvj.q.j.c.constitutũ.ea cã. q.vij.c.filijs.& plus dicit ꝙ etiam si princeps esset suspectus si excipit contra electũ ꝙ eum timet de coniuratiõe seu de proditione patriæ seu reuelatione secretorũ suorum : & hoc ratione patriæ : vnde electus est oriundus vel propter parentes suos qui sibi fuerunt infesti:& tunc
e satis est audiendus princeps: [e] quia satis prosequit interesse proprium.hoc dictum singulariter no.qa sæpe accidit
14 in practica.¶ † In gl.in ver. *impedit promouendum*. in fin. no.gl.quæ vult quod virtute huius exceptionis probatæ repellatur iste electus nedum ab illa dignitate ad quã fuit electus: sed etiam à qualibet dignitate consequẽda in futurũ:sed gl. sequens videtur hoc limitare verũ.qñ ex tali probatione est grauata eius opinio:sed dic ꝙ in veritate semper videtur grauata.ar.l.lucius.ff.de his qui no. infa. in.c.cũ tu.s̃.de test.& in.c.super eo.de ele.¶ Sed tunc oppo.exceptio non debet operari vltra eius naturam & intentum excipientis.sed hęc exceptio fuit opposita ad repellendum tantũm à dignitate:ista ergo debet operari re
e motionem à qualibet alia.Sol . dic quòd hoc non operat virtus exceptionis:sed aggrauatio opinionis quę insurrexit ex prima repulsione:& dic vt not.in.d.c.super eod.s̃.
15 de elect.¶ † Et aduerte.qa gl.sequens in fi.valde sin.dicit quod si iste potest se purgare,non repellitur ab aliqua dignitate consequenda:nã contra hoc opponitur:quia purgatio non habet locum nisi quando delictũ est verè probatum:vt in.c.cùm dilectus.de purg.cano.& in.c.ad nostram.de proba.Sol.dicit Ioan.Andr. quod aliter potest intelligi scilicet de purgatione fienda per probationem innocentiæ,& non per iuramentum tantùm.simile in.c. si diligenti.de foro compe.vel contrarium ĩ probatione

ZACHARIAS.

a ¶ Postea furatur cũ socijs.Adde qd si sibi postea furto capiantur per aliũ Bal.in.l.fi.C.de cõdi.ob tur.cau.& in l.j.§.abigei. & ibi Bar.ff.de abi.oĩno per Alex.in.l.vbi fideiussor.ff.de so.

b ¶ Sit necessaria.ad de Io.de Ana.cõs. lix.Old.cõsi.xlvj.

SEBA. SAPIA.

c ¶ Inscriptionis.Vide Ang.in.l.crimẽ. C.q accus.nõ poss. vbi dicit qd talis pœna hodie recessit ab aula:& idem dicit Sali.in authẽ. sed nouo iure.C.de adul.

d ¶ Proprium interesse. Adde Oldr. cõsi.cj.&. clxxxij. &.clxxxiij.

e ¶ Princeps. Adde quod voluit Ro. sing.suis.so.xxij.

iſta indirecta q̃ eſt facta per viã exceptionis: & tunc admittaſ purgatio vera cum iuramento & ſimilibus. vt admittaſ ad alias dignitates: quod ſemper tene menti. & vide quod no. in c. inter. de pur. cano. in gl. ij. & pro hoc dicto: facit. quia (vt. s̃. dixi) aggrauatio opiniõis eſt illa quæ repellit à dignitati futura, quę ſatis tollit per purgationẽ ij. q. v. c. presbyter. & quod ibi no. & no. iſtã gl. ꝙa reputo
16 ipſam ſing. ¶ † In gl. in ver. *arbitrium*. in fi. no. tria ex iſta
a gl. primò ꝙ in commiſsit arbitrio iudicis põt appellari[a] ſi iniquę arbitretur. & facit. c. j. de dila. & quod ibi no. nã intelligitur cõmiſſum arbitrio iudicis non vt faciat ad libitum: ſed vt faciat vt qualibet bonus vir. l. fideicommiſſa. §. q̃q̃. ff. de leg. iij. & quod no. in c. ij. de corpore vitia. in gl. Sed contra hoc fortiter obſtat dictum Inn. in c. ſtatutum de reſcri. li. vj. vbi dicit ꝙ qñ iudex cognoſcit vt bonus vir non poteſt ab eo appellari, ſicut nec appellatur à dicto boni viri: & illud dictũ Inn. ſequitur Bart. in l. j. in fi. ff. de leg. ij. licet quædã lect. non habeant illud dictum. Solu. ꝓ concor. puto ſic dicẽdũ: ꝙ iudex cognoſcit vt iudex licet illud ſuꝑ quo agit & cognoſcit ſit cõmiſſum arbitrio ſuo: tũc nihilominus poteſt appellari. & ita procedit iſta glo. vt probo per tex. in l. ſi qua iuncta. l. aliud. §. in ter. ff. de ver. ſign. ibi enim imponit mulcta arbitrio iudicis: & tamen poteſt appellari ſi modũ excedit: vt ibi. hoc idem ſentit gl. apertè. d. l. ſi qua. & clarius ibi Bart. ĩ fi. vbi propriè in his terminis dicit ĩ vltima. q. quòd ſi pœna debeat imponi ad arbitrium iudicis poteſt ab eo appellari: ſecus dic qñ aliquid liberè committeretur arbitrio iudicis. ar. in l. non quicquid. ff. de iud. & in c. cõſuluit. de off. deleg. tunc emꝫ ab eo non appellatur: ad hoc quod no. Io. And. in addi. Specu. in ti. de cita. §. ſequitur. ver. ſed nũ qd credetur. Item ſi cõmittitur conſcientię iudicis:[b] de quo vide gl. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorẽ. de reſcri. li. vj. quã tamẽ gl. limita per gl. in cle. j. de iurepa. vbi ſuperior ex officio ſuo poteſt reducere illud ad bonam æquitatem. & facit. c. paſtoralis. de appel. Quandoq̃ iudex cognoſcit non vt iudex: ſed tanq̃ vir bonus, ſeu ſuccedit loco boni viri: & tunc non poteſt ab eo appellari. & hoc caſu procedit dictum Inn. & Bar. & ideó dicitur quòd à iudice rurſus nõ appellatur: poſſet tamen attentari ꝙ poſſet peti reductio ad bonam æquitatem per ſuperiorem: & ita intelligitur gl. ſequens, quæ dicit ꝙ ſi iudex excedit modum debet factum ſuum reduci ad arbitrium boni viri. Vel poteſt intelligi illa gl. quando iudex proceſsit extra iudicium ĩ cõmiſsis arbitrio ſuo. puta in iniungendis pœnitentijs vel diſpenſationibus fiendis: & in hoc no. illam gl. ſingulariter: quia nõ legi alibi: ſed ſi iudex procederet iudicialiter: opus eſſet appellatione etiam in commiſsis arbitrio ſuo: aliâs tranſiret ſentẽtia in rem iudicatam: quod tenet do. Ant. & pro hoc allego tex. in c. quod ad conſultationem. & quod ibi no. s̃. de ſenten. & re iudi. & dico plenè. in c. j.
17 de conſti. ¶ † Secũdò no. ex iſta gl. ꝙ à pœna legis nõ appellatur: hoc verũ. qñ lex eſſet generalis: ſecus ſi ſpecialis, & ſpecialiter contra ipſum facta eſſet lex vel ſtatutũ. ſecundum Bart. in l. ſi qua pœna. in princ. ff. de ver. ſign. qđ intellige quando quis confitetur factum: ſed vult redarguere legem de iniquitate, & quod ĩponat magnã pœnã & non poteſt: ſecus autem vbi allegaret ſe non incidiſſe in pœnam legis: quia tunc iudice declarante ipſum inci-
c diſſe optimè poteſt appellare. [c] vide gl. no. in c. cupiẽtes. de elect. li. vj. & facit. c. peruenit. de appella. tunc enim po
18 tius appellat à iudice q̃ à lege. ¶ † Tertiò not. ex gl. hac ꝙ iudex in commiſsis arbitrio ſuo debet æquitatem ſeruare vbi ius expreſſum non eſt. Et hoc vltimum proſequere: vt no. Inno. in c. j. de conſti. & iſtæ duę glo. cum materia ſua habet vnam lectu. quę non ſolet examinari per doct.
19 ¶ † In gl. in ver. *criminalis*. ibi: *præſentia plurium epiſcoporum*. Idem Ioan. Philippus. & dicit Hoſt. ꝙ ſolus metropolitanus non poſſet cognoſcere de hac cã contra electũ ad hoc. c. ij. de tranſla. pepi. hoc dictum doct. intellige qñ excipitur contra conſecrandum in epiſcopum: quia tunc cùm probata exemptione veniat electus & confirmatus reijciẽd⁹, non poteſt inferior à papa hac quæſtionem diffinire ſine præſentia aliorum epiſcoporum. Sed vbi excipitur contra promouendum ad inferiorem dignitatem, ibi ſufficit ſolus epiſcopus, cùm non agatur de depoſitione ab ordine: ad hoc. xv. q. vij. in ſum. & xviij. qõ. ij. c. ſi qs
20 abbas. ¶ † In ea. gl. in fi. & de hoc an teſtes ſint compellẽdi cùm agitur per viam exceptionis: dic vt not. in c. dilectorũ. de teſti. cog. per doc. ¶ †
21 Extra gl. quęro pro declaratione literę qui admittantur ad excipiendum de crimine contra electum ſiue contra petentem confirmationẽ, conſecrationem, vel ordinem? Inn. videtur multum dubitare de hac. q. vnde in diuerſis locis varias refert opi. Primò enim dicit ꝙ ſicut quilibet admittitur ad defendendum alium. l. ſeruum quoq̃. §. publicè. ff. de procu. ita etiã quilibet debet admitti ad excipiendum cũ defundit eccleſiam: maximè quia ius publicum conſiſtit in ſacris ſacerdotibus & magiſtratibus. l. diſtin. c. ius publicũ: vnde cuiuſlibet intereſt ne mal⁹ præficiatur vt dicit bona guida. aretinus, & de eo fecit mentionem Archi. de ele. li. ſexto. c. j. In prima gl. dicit ſic dixiſſe non determinando: tamen vt quilibet admittatur, cùm cuiuſlibet ĩterſit eccleſiam: habere bonos ſeruitores. & in hac opin. videtur reſidere Innocen. licet (vt dixi) plures referat opin. ſed contra formam electionis dicit tantùm illos admittendos quorum intereſt & videtur tantum intereſſe eligentium & debentium confirmare. ſed ipſe Innocen. in c. j. de elect. lib. vj. ſentit quòd etiam contra formam admittitur quilibet qui poteſt de crimine excipere: & illud dictũ tenet ibi Archidia. & iuuatur ſecundum Ioan. Andr. ex illo. c. j. præalleg. & c. vt circa. & c. procurator. & c. is qui. de elect. lib. vj. & hanc opi. videtur ſequi Ioan. And. hîc. vide tamen gl. in d. c. vt circa. quę refert aliam opi. in c. cupientes. præalleg. do. Anto. hîc dicit ꝙ contra electum in epiſcopum addmittitur quilibet ſubditus tam contra perſonam quam contra formam electionis. Contra promouẽdum ad eccleſiam curatã admittitur quilibet parrochianus. Contra formam promouendi ad dignitatem principaliorem poſt epiſcopum admittitur quilibet de dioceſi quia quodammodo eſt eis ſuperior. Contra canones & alios electos ad particularia beneficia admittũtur omnes de eccleſia, & etiam illi quorum ſpecialiter intereſt tam contra perſonam quam contra formam electionis. Ego puto aliter dicendum. quod laicus nullo modo poteſt excipere: & maximè de crimine contra electum niſi ſua interſit: vt quia patronus, vel parrochianus, vel aliter ſua interſit. ar. c. illa. & quod ibi dixi. s̃. eo. habet enim vim hæc exceptio cuiuſdam accuſatiõis: vt dixi. à qua laicus remouendns eſt, niſi ſuum proſequatur intereſſe: vt in præall. c. illa. & quod ibi no. & in c. ex parte adæ. de teſti. Aut clericus excipit: & tunc credo ipſum indiſtinctè admittendum, ſi alia cauſa rationabilis non obſiſtat: nam intereſt cuiuſlibet clerici ne præficiatur malus in eccleſia. Itẽ ſicut clericus poteſt accuſare alium clericum proſequendo ius publicum: vt in c. cùm. P. s̃. eo. ita & fortius debet admitti ad excipiendum: vt in regula quid agẽdum. de regu. iur. libro ſexto. Nam turpius eijcitur, &c. vt in c. quẽadmodum. de iure iuran. pro hoc facit: quia clericus nõ reperitur prohibitus: imò potius videtur admiſſus: cùm hoc. c. loquatur generaliter. & ſic etiam loquitur præalle. c. j. & c. vt circa. & c. procurator. & c. is qui. de elect. lib.
22 ſexto. ¶ † Sed quęro nunquid obijciens contra electum non confirmatum. & ſuccumbens ſit aliqua pœna puniendus? Hoſt. & communiter doct. quòd ſic: nam punitur pœna. c. j. de electio. libro ſexto. vnde dicit Ioan. And. quòd aut electio non eſt confirmata: & habet locum illa pœna: aut eſt confirmata, & debet excipiens condemnari ad grauiorem

a ¶ Põt appellari. Vide. c. ij. ad fin. de iur. cal. li. vj. & Io. de imo. in l. j. ff. de legi. j. Andr. Barb. SEBA. SAPI.

a ¶ Appellari. Vide latè per Fel. ĩ. c. exceptionẽ. co. iij. s̃. de except. Mod. ĩ. l. vbi pactum. C. de trãſa. poſt. Pau. de caſt. ibi.

b ¶ Conſcientiæ iudicis. Adde videndum de hmõi commiſsis Lud. Ro. in repe. rub. de arbitris ꝓ me nouiter apoſtillata. & per Alex. conſ. vj. j. li. ZACHARI. ¶ Adde de hac materia duas gl. cõtrarias vnã. ĩ. c. ſtatutũ §. aſſeſſorẽ. in ver. relinquaſ. de reſc. li. vj. & alterã ĩ cle. j. in ver. oneramus de iure pat. ꝓ quarum concor. vide Feli. ĩ. j. co. xx. ver. & ſi dicatur cõſciẽtiæ tuę. s̃. de cõſtit.

c ¶ Appellare. Adde Lud. Ro. ſing. ſuis. fo. iiij. ZACHARI. ¶ Adde ꝙ voluit allegare Rom. ſin. ſuo. ccxv. ĩ. c. à pœna legis nõ poteſt appellari. ꝓ quo vide quod not. in apoſt. ad iſtum in c. peruenit. nu. vj. in ver. tenebis. vbi etiam alle. hoc fin. ñ. de appel.

ad grauiorem pœnam & hoc quando pœna imponitur ad arbitrium iudicis. Certè illud. c. j. loquitur in excipiente vel appellante: ideo concluderẽ quòd aut excipitur cõtra electũ, & nõ appellaſ: & tũc ſuccumbens nulla pœna venit puniẽdus: & ita videſ innuere iſta litera: aut excipitur, & appellaſ: & tunc quia magis aggrauauit aduerſariũ in eundo ad iudiẽ appellationis: habet locum diſpoſitio. c. j. de elect. lib. vj. & c. alia vide hîc per Inno. qui multa refert hîc quẽ vide per teipſum.

SVMMARIVM.

1 *Pertinax dicitur ille qui vult perſiſtere in ſuo errore: et nõ vult ſe corrigere.*

2 *Delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum poteſt ſententiã ſuã corrigere, ſi errauit in iudicãdo: ſecus ſi eſt delegatus ad vnã cãm.*

3 *Delegatus ad vniuerſitatem cenſetur quaſi ordinarius.*

4 *Iudex an poßit corrigere errorem ſuum ſiue factam in proceßu ſiue extra iudiciũ, ſiue in iudicio: aut in parte: aut in toto: aut indefinitiua: aut in interlocutoria?*

Iudex poteſt interpretari ſententiam quam tulit: capiendo ſcilicet interpretationem pro congrua verborum expoſitione.

5 *Sententia ſi tranſiuit in rem iudicatam, poteſt reuocari per ipſũ principem & non per alium.*

Tranſitus in rem iudicatam eſt de iure poſitiuo: cui princeps poteſt derogare.

6 *Arbiter ſiue iudex delegatus, an & quando poßint corrigere eorum ſententias: etiam quòd ſint nulle?*

7 *Teſtis tenetur dicere id quod aliâs iurauit non dicere.*

Sacerdos inductus inteſtem non debet teſtificari de eo quod habuit in confeßione: intellige de confeßione facta pro ſalute animæ: ſecus ſi ſciat tanquam amicus in confeßione.

¶ CAP. XVII.

QValiter & quando. Generales inquiſitores ſi nõ ſeruauerũt debitũ inquiſitiõis ordinẽ, prudẽter & caute corrigere debẽt: hoc primò. Secũdo ponit formã iuramẽti quã inquiſitores exigũt ab inqſitis. ſecũda ibi: *forma verò*. Prĩa ſubdiuidiſ. Nã ĩ principio & in fi. cõmẽdat & confirmat inquiſitores ſi bene ꝓceſſerũt. In medio verò. ĩ ver. *ſi verò*. inſtruit ſi malè ꝓceſſerũt. ¶ Caſus lr̃alis. Inquiſitores quidam lega. apo. ſe cœperũt facere inquiſitionem contra eꝑm Nouarien. ſignificatũ fuit domino papæ ꝙ inquiſitores ipſi non ſeruauerũt debitum ordinẽ inquiſitionis cõtra ipſum epiſcopum Nouarien. vnde papa ſuper hoc ſcribit inquiſitoribus illis dicẽs ꝙ ſi ordinẽ inquiſitiõis debitũ ſeruauerint cõmẽdat eos: ſi verò nõ ſeruauerũt vult ꝙ ipſum tempore oportuno debeãt obſeruare, ne inde naſcaſ iniuria vnde iura naſcunſ: ſi autẽ tanquam homines exceſſerunt, non pudeat eos errorem ſuum corrigere: qua menſura menſi fuerint remittetur eis, & aliquam occaſionem inuenient congruẽtem ne ſua vileſcat authoritas: quia ex his quæ inordinatè ſunt acta poteſt aliquid ordinabiliter agi: ſi verò ordinem debitũ ſeruauerunt, omni gratia & timore poſtpoſitis deum ſolum habentes præ oculis̃ via regia incedentes ſine perſonarum acceptione in negotio procedant. Formam verò iuramẽti quã à clericis Nouarien. in hoc negotio recœperunt in ſimilibus debeant obſeruare, hoc modo vt iurent clerici ꝙ ſuper his quæ ſciunt vel credunt in ſua eccleſia reformãda tam in capite q̃ in membris exceptis criminibus occultis plenam & meram dicãt inquiſitoribus
a veritatem. Bernar. ¶ Not. j. ex iſto tex. ꝙ inquiſitio[a] habet ordinẽ ſuum: & nimirum. nã & notoria habẽt ordinem ſuum: vt in. c. ad noſtram. de iureiu. & de ordine inquiſitiõis habetur maximè in. c. qualiter et qñ iud. §. debet
1 j̃. eo. ¶ † Secundò no. ꝙ iudex & quælibet diſcreta perſona debet errorẽ ſuũ cautè corrigere: nam & ſi in aliquo errauit, non debet ſponte fateri errorem ſuũ, ne vileſcat eius authoritas. nec debet errorẽ ſuũ defendere ſeu in eo perſeuerare: ſed debet cautius & prudentius q̃ põt ſe corrigere. & alibi dicit tex. magnæ ſapiẽtię eſt hominem corrigere qd malè loquutus eſt. xxij. q. iiij. c. magnæ. qd no. cõtra iſtos qui volentes pertinaciter defendere vnum errorem incidunt in infinita in cõuenientia. nec talis põt dici ſapiens: ſed potius pertinax. ¶ No. iij. iudicẽ debere laborare ne vileſcat eius authoritas: & alibi dicit: authoritatẽ dignitatis debet iudex ſuo ingenio augere. l. obſeruandũ. in fi. ff. de off. prę ſi. ¶ No. iiij. cõtra malè principiãtes aliquod negotium: nã nõ poteſt inde aliquid ordinabiliter ſequi & alibi dicit canon. difficilè eſt vt bono peragãtur exitu quæ malo ſunt inchoata principio. & exponit ibi gl. difficile. i. impoſsibile. i. q. j. c. principatus. ¶ Not. v. in §. *formã vero*. practicã vnã recipiẽdi iuramentũ ab inquiſitis ſeu à teſtibus recipientibus ſuper inquiſitione vt iurent ſe dicturos plenã & meram veritatem exceptis occultis criminibus. aliã formã videbitis in. c. ſe. ¶ Item no. vnã differentiam intermodum inquiſitiõis & accuſationis: nã in inquiſitione non diſcutitur de occultis criminibus: ꝙa nõ debet fieri inquiſitio de veritate criminis niſi præcedẽte infamia: vt in. c. qualiter j̃. eo. ſed accuſatio poteſt fieri de occultis criminibus dũmodo poſsint probari. ij. q. vij. c. plerũq. ¶ † In gl. j. ibi: *ſecus in caſu iſto*. no. gl.
2 vſq ad fi. quę ponit duas ſol. ad contrariũ. Prima. ꝙ generalis ĩquiſitor ſeu generalis delegatus. i. delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt corrigere ſnĩam ſuã diffinitiuam ſi errauerit in iudicando: ſecus in delegato ad vnã
3 cauſam tantũ. ¶ † Et in hoc no. bene iſtam gl. & eſt diuerſitatis rõ: quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ cenſet quaſi ordinarius. & ideo dicendũ eſt prout de ordinario. & pro hoc. l. cũ prætor. ff. de iud. & vide bo. gl. ĩ. c. cũ cauſam. de appel. ſed delegatus ad vnã cauſam definit eſſe iudex per pronuntiationẽ quo ad principale negotium: vt in. c. literis. de offi. deleg. & ſentiunt etiam do. de ro. deci.
4 cccxv. aliâs. cccxxxv. ¶ † Secunda ſo. eſt ꝙ iſti errauerunt in proceſſu & nõ in ſnĩa diffinitiua. quaſi velit dicere ꝙ qualiſcunq ſit iudex ſi errat ĩ proceſſu: quia adhuc remanet iudex poteſt errorem ſuum corrigere: ſecus eſt ſi errat in ſnĩa diffinitiua. Hoſti. dicit aliqua verba: ſed tu diſtingue: ſecũdũ Io. cal. ꝙ aut q̃riſ nũqd extra iudiciũ poſſit quis errorẽ ſuũ corrigere: aut in iudicio. Primo caſu. dic vt no. in. c. noſtri. de elect. & in. c. ſi quis præsbyterorum. de re. eccle. non alie. & dixit in. c. diuerſis fallacijs. de cle. cõiu. Si verò in iudicio. aut in parte aut in toto: ſi in parte an & quando poſsit reuocare: dic vt in. c. fi. de cõfeſ. & in. c. cũ cãm. de app. vide gl. in. c. cũ in poſitionibus
b de iureiu. li. vj. & aliquid in. c. ſeq. In iudice verò eſſet materia noſtra. & dic ꝙ aut errauit ĩ proceſſu: & poteſt corrigere errorem ſuum: vt in. c. cũ ceſſante. §. de appell. & l. quod iuſsit. ff. de re iudi. hoc tamen limita: vt plenè no. in dictis iuribus. Aut errauit in diffinitiua: & tunc aut quęritur nunquid iudex poſsit interpretari: aut nunquid poſ
c ſit corrigere ſeu addere, vel in totum aliter pronuntiare
b Et ſi vult interpretari[b] poteſt ſi habet merum imperium capiendo interpretationem pro congrua verborum expoſitione: vt eſt tex. no. cum gl. in. l. ab executore. ff. de appel. Si verò vult corrige, vl̃ addere circa acceſſoria, vt circa expenſas,
c [c] poteſt illa die: vt in. c. cùm appellationibus. de appel. li. vj. & l. paulus. ff. de re iud. Item poteſt expedire ea quæ veniunt ex officio nobili: licet ſint extrinſeca: vt remittere vel mitigare mulctam impoſitam. l. illicitas. §. fi. ff. de off. prę ſi. Aut vult diſponere circa ipſum principale: & tunc aut corrigendo de latinitate ſententiæ, & poteſt: vt. l. actorum. ff. de re iudi. Aut circa effectum ſententię: & ſi reſeruat ſibi poteſtatem iterum pronuntiandi, & poteſt: vt. l. item labeo. ff. fami. her. facit ꝙ no. Bart. in. l. qd tamen. ff. de ar. Aut non reſeruauit ſibi hac poteſtatem: & tunc ſi eſt appellatum, ſpectat ad iudicẽ ad quẽ mutare ſentẽtiã & confirmare? vt. ij. q. vj. c. fi. & ĩ. c. vt de-

SEBA. SAPI.

a ¶ Inquiſitio. Nũquid autẽ peruerſio ordinis in inqſitione habeat vitiare proceſſum & iudicium retro agitatum: vide Inno. concludentẽ ꝙ ſic in. c. noſtra. §. de cohab. cleri. & mulie. & Bart. in. l. ñ. §. ſi publico. ff. de adul. ſentit. Pet. de anc. hîc per hunc text. plus dicens ꝙ peruerſio ordinis vitiat, non autẽ omiſſio. de cuius veritate latè diſputat Feli. hîc co. ñ. &. iñ.

b ¶ Interpretari. Ad de vide videndum Alex. conſil. iñ. & an qñ poſsit corrigere. per eũdẽ conſi. xc. j. lib. Ro. conſi. cccvñ.

c ¶ Expenſas. Ad de Lu. ro. cõſi. ccclxñ. & ibi qñ eadẽ die poſsit addere & mutare. vide ꝙ voluit Ancha. conſi. clxxxñ.

5 bitus.de appel. ¶ † Si verò nõ eſt appellatũ: aut ſnĩa tranſi uit in rẽ iudicatã: & non põt reuocari ab inferiore à prin cipe. quia iã fecit ius inter partes: vt in.c.cũ inter. de re iu di. & l. res iudicata. ff. de re iud. ſed princeps põt: quia trã ſitus in rẽ iudicatã. eſt de iure poſitiuo. cui princeps non eſt ſubiectus: vt in.c. propoſuit. de conceſ. præbẽ. & in. l. 6 princeps. ff. de legi. ¶ † Aut non tranſiuit in rẽ iudicatã. & tunc aut quæritur de arbitro aut delegato: aut ordina rio. Primô caſu. aut non ſeruat formã cõpromiſſi. & tũc a põt iterũ pronũtiare: [a] vt eſt tex. no. in. d. l. quid tñ. & idẽ in delegato. vt no. tenet Inn. in. c. j. de off. de leg. & idẽ dicit ſi delegatus errauit in facto vt iterũ poſsit pronũtia re quod no. Aut ſeruauit formã cõpromiſſi: & tũc ſi eſt ad vnam cãm deputatus, non poteſt iterũ pronuntiare, ſi ue teneat ſiue nõ: & hoc modo intellige iura q̃ dicunt eũ functũ offõ ſuo ſiue bene ſiue malè: vt. l. ſi vt ꝓponis. C. qũo & qñ iud. & . c. in literis. de off. deleg. Si verò eſt dele gatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ, puto dicẽdũ vt in ordina rio, per ſupradicta: in quo dic ꝙ aut ſnĩa ſua tenuit: licet ſit iniqua, & non poteſt aliter pronũtiare. l. cũ q̃rebatur. ff. de re iud. & l. ij. C. ſenten. reſcin. non poſ. Aut ſnĩa fuit ipſo iure nulla: & tunc cõiter dicit ꝙ aut nullitas ſurrexit ex turpitudine iudicis, & nõ põt ipſemet corrigere & ali ter pronũtiare: vt ĩ. l. abſentẽ. [b] C. eo. ti. aut aliunde ſurre b xit nullitas, & põt ipſemet corrigere & aliter pronuntia re. l. ſi præſes. C. quomodo & qñ iudex. & l. ſi accuſatori bus. C. de accuſa. Et de hac materia vide per Dy. in regu la qui ſemel. de reg. iur. lib. vj. & per Bart. in. l. iudex. ff. de re iudi. per Cano. in præalleg. c. in literis. de offic. deleg. & hãc diſtinctionẽ bñ no. & pro ea facit. c. de teſtibus. & qđ ibi no. s̃. de teſti. ¶ Sed oppon. extra glo. & videt ꝙ iura mẽtũ non debebat hîc ſibi præſtari: imò ſunt exhibenda capitula de quibus eſt fienda inquiſitio: vt in. c. qualiter. §. debent j̃. eo. Sol. dicũt doct. ꝙ ille. §. loquit in inquiſitione ſpeciali: iſtud. c. in inquiſitione generali. & dic ꝙ qñ fit in quiſitio ſpecialis cõtra aliquẽ, debent illa crimina ſup qui bus fit inquiſitio exprimi: & teſtes tm̃ iurãt ſuper illis ca pitulis: & dic plenè: vt ibi no. Si verò inquiſitio eſt gene ralis: vt puta fit inquiſitio contra epm̃ & canonicos: vel in vna ciuitate generaliter: & tunc teſtes iurãt: vt hîc. ſ. ꝙ dicent veritatem quã ſciunt, vel credũt in illa eccleſia re formanda: exceptis occultis criminibus: vt hîc. nã de oc cultis non fit inquiſitio vbi nõ p̃ceſsit infamia: qa deficit verus & fictus accuſator. ¶ Secũdò quẽrit in quo iſti prę termiſerũt ordinẽ iuris? Sol. dicit Hoſti. qa fortè inquiſi uerunt de veritate, criminis priusq̃ inquirerent de infa mia. ꝙ non eſt faciendũ: vt in. c. cũ oporteat j̃. eo. & . c. qua liter. Et iõ dicit ꝙ iſti iterũ debebãt inquirere de infamia & licet poſtea de ea conſtaret: non tamen valebant dicta priorũ teſtium ſuper veritate: quia non præceſſerat infa mia: vnde dicit ꝙ licet ſit prius inquiſitus & nõ opponat ꝙ non videt per hoc renuntiare iuri ſibi cõpetẽti, vt pri⁹ fiat inquiſitio ſup infamia: ſed (vt dicit Io. an. & bene) hoc dictum eſt falſum. & hodie apparet in. c. ij. eo. ti. lib. vj. qa ſi inquiſitus nõ opponit ꝙ infamiã nõ pręceſsit, & patit procedi ſuper veritate, non põt amplius opponere ꝙ in famia non pręceſsie: & ideo debet opponi aliud exemplũ fortè nõ vocauit inquiſitũ, vel non tradidit illi capitula ſuper quibus erar fienda inquiſitio: vel qd ſimile. ¶ † Vl timò q̃ro nunqd ſup occultis circũſtãtijs criminis teſtes ſunt interrogandi? Inn. & Hoſti. cõcludunt ꝙ ſic. ſatis eſt eim̃ ꝙ crimẽ nõ ſit occultũ: ſed ſi eſſet infamatus de forni catione de genere: & mulier eſſet incerta nõ debet teſtis reuelare hãc fornicationẽ: qa eſt occulta: qđ eſt notandũ: ſed ſi mulier eſſet infamata: tũc teſtis debet ſuper hoc de ponere, ẽt ſi prius iuraſſet extra iudiciũ hoc nõ pandere: quia qñ iurauit non pandere qñ cognouit teſtis hunc ca ſum, & tale iuramẽtũ eſſet temerariũ: vt in. c. intimauit. de teſti. & in. c. j. de cri. fal. aut non cogitauit hunc caſum & non extendit iuramẽtum. ad hoc ar. in. c. j. de iureiu. li. vj. Et hoc verũ. niſi habuiſſet in confeſsione: qa tunc nõ c debet reuelare etiã ſi producat vt teſtis: quia ſcit deus [c]: & producit vt teſtis: & homo: vt in. c. ſi ſacerdos. de offi. or. & in. c. dilectus. de exceſ. præla. Sed caue tibi: quia non dicitur peccatum reuelatum in confeſsione ex eo ꝙ quis dicat amico: & hoc tibi dico in cõfeſsione, & per ſimilia verba: ſed oportet quôd dixerit in confeſsione ad ſalutẽ animę ſuę: vt Innoc. ſing. dicit in. c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſ. & hoc bene not.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Monachi poſſunt deputari legati ſedis apoſtolicæ.*

2 *Inquiſitores generales poſſunt procedere ad inquirendum non receptis teſtibus ſuper infamia: dũmõ de ea eis conſtet per frequẽtẽ clamorẽ: ſecus ſi eſset deputatus ad vnã cauſam tantũ.*

3 *Cõfeſsio emanata procedẽte iuramẽto de dicẽdo plenã & merã veritatẽ: nõ recipit aliquas excuſatiões ex poſt facto: ſed ſecus eſt ſi præceſserit iuramẽtũ de reſpõdendo ad interrogata.*

4 *Confeſsio iurata etiam cum iuramento calumniæ recipit excuſa tionem & declarationem. nu. 13.*

5 *Cõfeſsio iurata quæ põt retorqueri ad bonũ & ad malũ. ex quo tñ prima frõte ſonat in malũ: interpretatur in malã partẽ: niſi cõfitẽs ſe excuſet, ſi prima fronte non ſonat in malum. nu. 10.*

6 *Ex confeſsione alicuius capitur illud quod eſt contra eum: nõ au tem quod pro eo poteſt elici.*

7 *Iudices poſſunt deponere ſuper geſtis coram eis, & credetur eis depoſito officio: ſed an faciat plenam probationẽ: vide in nu. 9. & idem dicas de inquiſitoribus.*

8 *Acta facium fidem contra partem & deponentem.*

Dicta teſtium probantur per ſe ſcripturam notarij.

11 *Accipiens res repertas in naufragio, an & quando faciat ſuas, vel committat furtum?*

Res inuenta in naufragio an præſumatur habita pro derelicta?

12 *Reperiẽs rem alterius ſi ignorat dominum, & putauerit ipſum habuiſſe illam rem pro derelicta poteſt vſucapere: ſi verò non putauerit, debet erogare inter pauperes.*

¶ CAP. XVIII.

CVm dilecti. Si is contra quẽ in quiritur iurauit re ſpondere tantùm ad interrogata, poſt cõ feſsionẽ auditur volens probare executio nes quæ confeſsionem non perimunt: ſed exponunt: ſecus ſi iurauerit plenam & meram veritatem dicere. h. d. Primò ponitur legatorum inquiſitio. In ſecũ da ibi: *quia verò*. dubium propter quod fuit facta cõmiſ ſio. Tertia ibi: *mandamus*. ¶ Caſus literalis. Abbas ciſter cien̄. P. &. R. monachus apoſt. ſe legati, cũ per frequentẽ clamorem multa ſibi de agathen̄. epiſcopo nuntiata fuiſ ſent acceſſerunt ad eccleſiam agathen̄. vt ſuper his inquire rẽt veritatem recipientis iuramenta tam epiſcopi quã canonicorum: & in illa inquiſitione confeſſus fuit epiſco pus quòd ipſe commiſerat ſimoniam & dilapidationem, & quod habuerat res naufragij Confeſsionibus his ĩ ſcri ptis redactis: epiſcopus timens ex cõfeſsionibus illis ſibi prę iudicium generari: voluit poſtea ſe excuſare contra il las confeſsiones, dicens quòd iurauerat reſpondere tan tùm ad interrogata: legati illi dicebant quòd ſub alia for ma iurauit: videlicet quod plenam & meram diceret in quiſitoribus veritatem: & quia tunc ſe non excuſauit, poſtea audiri non debuit: & quia ipſi iudices non audie bant eundem: delatum eſt ad ſedem apoſt. negotium. Co rã domino Pap. propoſita fuerunt prædicta ex parte epi agathen̄. à quo producti fuerunt quidam teſtes ad probã dum ꝙ iurauerat reſpondere tantùm ad interrogata: ſed quia non conſtitit Papæ ſub qua forma iuraſſet cùm de poſitiones illæ non fuerint publicatæ, nec ipſe renuntia uerit teſtibus producendis: mandat Papa. quibuſdam quatenus ipſi ſuper hoc veritatem inquirant ab illis in quiſitoribus ſub qua forma iurauis epiſcopus. & ſi per illorum

a ¶ Pronũtiare. Ad de p qd verbũ ar biter dicatur fun ctus offõ ſuo. An ge conſi. xlĩ. & an poſsit addere vel mutare per Fulg. conſi. cxl. & . v. An cha. conſi. xc.

✠ SEBA. SAPI.

b ¶ Iſtum intellectũ ad. d. l. abſentẽ. de dit Iac. de are. in. l. iudex. poſteaquã. ff. de re iud. & in. l. ſi vt proponis. pri ma. C. quomodo & quãdo iu. vbi Bar. ponit alios intelle ctus:

c ¶ Quia ſcit vt de⁹. hoc, pſequere: vt latè ponit Ang. de are. in tracta. male in gl. Che hai tradi to la tua patria. in vlt. q. vbi latè. Aene. de fal.

ZACHARIAS.

¶ Adde Feli. in. c. intimauit. in fi. iij. col. poſt iſtum ibi. in ſecunda lec. s̃. de teſti. Car. cõſi. xxx viĩ. inci. quidã ha bens filiũ: per que ampliabis hoc dictum procedere ẽt in laico aſſumpto in cõfeſſoris locũ in caſu neceſsitatis de quo per Arch. in. c. ſanctũ. de cõ ſe. di. iiij. Cal. conſi. iiĩ. & quod no. in apoſtol. ad iſtum ĩ. c. ſi ſacerdos. per 7 eum hic alle. nu. v. in ver. non poteſt.

illorum responsionem constiterit quòd iurauit ad interrogata solummodo respondere. vel si ipse ep̃s hoc ꝓbauerit per depositiones testiũ quas apud se. apost. produxit, aut per depositiones aliorum: quia secũdũ illã formã nõ tenebatur ex debito iuramenti respodere nisi solummodo ad interrogata: quare admittant excusationes ep̃i sup cõfessionib⁹ p̃dictis: cũ excusatiões illę cõfessiões ei⁹ nõ perimant, sed exponunt: q̃ tales sunt vt ad bonũ & ad malũ valeant retorqueri: & ideo iudicari debent ex causa quas si probauerit illum absoluant, quia licet culpabilis fuerit in quibusdam: ex labore tamen & pudore quos per hanc cãm incurrit huiusmodi leuis culpa leuiter valet indulgeri. Si autem excusationes illas non probauerit, vel si iurauerit plenã & merã inquisitoribus dicere veritatem cũ secundũ illam formam nec veritatem tacere nec amiscere debuerunt falsitatem non obstantibus excusationibus illis quas de nouo proposuit remoueant ipsum ab ecclesia Agathen̄. licet dixerit ꝙ plures ex illis excusationinibus prędictis legatis exposuit, cũ hoc per se probare nõ posset tanquam qui solus examinabatur ab illis. Bernar.

1 ¶ †No.j.monachos posse deputari generales inquisito-
a res[a] à se. apo. hodie dic vt in.c.statutum. de rescrip. lib.vj.
2 & vide ꝙ dixi in.c.cũ causam. de iud. ¶ †Not.ij.argu. & tex. quod generales inquisitores possunt procedere ad inquirendum de veritate criminum etiam non receptis testib⁹ super infamia. satis em̃ est q̃d eis constet de infamia propter frequentẽ clamorem: secus in delegato ad vnam causam tantũ: de quo dic vt dicet in.c.seq. ¶ Not.iij. duplicem formam iuramenti prẽstandi in causa inquisitiõis: nam possunt testes vel inquisiti iurare meram & plenam dicere veritatem: & de hac forma habetur. s̃.c.proxi. ĩ fi. Item iurare ꝙ ad inquisita & iterrogata veraciter respõdebunt: de quo aliquid j̃. dicam. ¶ †Not.iiij. ꝙ confessio
3 facta præcedente illo iuramento ꝙ plenam & merã, &c. non recipit excusatiões ex postfacto: quia à principio nihil debebat facere quod ipsum factum attingeret, neque admiscere aliquid falsitatis. ꝙ no. Sed confessio facta sub secunda forma iuramenti ꝙ respondebit ad interrogata recipit excusationes, quæ tamen confessionem non peri-
4 mũt, sed exponunt vt in litera. ¶ †Et ex hoc no. duo. primò ꝙ confessio etiam iurata recipit excusationem & expositionem. Item ꝙ respondens præmisso iuramento de calumnia potest confessionem excusare: tamen hoc iura uentũ calũniæ fit vt respondeat veraciter ad interrogata
5 de quo in.c.j. de iur.calũ. ¶ †No.v.sing. ex tex. ꝙ vbi cõfessio etiã iurata potest retorqueri ad bonum & ad ma-
b lũ: [b] ex quo tamen prima fronte sonat in malum debet fieri interpretatio in malam partem & contra confitentem, nisi confessionem excusans ꝓbet illas excusationes: & de hoc est hîc tex. sing. nam dicit tex. ꝙ illę confessiões poterant retorqueri ad bonum & malũ: & tamen si iste episcopus vult vitiare condemnationem, oportet ꝙ excuset confessionem datam & excusationes probet: facit
6 quod dico. ĩ c.cũ veniissent. de insti. ¶ †Item no. ꝙ ex cõfessione alicuius capitur illud quod contra eum est: non autem quod pro eo elici potest: & hoc quando insurgit mala prẽsumptio contra illud quod facit pro eo: de quo tamen plenè no. in.c.j. de confes. li.vj. per Io. an. & Cy. in l.j. C.e. dico plenè in.c.j. de post. præla. & in.c. bonę. eo. ti.
7 ¶ †No. quod inquisitores seu iudices possunt deponere sup gestis corã se. & eis credit depositio officio. & ad hoc solet allegari hoc.c. & cõcor. c. ĩter dilectos. de excess. p̃la. & c.ij. s̃. de arb. & c.cũ dilectus. de ele. & plenè tetigi in.c.
8 cũ à nobis. s̃. de testi. ¶ †No. vltimò ꝙ creditur actis contra partem seu contra deponẽtem: licet pars seu deponẽs nunc dicat se aliter dixisse: facit. c. ad audientiam. de præscrip. & vide quod dico. ĩ. c. sicut. de testi. Et facit iste tex. in ar. ĩ eo q̃d dicit ꝙ sol⁹ iste examinabit, &c. ꝙ ĩ examinatione testis seu patris nõ est necesse adhibere testes forin
secos: sed potest probari dictum ex sola scriptura notarij de quo in.c.qm̃. & in.c. post cessionẽ. s̃. de proba. & l.ĩ donationibus. ff. de dona. facit quod no. in.c. vt offm̃ de hæ-
9 re. lib.vj ¶ †In gl. in ver. *responsionẽ*. ibi. *nõ creditur iudici in præiudiciũ, &c.* Hoc dictum videtur contra text. istum nam hîc creditur istis inquisitoribus, nisi, iste inquisitus probet contrariũ per tests. Inn. hîc dicit ꝙ isti inquisitores non recipiuntur hîc vt testes: sed quia fuerũt iudices consuluntur in ista cã. & sic non ob. ij. q. vj. c. statuendum nam & aliâs ille qui non potest esse testis interrogatur de facto suo. l. prouinciarum. C. de fer. & creditur istis quo ad præsumptionem non quo ad plenam probationem, sicut dicimus in matre quæ deponit super ætate filij: vt in.l. etiam. ff. de proba. Host. dicit ꝙ quicquid dixerit Inno. istis quandoq̃ credit etiam ad plenam probationẽ: vt in.c, inter dilectos. de excess. præla. sed concludit ꝙ duran
c te offõ nõ p̃nt esse testes super testis sup gestis corã se: q̃a alius debet esse iudex & alius testis. iiij. q. iiij. c.j. & d.c. statuendum. & in.c. dilecto. de testi. sed deposito officio vel si aliquit articulis vẽtilatur coram alio iudice possunt ad
10 hiberi vt testes de gestis coram se: si laus vel vituperiũ eis ascribi non potest: de gestis per se indistinctè non credit: de hoc dic vt in.c.cũ à nobis. s̃. de testi. ¶ †In gl. in ver. *valeãt retorqueri*. in fi. Ista gl. videtur contra tex. nam hîc fiebat interpretatio confessionis in deteriorem partẽ nisi fuisset secuta excusatio & excusationis probatio: & ideo dic vt dixi in notabilibus: ꝙ quædam sunt quæ pariter possunt retorquæri ad bonum & ad malum: & tunc fienda est interpretatio in meliorem partem. & sic intelli tur gl. Quędã sunt quæ licet possint retorqueri ad vtrũque. habent tamen prima fronte aspectum mali, & sonãt in vitium: & tunc fit interpretatio in deteriorem partem & de hoc est tex. hîc. idem & fortius q̃n aliqua sunt mala in se: & licet possint excusari recipiũt interpretationẽ in
11 deteriorẽ partem: vt in.c.fi. de transla. epi. ¶ †In gl. ĩ ver. *dilapidatione*. ibi: *nihilominus furtum cõmisit, &c.* Sed cõtra hoc videtur tex. in. l. falsus. §. fi iactum. ff. de fur. sed cõclu. vt ibi no. ꝙ aut res ex naufragio erat habita pro derelicta: & eam capiens non committitur furtum: imò efficit occupanti:: [d] quia ꝙ in nullius bonis est id naturali ratione occupanti conceditur: vt insti. de re. di. §. feræ. q̃d not. Si verò res non erat habita ꝓ derelicta: sed fuit proiecta vt euaderet maius periculum: & tũc proijciẽs remanet dn̄s, & eam occupãs animo retinẽdi cõmittit furtũ. vt in glo. & si simpliciter accœpit rem nõ considerando an haberetur pro derelicta [e] vel ne, etiã excusatur à furto: vt est ibi tex. no. an autem sit præsumendum ꝙ proijciens haberet eam pro derelicta vel ne recurrendum est ad cõiecturas: si enim proijcit librũ apertũ in mari, præsumũdũ est ꝙ animo derelinquẽdi proiecit secus si clausum & pã
12 nis inuolutũ: & sic de singulis. ¶ †Quid autẽ si reperiens rẽ alterius non reperiat dominum, nunqd licitè possit retinere? conclude post Bar. in præalleg. l. falsus. §. ꝙ alienũ. q̃d aut putauit eam rem pro derelicta: licet non esset: & tunc potest eam rem vsucapere. ff. pro dereli. per totum. Aut hoc non putauit: & tunc si non reperit dominum, facta proclamatione debet eam donare pauperibus. ar. ĩ authen. omnes peregrini. C. cõmunia. de succes. facit q̃d le. & no. xiiij. quęstio. v. c. si quid inuenisti. & q̃d no. in.c. qa frustra j̃. de vsur. ¶ Extra gl. oppo. contra text. & videtur ꝙ ex sola infamia orta contra episcopum non debeat fieri inquisitio super statu totius ecclesię, nec contra canonicos ex quo non erat infamati. Solu. Inno. hîc. & in.c. licet helij̃. de simo. dicit ꝙ vbi infamia est extra caput po-
f test fieri inquisitio etiam contra membra: [f] quia est prę- f
sumptio cõtra canonicos ex quo episcopus est malus: nã corpore seu capite laguente cætera membra corporis inficiuntur. vel secundũ eum hîc canonici erant infamati primum dictum hic non placet Hosti. q̃ dicit hîc: ꝙ licet

---

SEBA. SAPIA.
a ¶ Inquisitotes. Vide Abb. in.c. ꝓ inquisitionem. s̃. de electio. Ro. in. l.ij. in prin. col.vj. ff. de verb. obli.

SEBA. SAPI.
b ¶ In malum. Vide Pe. de anc. in cõsi. clxxv. incĩ. prima facie videt ꝙ ĩstrumentum in contrarium tamen faciũt no. per Bar. in. l. nõ solũ. §. sed vt ꝓbari. ff. de ope. no. nũ. vbi vult ꝙ vbi aliquid est de semalũ ita ꝙ præsumptio sit contra facientẽ si tñ potest aliquo modo licito excusari prẽsumit fecisse ille mõ licito. & sic ĩterpretatio fit ad bonũ. quã difficultatẽ mouet are. hic & declarat vt per eum cuius declarationẽ sequit Feli. in.c.j. co.iiij. s̃. de re iud. sed aliter declarat Feli. in.c. auditis. co.xxj. ver si. obstat tertiò. s̃. de prẽsumpt. vide Dec. in.c. ĩ prẽsentia. in.xij. not. s̃. de proba.

c ¶ Vel vituperiũ. Adde an inquisitor possit esse testis ĩ cã inquisitionis. Old. consil. cx. & an iudex possit esse testis de gestis coram se per Frãc. de are. consi. xiij.

d ¶ Occupantis. Ad de de hoc videdũ per Fed. cõsi. cvij. ZACHARI.

e ¶ Pro derelicta. adde an & qñ merces de naui proiectè habentur ꝓ derelictis. Bart. in. l. q lẽuãdæ. ff. ad. l. rodhi. de iactu. & in. l. interdũ. & ibi Bar. & doc. & omnino Alex. ĩ. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. pos. vbi dicit inspiciendum q̃d ex qualitate rei deprehendatur: vt in libro aperto proiecto in mare. per l. falsus. §. fi iactus. ff. de furtis. & in. l. fi. ff. ad legẽ rhod. de iactu.

f ¶ Cõtra membra. Adde quando & qualiter possit fieri inquisitio consitio contra caput & membra. Cõsi. consi. cclxxvij.

eps sit infamatus nō debet tn̄ fieri inquisitio contra canonicos:nisi præcedēte infamia.& hoc plus mihi placet : licet eñ sit aliqua p̄sumptio cōtra canonicos: quia ex sola leui præsumptiōe nō pōt fieri inquisitio de veritate criminū:vt in.c.qualiter j.eo.sed poterit fieri inquisitio cōtra canonicos:nam inqusitio de fama vel de infamia fit faciliter cū non sit multū præiudicialis.ad hoc.c j.proxi.& c.licet.s.eo.& pōt responderi secūdū Host.vel q̄ canonici erant infamati:vel melius q̄ hîc non dicit inquisitionē fuisse factā contra canonicos:sed q̄ fiebat inquisitio sup statu ecclesiæ:nam ex infamia eps debet fieri inquisitio tā in capite q̄ in membris:quia debet inquiri qualiter eps se habeat circa canonicos & alios clericos,& qualiter se gesſit tā in ciuitate q̄ in dioceſi. ¶ Secundò opi.& videt hoc iuramentū debere præstari secundū formam in.c.præceposita:vbi papa dicit q̄ illa inquisitione vult illā formā obseruari.Sol.dicit Host.secūdū aliquos q̄ vtraq; forma potest immiscri:vt scilicet iurent dicere plenam & meram veritatē:& q̄ ad interrogata veraciter respondebunt: nam bonorum optima est mixtura.xij.dist.c.nouit.in fi. Inno.in.c.licet helij.de simo. dicit q̄ aut fit inquisitio de certis criminibus,& debet seruari illa forma:vt dicāt plenam & meram veritatē . aut fit inquisitio generaliter de criminibus: & tunc periculum est iurare secūdū illā formam.vnde subiret iurans anceps periurium. Sed contra hoc ob.c.præcedens . q̄ loquitur in inquisitione generali:& iō concludit q̄ sufficit iurare altero istorū modorū qualitercūq; agat: & hoc cōiter vr̄ placere doc.Sed ego hoc nō puto verū : quia papa in.c.præcedēti dicit q̄ ī similibus vult obseruari illam formam:ideo dico q̄ iudex semper debet exigere iuramētum sub illa forma,& si nō facit,malè facit:actus tn̄ tenet vt hîc. Nā hîc non dicit q̄ iudex benefecerit , sed tm̄ quæritur an admittat excusa-
13 tio quando iurauit sub illa forma. ¶ † Vltimò oppo.contra literā. & videt indistinctè q̄ sub quacūq; forma fuerit iuratū debeat admitti excusatio:nam ante sententiam pōt qs ex iusto errore confessionem reuocare:vt in.c.fi. de confes.l.error.C.de iu.& fac.igno.&.l.non fatetur.ff. de confes.Sol.dicit Host.& bene.q̄ aliud est confessionē reuocare propter errorem,& aliud confessionem excusare:nam reuocans propter errorem habet probare errorem probando contrarium:vnde si iste voluisset reuocare confessionem habuisset probare q̄ nullam rem ecclesiæ alienasset , vel quòd nihil receperat ex naufragio.& hoc fuisset difficile probare : sed excusans confessionem non habet necesse probare contrarium:sed tantùm excusationes suas.& hoc tene.licet alij dixerint confessionem iuratam non posse excusari:quia hoc est falsum:vt hîc.& in.c.cûm in positionibus.de iureiu.lib.vj.

a ✣SEBA.SAPI. ¶ De veritate.Idē no.Abb.in.c.fi.in j.no.j.eo.vide Rotā in deci . cccciiij. incip.itē fuit dubitatum:in antiqs.

b ¶ Pro consanguineo. Adde Alexā. consil.ccxij.ij.li.& ccxxij.consil.v. & lxx.j.lib.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Cōuersantes cū amicis & cōsanguineis inimicorū sunt suspecti.*
2 *Inquisitus:licet absoluatur:quia contra eum nihil extitit probatū.omnino debet purgari propter aliqualē infamiam.*
3 *Cōsanguinei an admittātur in testes pro cōsangineis siue in cā ciuili:siue in cā criminali in qua agat ciuiliter aut criminaliter?*
4 *Vẽditio: iſtud verbum poſitum cum commemoratione pretij nõ compræhendit alias ſpecies alienationis: aliâs ſecus.*

5 *Contra prælatum bona dilapidantem quomodo procedatur: & an debeat ei dari coadiutor? vide remißiuè.*

6 *Alienatione interdicta: non cenſetur interdicta alienatio rerum quæ ſeruando ſeruari non poßunt.*

7 *Iudex cui eſt commißum vt ſe informet & referat: poteſt citare partes vt ſe præſentent coram iudice ad quẽ fit remiſsio: niſi ab eo fuerit appellatum.8.*

Iudex à quo poteſt ſtatuere terminum infra quem appellans compareat ad iudicem ad quem.

Iudex qui cognoſcit ſuper ſubreptione vel obreptione poteſt condemnare partem in expenſis: pronuntiando literas ſubreptitias.

8 *Iudex à quo licet non detulerit appellationi: tamen poteſt ſtatuere terminum ad appellationem proſequendam.*

9 *Alienatio facta per aliquem poſtquã eſt ſibi prohibitum, alienatio eſt ipſo iure nulla: ſecus ſi non eſt prohibitum.*

¶ CAP. XXVII.

PRælatorum. † Cõtra prælatũ infamatũ de dilapidatione inquirit de veritate,&interim interdicit ſibi omne genus alienãdi. Vel põt iuxta literam aliter ſummari & ſic. Contra prẽlatũ denũtiatũ de dilapidatione fit cõmiſsio ſuper veritate inquirẽda,&pendente negotio debet ſibi interdicti poteſtas alienãdi. Diuidit. nã in prima ponit epiſcopi denũtiatio.in ſecũda ipſius cõmiſsio.ibi.*diſcretioni.* quę duo facit primò mandat inquiſitionẽ fieri & remitti.ſecũdò inquiſitioni terminũ aſsignari & alienationẽ interdici.ibi:eidẽ.¶ Caſus literalis.Quidã canonici Frigiſen.denuntiauerũt dño papæ,ꝙ eorũ epũs minus canonicè epãtũ adept⁹ bona ipſius epãtus adeo grauiter dilapidat & cõſumit ꝙ niſi celeriter adhibeat remediũ ad diſſolutionis opprobriũ deducet:& non ſolũ rerum: verũ etiã famę ſuę prodigus eſt & ſalutis.vt pote q vitã ducit nimiũ diſſolutã.propter qđ mãdat papa quibuſdã iudicib⁹ quatenas perſonaliter accidẽtes ad locũ veritatem inquirãt,& eam ad ipſum figillis ſuis trãſmittãt incluſam:eidẽ epo terminũ aſsignãtes quo cõſpectui dñi papæ ſe prẽſentet pro meritis recepturũ. interim tñ poteſtate vendẽdi:dãdi:ſeu quoquo modo alienandi bona
2 epiſcopatus eidẽ penitus interdicta.B.¶ † No.j. ex tex. ꝙ licet dicta paucorũ nõ infamẽt.vt in .c. inquiſitiõis.in fi.ſ.e.tñ ad dictũ paucorũ denũtiãtiũ cõmittit inqſitio. & tenuit Hoſt.ibi ꝙ primò debẽt iſti inquirere de infamia.Io.an.hĩc cõtra per text.qui dicit: *inquiratis veritatẽ &c.* ſed primũ dictũ plus mihi placet:qa ex quo papa hĩc nõ expręſsit ꝙ iſtũ haberet pro infamato cõmiſſa ſimpliciter inquiſitio veritatis videt tanq̃ prẽambulũ& antecedẽs cõmiſſum negotiũ ſuper infamia:qa nõ eſt veriſimile ꝙ in ſimplici cõmiſsione papa voluerit violare regulas iuris:pro hoc videt tex.cũ ibi no.ĩ.c.cũ oporteat
3 ſ.e.¶ † Secũdò no.ꝙ nõ ſolũ rerũ quis eſt prodigus: ſed etiã qñq; famę:Et dicit prodig⁹ fame ſuę qñ quis nõ curat de infamia turpiter viuẽdo:& talis negligẽs famam ſuã crudelis eſt:vt dicit tex.xij.q.j.c.nolo ſic qñq; qs dicit inimic⁹ ſuijpſi⁹: vt qñ agit cõtra p̃priã vtilitatẽ & honeſtatẽ.vt in.c.& q emẽdat.xlv.di.
4 ¶ † No.vltimò ex fi.lĩæ ꝙ verbũ vendẽdi nõ cõcernit alias ſpecies alienatiõis:ſed
c tñ illã ſpeciẽ alienatiõis in qua interuenit prætiũ[c].In cõtrariũ facit tex.ĩ.l.ſtatuliberi.§.quint⁹.ff.de ſtat.libe.& facit tex.ĩ.l.illicitas.ĩ prin.ff.de offi.p̃ſi. vbi verbũ emptio ſeu venditio cõprehẽdit oẽm ſpeciẽ alienationis. Sed cõclude ꝙ vbi nõ fit cõmemoratio prętij.verbũ venditio: cõprehẽdit oẽm alienationẽ:vt in iurib⁹ p̃alleg. Sed vbi fit cõmemoratio prętij:vt puta qa dicit nõ vẽdidit pro exiguo p̃tio:vel ſimilia verba apponunt,tũc verbũ vẽditio non cõprehẽdit alias ſpecies alienationis. ad hoc adduco tex.in.l.ij.C.de decu.ſine decre.nõ aliẽ.li.x. & vide qđ no.Bar.in.l.diui.§.j.de leg.j.& Cy. in.l.ij.C. de vſuca.
5 proem. ¶ † In gl.fi.in fi.De modo procedẽdi cõtra prẽlatũ ſup dilapidationis negotio plenè.no..ĩ.c.venerabili. de offi.dele.& p̃ Arch.ĩ.c.vulteranę.xij.q.ij.&ego pleniſsimè tango in.d.c.venerabili.vbi tractatur an & qñ poſsit fieri interdictio alienationis:& quãdo debet dari co-
6 adiutor.¶ † Sed circa iſtum tex.quęro nunquid omnis alienatio erit iſti prẽlato interdicta? Inn.hĩc dicit ꝙ poterit alienare q̃ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt.facit.C.de admini.tuto.l.lex quę tutores.Hoſt.cõtra.per iſtũ tex.qui generaliter prohibet omnẽ alienationẽ:ergo non tantũ interdicitur alienatio rerum immobiliũ:ſed etiam mobilium. Itẽ cuilibet prẽlato eſt interdicta poteſtas alienãdi immobilia.vt in.c.nulli.de re.eccle.nõ alie. ergo vt iſtud.c.ſeu iſtud interdictũ ponat aliquã ſpecialitatẽ debet ĩtelligi ẽt de oĩb⁹ mobilib⁹.fateť tñ ꝙ poterit alienare pendente

re pendẽte inquisitione pro expensis sibi fiendis ex quò remanet in administratione.dictũ Inn.plus mihi placet: quia intelligẽdo indistinctè ꝙnõ possit alienare res q̃ seruando seruari non possunt:istud interdictũ esset contra vtilitatẽ ecclesiæ.Itẽ videmus ꝙ in generali prohibitiõe alienationis q̃ fit tutori non venit interdictio bonorũ q̃ seruãdo seruari non possunt.vt.l.tutor qui repertoriũ. ff.de admit.tut.& in prẽalle.l. lex q̃ tutores. ¶ Secundò
7 quẽro.hîc† iudices quibus facta fuit cõmissio statuerũt terminũ parti vt cõpareret corã iudice ad quẽ fit remissio:& hoc:qa expressè hîc ista potestas fuit eis tributa: nunquid possint cessante speciali cõmissione hanc citationẽ facere:qđ est quẽrere nunquid iudex certi articuli vt se informet & referat possit citare partes vt cõpareãt corã iudice ad quẽ fit remissio?Et Inn.hic ꝙ sic. Nam iu
a dex à quo appellatur hoc põt.[a]vt in.c. personas.& in .c. cũ fit romana.de appel.fortius ergo hoc poterit iste iu-
b dex,ne causa remaneat sine termino. & hoc dictũ[b] satis placet.nã cõmisso principali videnť cõmissa & cõcomitantia & accessoria ad cãm.vt in.c.prẽterea.& in.c.prudentia.de offi.dele.& melius in cle.j.de rescrip. vbi text. vult no.ꝙ iudex impetratus per literas subreptitias põt pronuntiãdo literas subreptitias esse cõdẽnare impetrã
8 tem in expẽsis. ¶ †Subnectit Inn.ꝙ si ab isto iudice certi articuli fuit appellatũ:& ipse nõ deferens appellationi processit in causa,nõ põt amplio hunc teminũ statuere. mouet.quia super principali non põt cũ appellatũ sit:& prius expediendus est articulus appellationis.vt in .c. vt debitus.s̃.de appel.Super appellatione nõ põt:quia ei nõ detulit.hoc vltimũ dictũ nõ procedit: qa iudex detulit bene põt statuere terminũ ad appellationẽ prosequẽdã. vt in.c.oblatę.& qđ not.in.c.cũ appellationibus. de appel.lib.vj.nisi saluet dictũ Inn.vt illa iura procedant qñ
1 immediatè statuit terminus ad appellandũ & prosequẽ dũ:secus si prius processit in tota causa : & postea vult
9 hunc terminũ statuere.¶ †Vltimò q̃ritur nunquid pẽ dẽte hoc negotio cõtra p̃latũ valeat alienatio facta per eum?Dicendũ ꝙ si fuit facta post interdictum, est ipso iure nulla secũdũ Inn.sicut enim non valet alienatio facta cõtra legẽ mortuã.xij.q.ij.c.sine exceptiõe.& in reg. quę.cõtra ius fiũt.de reg.iur.lib.vj.ita nec facta cõtra le
c gẽ animatã:id est cõtra principis p̃ceptũ.[c] nã pro eodẽ debet haberi:secũdũ Inn.ꝙ aliquid fiat cõtra legẽ anima tam vel mortuã:quod no.secus si per cõtractũ aliquis se obligaret de nõ alienãdo:qa tũc impedit alienatio. De hac tamẽ materia dic vt plenè no.in.c.raynald9.de testa. per Inn.& doc.iuris ciuilis ī.l.fi.C.de re.alie.nõ aliq.& p Bar.in.l.filiussa.§.diui.ff.de le.j.Si verò interdictũ nõ est factũ:& tũc valet alienatio si est facta cũ solẽnitate iuris & in casu debito ex quò remãsit in administratione qđ sentit hic Io.an.& videt tex.in.c.veritatis. in fi. de do.& contu.vbi retractantur tantũ alienationes factę post interdictum vel excommunicationem sine suspensione.

De calumniatoribus. *Rubrica.*

¶ Continuari põt hæc rub.ad præcedẽtes hoc ordine. Suprà visum est de accusatoribo & delatoribo criminũ: verũtamẽ qa isti q̃ñq; calũniať:ideo cõpetẽti ordine subnectiť hæc ru.de calũniatoribus.Et aduerte quia accusantiũ temeritas detegiť tribus modis.q̃ñq; eñ calũniať.q̃ñq; p̃uaricanť.q̃ñq; tergiuersantur.Calũniari est falso crimina impẽdere:& pœna regularis calũniãtiũ est similitudo supplicij. Præuaricari est colludere cũ eo admittẽdo falsas probationes & veras simulando: & dicuntur præuaricatores:qa cõsistũt ex vtraq; parte:nã videnť esse cõtra reũ:& tñ eius partẽ fouẽt tacitè: & isti puniunť arbitrio iudiciario.vt.l.j.&.ñ.ff.de priuari. Tergiuersari est ī totũ recedere sine licẽtia iudicis ab accusatiõe:& isti tergiuersatores puniunť in q̃q; libris auri.l.iij.ff.de priuari.& p p̃dictis vide bonũ tex.ñ.q.iij.c.si quẽ pœnituerit.§.notãdũ.&ī.l.j.ff.ad turpi.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Accusans aliquem calumniosè debet ex officio iudicis puniri, & iudex non puniens est redargutione dignus.2.*
3 *Pœna exilij & verberũ citra tamẽ sanguinis effusionem reperitur de iure canonico etiam in personas clericorum.*
4 *Calũniator in quibus & quãdo põt puniri & intra quãtũ tẽp?*
5 *Calumniator si non potest puniri similitudine supplicij, puniatur alio modo.*

¶ *CAP.* *I.*

Vmfortius. Subdiaconus calumniosè accusans diaconũ subdiaconatu priuat, & publicè verberibo castigat,& in exiliũ mittit. Duo facit. primo ponit & aggrauat culpã iudicis.secundò ponit calũniatoris pœnã.ibi: *quia ergo.* ¶ Casus literalis.Hilarius subdiaconus accusauit Ioãnẽ diaconum. causa cuius accusatiõis cõmissa fuit Antonio subdiacono & quibus dã alijs:iudices in negotio p̃cedẽtes cũ ille Hilario nihil p̃basset cõtra Ioãnẽ diaconũ absoluerũt eũdẽ nullã pœnã imponẽtes Hilario subdiacono. p calũnia. peruenit hoc ad notitiã:vñ ipse scribit Antonio subdiacono : dicens quòd illa crimina fortius sunt punienda quæ inferunť illis qui culpabiles nõ fuerũt & p̃cipuè sacratis hominibus:vnde non reprehẽdit iudices illos qui in causa illius Ioannis diaconi:receperũt eò ꝙ nullã pœnã dicto Hilario calũniatori imposuerũt.vñ mãdat dicto Antonio quatenus cũ tantũ malũ nõ debeat trãsire impunitũ prędictũ Hilariũ priuet officio subdiaconatus. & verberibus castigatus publicè in exiliũ faciat deportari.B. ¶ No.j.ex tex.ꝙ cõstitutus ī ordine sacro videt homo sacratus.vñ Inn.exponit tex. ibi: *sacratis hominibus.* ideſt ho
1 minibus cõstitutis ī sacris.¶ †No.ij.iudicẽ debere ex officio suo punire accusatorẽ calũniosum:&si nõ facit,est maxima redargutione dignus.& pondera tex.ibi: *ex diffinitione vestra &c.* ꝙ calũniator debet puniri ex officio iudicis ī ipsa snĩa:quia reus absoluiť.cõcor.l.j.C.e.& dic
2 vt plenè dicã ī gl.fi. ¶ †No.iij.ꝙ si calũniator nõ est punitus tpe suo &reus fuit absolutus,põt postea puniri ex nobili officio iudicis.& videt hic tex.secũdũ hunc intellectũ pro no.in.l.j.ff.ad turpil.¶ No.iiij.quẽ posse accusare clericum maioris ordinis: quia licet nõ possit ex toto puniri similitudine supplicij:quia nõ habet illũ ordinẽ,põt tñ pœna cõmutari:vt hîc.¶ †Vltimò collige ex
3 tex.duo.Primò ꝙ ecclesia habet pœnã verberũ etiã respectu clericorũ: ita tñ ꝙ nõ tẽdat ad effusionem sangui
d nis.[d]vt ī.c.in archiep̃atu j.de rap.Secũdò ꝙ habet pœnã exilij.põt ergo ecclesia clericũ delinquẽtem publicè verberare & in exiliũ mittere.qđ no.& cõcor.iura alle. ī gl.
e & vide Innocẽ.in.c.qualiter.ij.s̃.titu. proxi. ¶ In glo. in ver. *priuari officio.* Ista glo.hoc intendit ꝙ si calũniator puniať in ipsa snĩa qa reus fuit absolutus, nõ põt postea puniri nisi per viã accusationis. & tunc ille qui accusat debet se inscribere ad pœnã taliõis:hoc verũ. nisi iudex pronuntiauerit accusatorẽ fuisse calũniatũ.nã tunc põt ex interuallo pœnã calumniæ infligere:quia satis est iudicem pronũtiare super delicto.quia statim venit impo nenda pœna iuris.ij.q.iij.c.si quẽ penituerit.§. notandũ. &.l.j.ff.ad turpil.Vin.extra gl.dicit ꝙ hoc fortè hoc crimen erat notoriũ.vel secũdũ Host.iste diacon9 accusat9 appellauit : & ideo in causa appellationis potuit infligi ista pœna:& causa fuit remissa ad eosdẽ iudices de consensu appellantis.& sic non obst.c.accepta.de app. Et ex his habes duas limitationes ad.l.j.C. de calum. alle. pro
4 contrario. ¶ †Et comprehendo clarius materiam aduerte post Barto. in .l.j.§.j.ff.ad turpillia. & ad.l. athletas.§. item prævaricator.ff.de his qui not. infa. quòd de
e calumnia [e] potest quis puniri multis modis. Primò ex officio iudicis mercenario : & tunc pœna debet in-

ZACHARI.
a ¶ Potest. Adde Ludo. roma.sing. inci. iudex à quo potest p̃figere. de quo per Feli. hîc co.vñ.ver. secũdo casu istomet.ita& Gemi.in.c. cũ appellationibus.§.si verò.nu.3.&ibi in apost.Cel. de appella.lib.vj.

SEBA.SAPI.
b ¶ Et hoc dictum. Adde text.p quẽ ita tenẽt Io.an. & Abb.in.c.dudũ.j. s̃.de elec. & Abb. idẽ tenet ī .c. cùm bertold9.de re iudica.vbi Felin. refert etiam dictum Inno.relatum hîc, per Ab. ꝙ si à iudice certi articuli fuit appellatũ : & ipse nõ detulit appellatiõi.sed p̃cessit in causa, nõ potest terminum statuere.&dicit istud dictum communiter reprobari.

SEBA.SAPI.
c ¶ Præceptũ. Vide Abb. in.c.dilectus.s̃. de prẽben. circa finem.

ZACHARI.
d ¶ Sanguinis effusionem. Adde ꝙ etiã imò cum sanguinis effusione. põt em̃ papa statuẽdo pœnã mortis imponere:licet non exequendo. ita no.posuit Feli. in.c.si quãdo.col. iij.ver. vnde dicit Bald.s̃.de rescrip.

SEBA.SAPI.
e ¶ De calumnia. Qualiter posit cõsului contra accusatorẽ q̃ñ accusatus fuit tortus.ac repertus inculpabilis. vide Alex. ī consi.xj.in.j. vol.

ZACHARI.

a ¶ In probando. No.eſt tex.in.l.diuus.ff.decuſto.re. & in.l.ab accuſatione.§.nuntiatores.&ibi Bar.ff.ad turpil.nō tñ de cō ſuetudine ſecūdū quā ꝓbare nō tenent: ſed ſolū nomina teſtiū iudici dare debēt:ſecūdū Bal. in apoſtil. ad Spe.in ti.de accu. ver.ſed ne ſyndic⁹ Sal. in.l.ea quidē, C.de accu. Angel. are.in trac.maleſi. in ver.ad denūti. col.ij. Bart. in ꝑal. §. nuntiatores. & l.diuus.vbi etiā tā git de primo mē bro huius apoſt, & Car. ī cle. ſępe. col. fi.q.v. de ver. ſig. & Bart. in ſua marg.in ver.denū tiatio.ver. fi. & in l. ſancimus ,C. de iud.

SEBA.SAPI.

b ¶ Officij. Vide Catal.in trac.ſyndic. ver.dcx.inci.adde & no. vbi dicit ꝙ ſi iudex ex officio ſuo ꝓcedit, nō tenetur ad expēſas inquiſitor: quia illud fecit ex neceſſitate officij.

ſeri in ipſa ſnīa.& ita intelligat.l.j.C.de calū.vel ſaltē per totā illā diē qua lata eſt ſnīa abſolutoria. qa tāto tēpore durat iudicis officiū in acceſſorijs.vt in.c.cū appellationibus.de appel.li.vj.&.l.paul⁹.ff.de re iud.poſtea puniri nō pōt ex officio iudicis mercenario. qa expirat ex quo lata eſt ſnīa ſuper prīcipali.venit em̄ acceſſoriè ad ipſum factū principale. ꝓ hoc.l.iiij.C.depoſi. ¶ Secūdò modo calūniator pōt puniri ex officio iudicis nobili.& ſic pōt intelligi tex.in p̄alle.l.j.§.j.ad turpil.& no. probat hīc ſecūdū vnū intellectū. & ex tali officio pōt ꝓcedere etiā lōgè poſt ſnīam abſolutoriā.Ex quò em̄ cōmiſit delictū in p̄ſentia iudicis pōt iudex etiā ſecularis ex officio ſuo nobili poſtea inquirere & punire.arg.l.nullū.C.de teſti. & qđ no.Bar.ī.l.ij.fi.§.publico.ff.de adul.Et ſecūdū hanc opi.nō oportet dicere ꝙ iſtud ꝓceſsit hīc ex ſpāli diſpoſitione principis: qa idē eſt in quocūq; iudicio.vt.s̄.dixi. Tertio modo pōt puniri calūniator ꝑ viā accuſationis: vt ſi nō fuit punit⁹ in ipſa ſnīa abſolutoria,pōt de nouo accuſari ſicut de quolibet alio delicto:vt hīc in glo.& in p̄alle.l.j.Et ſi q̄rit intra quātū tēp⁹ pōt accuſari, vel ex officio nobili puniri,ſunt opi.quidā dicūt ꝙ ſtatim abſoluto reo.arg.in p̄alle.§.j.Bar.ibi dicit ꝙintra tm̄ tēp⁹ pōt inquiri vel accuſari quāto tp̄e durat accuſatio delicti in quo fuit calūniat⁹:qa punit calūnia ad inſtar illi⁹delicti: qđ videt ſatis rōnabile & notandū.Poteſt etiā & quartò puniri ſecūdū modū hic traditū ī gl.vt primò ꝓnuntiet ſup calūnia:poſtea ex interuallo fiat executio pœnæ iuris:q̄ ſtatim venit imponēda ex ipſa pronuntiatione.vt s̄.dixi.pro hoc habes declarationem hui⁹ gl.& materiæ.

5 ¶ † In gl.in ver. *verberibus*. Op.& videt ꝙ iſte ſubdiaconus accuſator nō debeat ꝓpter calūniā ſubijci verberibus,nec in exiliū deportari: quia calūniator tm̄ punit ſimilitudine ſupplicij;& ſic ſuſtinere debet illam pœnā tm̄ quā ſuſtinuiſſet accuſatus conuictus.ij.q.iij.c.qui nō probat. ſed accuſatus de crimine fuiſſet depoſitus. vt in c.tuę j.de pœnis nō autē verberat:ergo nec iſte calūniator debebat verberari.Sol.hoc factū fuit in ſupplemētū pœnę ſecūdū gl.quaſi dicat iſte accuſator nō poterat puniri ſimilitudine ſupplicij,qa nō habebat ordinē diaconatus quē habebat accuſatus,quapropter priuat ordine quē habet:& in ſupplementū imponit alia pœna.qđ no. ex quo habes modū puniendi laicū criminatorē clerici: vt ſi cōuincet de calūnioſa accuſatione : cū non pōt puniri ſimilitudīe ſupplicij:qa nō habet ordinē,puniat alia pœna ad arbitrium iudicis.ſicut obſeruatur qn̄ pro delicto,de quo quis accuſatur non reperitur certa pœna: vt no.in præalle.§.itē præuaricator.& in.d.l.j. ad turpil.

ꝟ *SVMMARIVM.* ꝟ

1 *Ad denuntiationem vnius poteſt inquiri etiā contra prælatū.*
2 *Cauſa ſi eſt cōmiſſa examini alicuius:nō cēſet cōmiſſa eius diffinitioni:ſed diffinitio debet reſeruari & remitti ad delegātē.*
3 *Denuntians aliquod crimen punitur,ſi deficiat in probando.*
4 *Iuramentum in defectum probationis plenæ:non datur denuntiatoribus vel accuſatoribus.*
5 *Calūnioſus dicitur accuſator vel denuntiator eoipſo quòd non probat regulariter.fallit tamē ī multis caſibus:vt hic:iudex tamē ſi viderit etiā in illis calūniam,puniet ipſum ex officio*
6 *Quòd aliquis ſit calumniator non eſt præſumptio iuris & de iure.& ideo debet ſibi ſtatui terminus ad probandum innocentiam ſuam.*
7 *Purgatio infamiæ vel calumniæ quomodo fieri debet?*
8 *Denuntiator ſiue agat ad pœnam ſiue ad denuntiationem. & non probet:eſt puniendus de calumnia.*
9 *Infamare aliquem eſt grauiſſimum delictum.*

¶ *CAP. II.*

CVm dilectus. Denuntiator ī probatione criminū deficiens,ab officio & beneficio ſuſpēdit donec innocētiam ſuam purget.Et in prima denuntiatio & cauſę cōmiſsio.In ſecūda proceſſus examinatio & abſolutio denuntiantis. In tertia pœna calumniosè nuntiantis. ſecunda ibi. *cum autem.* tertia ibi: *vobis.*

¶ Caſus literalis. Magiſter ſcholæ Paleſtinus ad apo. ſe. accedens de ſuo epiſcopo exceſſus varios denuntiauit. Papa examinationem eorū commiſit quibuſdam inquiſitoribus faciendam. & vt examinationem factam ſub ſigillis ſuis ſibi deſtinarent incluſam.quo facto Papa examinauit proceſſum negotij diligenter, nec inuenit aliquid de prędictis ſufficienter eſſe probatum, vnde abſoluit epiſcopum ab obiectis.Mandās quibuſdā quatenus dictū magiſtrū ſuſpēdāt ab officio & beneficio donec ſe purgauerit,ꝙ calūniandi aīo non proceſsit ad huiuſmodi crimina proponēda:vt cæteri ſimili pœna perterriti ad infamiam prelatorū ſuorū de facili procedere

1 nō prę ſumant.Ber. ¶ † Not.j.ex tex. ꝙ ad denuntiationem vnius tātùm poteſt cōmitti inquiſitio etiam cōtra epiſcopum denuntiatū : ad hoc quod dixi poſt Ioā.and.

2 in.c.licet.s̄.tit.proxi. ¶ † Not.ij. ꝙ commiſſa examinatione alicuius cauſę non videtur cōmiſſa diffinitio : ſed debet diffinitio reſeruari & remitti ad delegantem. de

3 quo in.c.j.de ſeq.poſ.& fru. ¶ † Item no.ꝙ licet denūtiator non ſe inſcribat ad aliquā pœnam, tamen puniri

a debet ſi deficiat in probando[a]. ¶ † Item collige denun-

4 tiatum abſoluendū ſi ſufficienter crimina nuntiata probata nō ſunt : & ſic non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementū probationis:per hoc vide bonū text. cum glo.in.c.tam literis.s̄.de teſti. ¶ In glo.j.in fi.Not. glo.ꝙ licet in accuſatione vel in pura inquiſitione non requiratur admonitio.vt no.in.c.licet helij.de ſimo. ſecus qn̄ inquiſitio cōmittitur ad denuntiationē alicuius.no. glo. quia contrariū ſentit in.c.qualiter & quando.s̄.ti.proxi.

5 & ibi dixi.¶ † In glo.ij.ibi: *calumniari præſumitur ſicut in accuſatore.* No.bene gl.iuncto tex.ꝙ de calūnia conuin citur accuſator ſeu denuntiator eò ipſo quod non probat.& idē tenet Bar.in.l.j.ff.ad turpillia. & in.l. athletas. §.item præuaricator.ff.de his qui no. infa. & ibi eſt glo. fing.De hac materia pones caſus exceptos in quibus nō ſtatim prę ſumitur calumnia, quia deficit in probando. Primus caſus eſt,quando quis accuſatur ex neceſsitate

b officij.[b] vt eſt in tutore. vt in .l.ij.C. qui accu. non poſ. Secūdus caſus eſt,qn̄ ex neceſsitate hoc facit:vt qa hęres qui tenet vindicare necē defuncti.l.cū fratrē.C.de his q. vt indi. Tertius ratione immēſi doloris: vt qn̄ marit⁹ accuſat vxorē de adulterio. vt ī.l.q̄uis.C. de adul. Quart⁹, qn̄ ꝓpter immēſitatē delicti. vt qn̄ accuſat de falſa moneta:nā vt facilius reperiat accuſator ius nō vult vt deficiēs incōtinēti p̄ſumat calūniari.vt.l.j.C. de fal. mone. Itē fallit ſecūdū Bar.ibi:ratione infamię. vt ſi acculatus erat infamatus de delicto:pro hoc bon⁹ tex.in.l.miles.§. mulier.ff.de adul.Itē ſi audiuit illū criminoſum à fide dignis perſonis:ſecus ſi à vilibus:facit .c. inquiſitionis j. de ſentē.excōi.Item fallit ſi teſtes deceperūt accuſatorē : vt quia ꝓmiſerunt teſtificari & promiſerūt,& defecerunt. pro hoc vide bonā gl.ij.q.iij.c.paulū.Itē fallit ſi ſemiplenè accuſator ꝓbauit.ſecūdū Vincē. & facit qđ no.Io.an. in.c.cū dilecti.de elec.& Spec.ī ti.de accu.ad fi.In his ergo & ſimilib⁹ caſib⁹ licet quis deficiat in ꝓbādo: nō p̄ſumit̄n ſtatim calumniari:ſed iudex ex officio ſuo debet inquirere vtrū fuerat calūniatus:& ſi reperiret euidēter calūniatorē etiā ī iſtis caſibus.vt in p̄alle.l.j.§ j.ad turpil. & not.gl.in prę alle.§.itē prę uaricator. Regulariter ergo extra hos caſus & ſimiles cōmunis eſt opin. ꝙ eò ipſo ꝙ quis deficit in probādo p̄ſumit calūniari.& ſine alijs indicijs pōt puniri de calūnia.qđ euidenter probat hīc:vbi papa ſe tantū fundat ꝙ non reperit aliqđ delictū probatum.& facit.ij.q.iij.c.qui non probat.&.ij.q.viii.c.quiſquis. ¶ † Dicit tamen Bar.in.d.§.item p̄uaricator.ꝙ iſta

6 nō eſt prę ſumptio iuris & de iure,imò admittit ꝓbatio innocentiæ

innocẽtiæ. & ideo dicit ſe putare q̃ antè q̃ iudex puniat calumniatorẽ debet ſibi ſtatuere terminum ad probandum innocẽtiã ſuã. Sed hoc dictũ videt prima fronte cõtra iſtũ tex. vbi papa nõ ſtatuit terminũ ad ſe excuſandũ imò incontinenti mandauit eum puniri. ſed ſuſpendi do nec probaret innocentiã ſuã. & videt in hoc iſte tex. mirabilis. vt primò puniat calũniator de calũnia, & poſtea recipiat probationes ſuper innocẽtia. cũ deberet eſſe totũ oppoſitũ: maximè ſecũdũ illã theoricã Bart. & ſentit hîc Hoſt. & ideo admittit iſta probatio innocẽtię: q̃a & ſi nõ plenè tñ aliqualiter probauerat. vt in tex. aliâs enim ſecũdũ eũ admittit purgatio innocẽtię. alle. qđ habet in auſ. de iud. §. porrò. & ſic ſentit apertè q̃ ex toto deficiẽs in probãdo venit puniẽdus pœna calũniæ, nec admittit probatio innocẽtię: qđ eſt cõtra Bar. in loco prę alle. nec doc. hîc hãc cõtrarietatẽ tangũt. Satis putarẽ poſſe ęquè diſtĩgui. vt accuſatore ex toto deficiẽte iudex nõ debeat imponere pœnã momẽtaneã accuſatori, niſi pri⁹ admittat ſuas probationes ſuper innocẽtia. nã ſatis eſſet inhumanũ & acerbũ nõ admittere probationes cũ poſſet ex cauſa à calũnia excuſari. & pro hoc bonus text. hîc. in fi. & in. c. j. de elec. lib. vj. ſed pœnã ſucceſsiuã propter præſumptionẽ ortã ex deficiẽtia põt imponere cũ illa limitatione donec ſe purgauerit. & ita põt intelligi iſte text. & ſic nõ procedet opi. Hoſt. hîc. q̃ purgatio nõ admittit ſi ex toto defeciſſet in probando. põt tñ ſaluari dictum ſuũ qñ vellet ſe purgare per iuramẽtũ tantũ. prout ipſe Hoſti. ſentit: ſecus ſi p̃ alias veriſimiles p̃ſumptiones. vt
7 ſ. dixi. & hoc no. ¶ † In ea. gl. ibi: *per ſacramentũ ſuũ &c.* Sed ꝑpe finẽ gl. cõcludit q̃ iſtud arbitrariũ erit q̃a purgationes hodie ſunt arbitrarię: quaſi velit q̃ iſti cõmiſſarij poterũt indicere purgationẽ per ſuũ ſacramentũ, vel adiungere duos vel tres cõpurgatores ſecũdũ q̃ eis videbit. Hoſti. dicit ſufficere ſolũ iurm: q̃a nõ habet text. de purgatiõe. Sed certè opi. gl. mihi plus placet. q̃a tex. dicit q̃ canonicè debet ſe purgare. & purgatio canonica eſt arbitraria. vt j. de pur. ca. p totũ. ij. q. v. c. oĩb⁹. & c. cõſului-iſti. Itẽ poterit canonicè purgare innocẽtiã ſuã probãdo
8 aliquẽ modũ de ſupradictis vel cõſimiles. ¶ † In ea. gl. ibi: *pœna illius qui denũtiat &c.* Sed contra hoc & cõtra text. fortiter op. ille qui denũtiat agit pœnitẽtiã: & ideo non tenet ſe inſcribere ad aliquã pœnã etiã extraordinariã: vt dicit tex. i. c. ſuper his. ſ. tit. proxi. Itẽ pœna calũnię eſt vt puniat ſimilitudine ſupplicij. ſed iſte denũtiator non agebat ad aliquã pœnã: ergo deficiẽs hîc nõ debebat puniri. Inn. hîc nõ rñdet ad cõtrariũ. ſed dicit nò. q̃ grauiori pœna afficit denũtiator calũnioſus q̃ denũtiatus conuictus quia denuntiatus conuictus fuiſſet compulſus tantum agere pœnitentiam: ſed denuntiator calũnioſus hîc ſuſpenditur ab officio & beneficio. do. Cardi. dicebat q̃ oportebat intelligere iſtum text. quòd agebatur ad certã pœnã: quaſi velit q̃ hîc loquat de denũtiatione canonica & finis erat ad certã pœnã imponẽdam. Iſta eſt magna reſtrictio ad iſtũ tex. & cõtra opi. omniũ doc. & hoc. c. hactenus per oẽs intellectũ eſt vt procedat etiam cũ agit ad pnĩam & minimè ſunt mutãda &c. ff. de legi. l. minimè. & ad hoc adduco iſtũ tex. in fi. dũ dicit iſtũ debere ſuſpẽdi, ne de facili ad infamiã prelatorũ profiliat: ponderat ergo fama q̃ orit ex denũtiatione & nõ pœna. Itẽ ſi fuiſſet actũ ad certã pœnã, fuiſſet facta inſcriptio ad pœnã extraordinariã. vt in. c. ſuper his. p̃alle. & ideo intelligo iſtũ tex. vt ꝑcedat etiã in denũtiatione q̃ fit ad pnĩam. Et ad cõtraria rñ. & primò ad. c. ſuper his. fateor em̃ q̃ denuntians nõ habet ſe inſcribere: q̃a non agit ad pœnam. ſed ſi deficit, tũc ꝑpter infamiã quã conatus eſt
9 inferre denũtiator, debet puniri prout dicit hic. ¶ † Nã infamare aliũ: eſt graue delictũ. de pœ. di. j. c. homicidiorũ. &. vj. q. j. c. deteriores. &. c. ex merito. &. c. q. j. c. j. &. ij. & hoc apertiſsimè voluit litera in fi. hic. nam ſi aliqualiter non puniret denuntiator, de facili quiſq̃ profiliret ad denuntiandũ alium: nec valet argumentũ: non ſe inſcribit: ergo non debet puniri. tolle inſtantiam. Obijciẽs contra electum non confirmatum non ſe inſcribit: quia non tendit ad pœnam: vt dicit tex. in. c. ſuper his. ſ. titu. proxi. & deficiẽs in probatione punitur. vt in. c. j. de ele. lib. vj. Nec ob. ſecundũ cõtrarium, q̃a in odium calumnioſi inductum eſt vt puniatur ſimilitudine ſupplicij: ſed ſi nõ reperitur conſimilis pœna: q̃a ad pœnam non agebat, debet puniri alio modo. q̃a nõ debet calumniosè profilire ad infamiam alterius: & crimina non debent remanere impunita. Et per hoc habes intellectum huius. c. & rationem ipſius tene menti.

De ſimonia. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Simonia reſpectu aliorum criminum obtinet principatum. Simonia quid ſit & vnde dicit: quot modis cõtrahitur: quis admittatur ad accuſandum vel teſtificãdum? vide remiſsiuè.*
2 *Diffinitio ſimoniæ.*

¶ Continuari poteſt iſta rub. ad precedentes hoc ordine. Su-
1 pra viſum eſt de accuſatoribus & calumniatoribus. ¶ † Nunc reſtat videre de his criminibus. & q̃a inter cætera ſimonia obtinet primum locũ. nã cætera reſpectu huius pro nihilo reputantur. j. q. vlt. c. fi. ideo tractaturus auctor de criminibus præmittit de ſimonia. & quid ſit ſimonia: vnde dicitur: quot modis contrahatur: quis admittatur ad accuſandum vel teſtificandum. & quot modis dicatur quid ſpirituale vide plenè. j. q. j.
2 in ſumma. & in gl. ſeq. ¶ † Et proprie ſimonia² eſt voluntas ſtu-
a dioſa vel cupiditas emendi vel vendẽdi aliquid ſpirituale vel ſpirituali annexũ. & dixi voluntas vel cupiditas, quia ſpiritualia vendi non poſſunt: ſed ex voluntate ſola vendendi vel emẽdi egreſſa tamen ad actum committitur ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Simoniã cõmittit epiſcopus vel eius miniſtri accipiẽdo aliquid temporale pro conferendis ordinibus. 2*
3 *Notarius epiſcopi an licitè accipiat aliquid temporale citra peccatum ſimoniæ: ex eo quod ſcribit clericos ordinatos.*
4 *Simonia committitur ſi quis accipiat pro ſpiritualibus aliquid temporale etiam ſponte datum.*
5 *Scriptores bullarum in curia romana prætium recipientes, an incurrant ſimoniam?*
Simonia an habeat locum in curia romana?
Curia romana ſi aliquid obſeruat, debemus etiam nos obſeruare: ſi apud nos ſit ſtatutum contrarium.
6 *Papa an inuoluatur crimine ſimoniæ?*
7 *Ordinarius habet poteſtatem ligandi & ſoluendi in habitu, non in actu.*
Preſbyter non poteſt nec abſoluere nec ligare parochianum alterius nec aliquem, niſi ſit ſub parochia ſua.
8 *Dans pecuniam papæ ex pacto pro beneficio obtinendo non eſt tutus apud deum. licet. ſimus in caſu in quo ipſe papa non committat ſimoniam. 9.*
9 *Ludentes ſi ex conſtitutione epiſcopi ſunt excõĩcati incurrũt excõĩcationẽ etiã ſi ludant cũ epiſcopo: licet epiſcopus non incurrat: quia non poteſt ligari ſua conſtitutione.*

¶ *CAP.* *I.*

1 IN ordinando. † Breue eſt. vel põt ſic ſummari. Epiſcopus pro ordine ab eo conferendo vel miniſtri vel notarij nihil temporale exigere debent. & duo ſunt dicta. Secundum ibi. *pro ordinatione*. ¶ Caſus literalis. Propoſitum fuit in ſynodo generali vtrùm pro ordinatione aliquid accipi poſſet. Et reſpõdet q̃ pro ordinatione nullus aliquid accipiat,
2 nec ordinatus aliquid det. Ber. ¶ † Not. j. ex text. quòd

SEBA. SAPI.
a ¶ Simonia. Vide Cardi. in. c. nemo. j. eo. vbi aliter definit ſimoniam.

vbi principale debet esse gratuitũ, oĩa accessoria circũfe rentia debent etiã esse gratuita: vnde nõ solũ ꝓhibet ẽps qui ordinẽ cõfert, aliquid pro ordine recipere: sed etiam alij ministri qui sunt accessorij & coadiuuãt ipsum ẽm in celebratione. ¶ †In gl.ij.ibi: *archidiaconus*. & si intel ligat de eo loquit tex. de voce qua vocant ꝓmouẽtes: vel fortè de illa voce qua respondet in scrutinio secũdũ for mã. c. vnici. de scrutinio: in ordine faci. vel intelligi põt secundũ Odoff. de diacono qui cantat euangeliũ. & hoc magis cõsonat antiquę. Sed põt dici ꝙ in vtroq; ipsorũ: & in quibuscunq; administrantibus hoc. c. vendicat sibi locũ: qa ordo debet gratis conferri. ¶ †In gl. in ver. *vendere*. in fi. duo sunt hîc examinãda. Primũ. nũquid nota rius posit licitè ꝓ suo labore[a] aliquid capere. Secundũ nunquid datio alicuius tẽporalis spõte oblatę posit lici tè sine peccato recipi. Ad primũ cõclude breuiter post gl. & doc. ꝙ aut notarius habet salariũ de publico: puta ab eẽo, & nihil debet exigere. Aut nõ habet salarium, & tũc aut suũ officiũ est adeo necessariũ in ordinatiõe vt nisi ipse scribat ordo nõ dicat rectè collatus: & tunc cũ officiũ suũ sit de cõferẽtibus administrationẽ, nihil põt exigere. Ego tn nõ video ꝙ officiũ scriptorũ posit esse tale vt necessariò requirat ad ordinẽ legitimè cõferẽdũ. & ideo simpliciter põt dici ꝙ ex quò non habet salariũ de publico rectè põt pro labore suo pecuniã exigere. & istud. c. voluit secundũ Inn. tollere cõsuetudinẽ quorũ dam locorũ. in quibus oẽs officiales & ministri petebãt pecuniã. ¶ †Quò ad secũdũ cõclude. ꝙ ꝓ ipsis spũalib⁹ non debet aliquid cõferri etiã gratis. pro hoc iste tex. in fi. vbi ordinãdus prohibet dare, sed si nõ pro ipsis spũa libus principaliter sed ex charitate quadã aliquid sponte cõfert, licitè recipi põt. vt ĩ. c. & si q̃stiões j. e. ti. ¶ †Op. extra gl. cõtra tex. & videt ꝙ notarius indistinctè recipe re posit: nã in curia romana notarij exigũt pecunias. & papa scit & tolerat. imò est ibi facta taxatio quãtũ solui debeat pro qualibet bulla. ergo & ĩ alijs locis notarij li citè recipere pnt. arg. in, c. in causis. ſ. de re iudi. nã ipsius curię actio nostra debet esse instructio. sicut dicimus in actione christi. ĩ. c. significasti. de elec. Sol. dicũt doc. ꝙ in curia romana notarij nõ hnt salariũ: ideo licitè exigunt. vel ĩ curia romana non habet locũ[b] ti. de simo. sicut nec in curia principis habet locũ lex iulia de ambitu. qd̃ est verũ secundũ Host. ĩ his q̃ sunt simoniaca, qa prohibita secus ĩ prohibitis, quia simoniaca. vt dicit gl. ĩ. c. ex parte. de of. dele. dicit Host. ꝙ licet papa non ligẽt propria cõ stitutione in his q̃ sunt simoniaca, quia prohibita. tn de beret ipse prę cæteris abstinere: quia si in se hoc non sit malũ, est tn species mali à qua ꝓcepit apostolus abstinẽ dũ. vt in. c. cũ ab oĩ specie mali. de vi. & ho. cle. Itẽ decolorat stat⁹ eccl̃ię, ergo debet abstinere. j. q. vij. c. & si illa. ¶ †Et hęc faciunt ad q̃stionẽ notabilẽ. nunquid papa[c] inuoluat crimĩe simonię si de facto recipit pecuniã pro collatione alicuius ꝓlaturę seu beneficij. & expresè nõ reperi hãc q̃stio. examinatã per doct. nisi vt do. Car. hîc simpliciter dicit ꝙ non cõmittat simonia. quasi inferendo hoc ex ꝓdictis ꝙ titulus beneficij videt de iure posi tiuo. & papa vtit eo iure, & in istis non ligat. vt in. c. pro posuit. de concess. ꝓbẽ. Ego semper tenui oppositũ. & ita repetẽdo. §. qui verò in. c. extirpãdę. de ꝓben. posui super hoc conclusionẽ. ꝙ si beneficiũ habet administrationem ordinis vel executionẽ clauiũ, etiã papa inuoluit vitio & peccato simonię, secus si nõ habet administrationẽ ordi nis vel executionẽ clauiũ, vt sunt ista hospitalia vel aliæ administrationes tẽporales. Primũ probo ratione. nam licet ipse titul⁹ beneficij sit de iure positiuo, tn executio ordinis seu ptãtis clauiũ est de iure diuino: nã ordo erat in veteri testõ vt vẽdẽs executionẽ ordinis videret vendere ipsum ordinẽ & gratiam dei: & ista sunt simoniaca in se. & ideo prohibita. j. q. j. c. q studet. ¶ † Vnde debes scire ꝙ qñ aliquis ordinat recipit tantùm potestatem soluẽdi & ligandi in habitu nõ aũt in actu. xij. q. j. c. ecce sufficiẽter. cũ. c. seq. hinc est ꝙ nõ põt quis absoluere vel ligare parochianũ alterius quantũcũq; sit sacerdos: si tn sibi cõferat beneficiũ: tunc dat sibi aliqua executio ordi nis. q̃ quidẽ executio est in se merè spũalis & de iure di uino, & pro hoc vide bo. gl. in. c. licet j̃. de pœnis & text. cũ gl. in. c. ex diligẽti j̃. e. & sic intelligo. j. q. j. c. presbyter &. j. q. iij. c. altare. & in collatione eẽpatus nulli dubiũ est ꝙ papa committeret simoniã. j. q. j. reperiunt. qa eẽpatus est ordo. & cũ ista sint connexa, nõ excusat dicẽdo se re cipere pecuniã pro tẽporalibus. qa vẽdito vno ex cõne xis neutrũ inuẽditũ relinquit. j. q. iij. c. si quis obiecerit. Sed in alijs beneficijs non habentibus executionẽ ordi nis papa nõ cõmitteret simoniã. qa prohibitũ est in illis tũ de iure positiuo. quo papa non ligat. debet tn absti nere rationibus ꝓdictis. ¶ †Et in oĩbus casibus puto ꝙ ille qui dedit ex pacto pecuniã papę nõ sit tutus quò ad Deũ: nec põt sine peccato administrare ĩ bn̄ficio. ¶ †Et in casu in quo papa non cõmitteret simoniã ex quò ex tabat constitutio ꝓhibitiua subditus incidit in pœnã[d] sicut in simili disputat Io. an. q̃stionẽ. Cauet statuto epi ꝙ ludens ad azardũ sit excõicatus. an ludens cũ eẽo qui fecit excõicationẽ incidat in excõicationem? & cõcludit ꝙ sic: licet ipse episcopus nõ sit excõicatus. quia non po tuit ipse ligari sua constitutione. ita disputat in regula. cui licet. de re. iur. li. vj. in mercu. ita etiã ad ꝓpositũ vbi papa non cõmitteret simoniã, ex quò recipiẽdo pecuniã ex pacto non suspendit cõstitutionẽ prohibitiuã dãs pe cuniã committit vitiũ simoniæ: & sic non põt agere pœ nitẽtiã retento beneficio. vt in. c. inquisitionis in prin. ſ. de accu. & plenissimè hunc articulum prosequor in d. repetitione.

SEBA. SAPI.
a ¶ Pro suo labore. Vide Dec. in. c. j. col. xxvij. ver. restringitur hæc prima limitatio. ſ. de ꝓbatio, vbi ponit qñ notari⁹ possit percipere salariũ.

ZACHARI.
b ¶ In curia Romana nõ habet locũ. Adde istud dixisse & notasse Bart. in. l. j. in prin. ff. ad leg. iul. de ambi.

SEBA. SAPI.
c ¶ Nũquid papa. Vide de hoc articulo ꝓ Fel. in. c. ex parte, j. in princ. ſ. de offi. dele. & per eundem hìc. & ꝙ papa possit illa queari in crimine simoniæ ꝓsupponit gl. in. c. si papa xl, dist. vbi Gemi. ita tenet. & idẽ tenet. Gemi. in. c. altare. j. q. iij. & in. c. non debet. xij. di.

ZACHARI.
d ¶ Nõ sit tut⁹ quo ad deũ. Adde hoc tenuisse istũ in .c. extirpãpę. §. ꝙ verò. in fi. in repe. cõ tra gl. in. c. ex parte. Io. j. de off. dele. archi. & Gemi. in c. j. xij. di. & Io. de ana. hic opi. isti⁹ se quit Fel. in. c. de cę tero. col. fi. ver. de simonia verò com missa. ſ. de re iudi. vbi dicit ꝙ licet papa nõ ligẽt ĩ ali quib⁹, ligat tn qui cõtrahit cũ eo. qb⁹ adde Bal. in. l. barbarius. col. ij. in fi. ff. de offi. prętoris.

SEBA. SAPI.
e ¶ In pœnã. Vide Feli. pungentẽ. in c. de cętero. in fi. ſ. de re iudic. & de ista qõne quã refert Abb. hic vide oẽs in. c. vt animarũ. de cõsti. in .vj. Bal. in auth. quibus cunq;. C. de sacrosan. eccle. & in. l. digna vox. C. de legi. & Alex. ĩ. l. j. ff. quod quisq; iuris. in prin.

1 *Tanquã simoniacus deponitur ille qui pecunia accepta eiecit aliquem de ecclesia sua se in ea intrudendo.*

¶ *CAP. II.*

1 QVialium. Breue est: sed põt sic summari. ¶ † Deponẽdus est qui per pecuniã aliquẽ eiecit de ecclesia sua se postea intrudendo. ¶ Not. j. ex tex. vnũ casum in quo fit depositio: licet procedat per viam inquisitionis. Aliqui tn volunt intelligere hoc. c. qñ fuit ꝓcessum ꝓ viã accusationis: sed primũ veri⁹. qa tex. loquit indistinctè & cõmisit ista duo peccata: nã succesit in locũ viuẽtis, & cõmisit crimẽ simonię de quo dic vt in. c. inquisitionis. ĩ prin. ſ. de accu.

1 *Simoniacus potest per quemlibet christianũ accusari: per aliũ verò non nu. 2. 4.*

3 *Testis exoratus precibus per partem vt ferat testimonium non potest tanquã suspectus accusari.*

5 *Testes an & quãdo possunt cõpelli testificari in criminalibus.*

¶ *CAP. III.*

1 SI dominus. ¶ †Quilibet catholicus admittit ad accusandũ de crimine simonię. & secunda pars ibi: *non igitur &c.* ¶ Casus literalis. Quęrebat vtrũ quilibet catholic⁹ admittendus sit ad accusationem simoniacorum? rn̄d. papa. ꝙ quilibet admittendus est. ar. à minori. Si enim dominus qui fuit sine peccato licentiam accusandi dedit vni. ſ. iudęo sceleratissimo cùm dixit. Si malè loquutus sum &c. multò fortius nullus catholicus repellendus est: imò po tius exhortandus vt veritatem assecueret ad repellẽdum simoniacam prauitatẽ. Ber. ¶ Not. j. ex tex. ar. ꝙ superior potest accusari per inferiorem. ad hoc. c. licet. &. c. veniẽs. ſ. de accu. ¶ †No. ij. vnã regulam. ꝙ non catholicus

licus nō admittit ad accuſandū etiā de crimine ſimonię.
3 ¶ †Not.iij.bo.text.in arg.q̄ teſtis exoratus precibus p̄ partem vt ferat teſtimoniū nō dicit ſuſpectus. ¶ In gl. j.ibi. *iudæ*. melius diceret iudęo:ſecundū Io.an.qa iſta verba quę ſequunt nō fuerūt dicta iudæ. ſed illi iudæo miniſtro qui dedit alapam Ieſu dicēs.ſic rn̄des pontifici & Chriſtus rn̄dit.Si malè loquutus ſum &c.& ſic etiam deberet corrigi gl.ſequēs.Gof.dicit q̄ p̄ōt intelligi text. de illa authoritate.quis ex vobis arguet me de peccato &c.Nam illa authoritas loquit̄ propriè de accuſatore, ſed prima de teſte.Sed tu dic q̄ vtraq̄ authoritas poteſt applicari ad literam. ſecunda p̄ōt applicari ad text.ibi *accuſandi*. prima p̄ōt applicari ad l̄ram ibi. *vt veritatem aſſerat &c*. Iſtæ authoritates faciūt tantū quo ad ſup-ciē:quia in veritate ſenſus illius authoritatis eſt q̄ à ne-
2 mine poterat Chriſtus accuſari ſiue redargui. ¶ †In gl. in ver. *catholicus admittitur in teſtimonium &c*. hoc nō eſt verum ſimpliciter.iō dic q̄ aut quęrit̄ nūquid quilibet admittat̄:& dic vt le.& no.in.c.per tuas j̄.e.vbi dicā. aut q̄rit̄ vtrū quilibet admittat̄ ad accuſandū . & dic vt
5 plenè dixi in.c.cū.p.s̄.de accu. ¶ †In gl.fi.in fi.de hoc an & qn̄ teſtes poſſint cōpelli in crīalibus.dic vt in.c.dile-ctorū.all̄.in gl.Et iſte tex.poſſet intelligi ſecūdū Io.an.q̄ primō ſit exorādus per partē,ſed cōpellēdus per iudicē & no.primū q̄ p̄ōt licitè exorari per partē:vt.s̄.dixi.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Simoniacus pendente accuſatione ſuper ſimonia prohibetur ab adminiſtratione diuinorum.*
2 *Papa debet ordinem iudiciariū ſeruare de potentia ordinaria, ſecus de abſoluta.*
3 *Lite pendente reus nō priuatur re ſua:puta beneficio,niſi pendeat lis ſuper aliquo graui crimine,quo caſu quis ſuſpenditur à re ſua donec cauſa finiatur.*
4 *Simoniacus licet occult⁹,an & quādo ſit ſuſpēſus tā quo ad ſe quā quo ad alios :adeo vt alij audientes diuina ab eo peccēt.*
Simoniacus non dicitur ille qui habet beneficium pro quo conſequendo alter dedit pecuniam: & ipſe ignorat,quando autē ſciret,tenetur dimittere.
5 *Simoniacus an & quando poſsit prohiberi celebrare.*
Excōmunicatus à iure poterit excommunicari ab homine.
Excommunicatus à iure poterit iterum ab homine ſuſpendi.

¶ CAP. IIII.

1 ACcuſatum. ¶ †Simoniacus pēdente accuſatione ab adminiſtratione diuinoxū prohibet.
2 Hoc dicit cū ſeq. ¶ †No.j.ex tex.q̄ papa neceſſitat̄ ad ſeruandū ordinem iudi-
a ciarium.[a] & intellige de ordinaria potentia,& nō de ab-
3 ſoluta.vt in.c.propoſuit.de cōceſ.præbē. ¶ †Not.ij.caſum in quo litependēte quis priuat̄ quaſi poſſeſſione bn̄ficij & officij.& intellige hunc tex.quando accuſatus erat infamatus de ſimonia.vt in gl.nā per atrocitatē dicti cōcurrēte infamia fit ſuſpēſio donec cauſa finiat̄. vt in.c.inter j̄.de pur.ca.& idē in alijs magnis criminib⁹ cō-currente infamia.& vide qd̄ no.Io.an. in.d.c.inter.& in
4 c.j.de accuſa.lib.vj. ¶ †In gl.prima ibi. *quantuncunque ſit occultus*. pōdera qa gl.videt̄ ſibi cōtraria:quia hīc dicit q̄ ſimoniacus in ordine quantūcunq̄ ſit occultus eſt ſuſpenſus j̄.in ver. *ſi verò*. dicit q̄ ſi eſt occultus nō eſt ſuſpenſus quo ad alios.Et vt clarè habeas hunc articulū aduerte ad duo.Primū.nūnqd ſimoniacus ſit ſuſpēſus. Secundū.nūquid poſſit prohiberi ne miſſam celebret. Ad primum dic quòd aut eſt ſimoniacus in ordine,& quātuncunq̄ ſit occultus eſt ſuſpenſus quo ad ſe & quo ad alios:quia & alij peccant audiēdo diuina ab eo.xxxij. diſtinct.c.præter.§.verum.& not.Inno.in.c.tanta j̄.eod. & ita intellige hanc particulam glo.Si verò eſt ſimoniacus quo ad beneficium:ſi eſt manifeſtus & notorius,ſuſpenſus eſt quo ad ſe& quo ad alios.arg.in præalle.§.verum.& not.Inno.in præalleg.c.tanta.niſi delictū ſimoniæ fuiſſet commiſſum eo ignorante:vt quia pater vel alius dediſſet pecuniam eo ignorante.ar.j.q.vij.c.præſentium:ſed cū hoc ſciuerit,debet dimittere beneficiū. ſi verò eſt occultus:& tunc eſt ſuſpenſus quoad ſe non quoad alios.ſicut quilibet peccator.& ipſe peccat celebrando:ſed alij non peccant eum audiendo:& ſic loquit̄
5 glo.in fine & ſentiunt hīc doc. ¶ †Quoad ſecundū dic q̄ aut notoriū eſt eum eſſe ſimoniacū,& nedum debet prohiberi,imō deponi.ſecundū ea quę le.& no.in.c.inquiſitionis.s̄.de accuſa.Aut hoc nō eſt notorium,nec infamatus eſt,&non debet prohiberi:vt.s̄.dixi.Aut eſt infamatus:& debet prohiberi vt hīc.nec ob.oppoſitio gl. q̄ iam iſte eſt ſuſpenſus ipſo iure:quia in tex. nō dicitur q̄ debeat ſuſpendi:ſed q̄ debeat ꝓhiberi.nā & ſuſpēſus poſſet de facto celebrare.iō debet prohiberi, quaſi prohibitio conferat̄ ad factum,ſuſpenſio ad ius.Itē(vt dicit Io.an.)poteſt propriè ſuſpendi:licet ſit ſuſpenſus, nā ſicut excōmunicatus à canone poſſet excōicari ab homine:vt in.c.ita quorūdam j̄.de iudæis:& quod ibi no.glo. ita ſuſpenſus à iure poteſt etiam ſuſpendi ab homine.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Simonia propter immanitatem criminis dicitur hæreſis: nō autem quòd ſit hæreſis.vide j̄.proxi.c.*
2 *Papa de hæreſi accuſatur:non autem de ſimonia,niſi concurrentibus tribus de quibus vide remiſsiuè.*

¶ CAP. V.

OVoties. Idem dicit quòd præce-a dens. niſi quòd illud.c.loquitur in accuſatione.iſtud in inquiſitione. &.c. illud loquitur de ſimoniaco in genere,iſtud declarat de ordine. Et ex his colliguntur oppoſitiones quæ poſſunt formari de
1 ſuperfluitate. ¶ †Not.primò ex text.q̄ ſimonia dicitur
b hæreſis[b].Nunquid autem quilibet ſimoniacus ſit hęreticus?dic ſecundū Inno.quòd nō.ſed ille eſſet hæreticus qui crederet gratiam ſanctiſpiritus poſſe pretio acquiri.Alij verò hoc non credentes ſed dantes pecuniā pro auiditate habendi beneficium vel conſequendi ordinem non ſunt hæretici:ſed ſimoniaci:ſed propter immanitatem criminis appellat̄ hæreſis.Et ex his infero ad id qd̄
2 no.glo.in.c.ſi quis pecunia.lxxix.diſt. ¶ †Nunquid papa poſſit accuſari de ſimonia cū poſſit accuſari de hæreſi.xl.diſt.c.ſi papa.& dicendū quòd non niſi concurrant
b tria quæ not.in glo.in illo.c.ſi papa.prę̄al.& tene menti.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Simoniacus deponitur ſi eſt ſacerdos.*
2 *Simonia eſt peſtis inficiens hominem: & reddens ipſum inhabilem ad executionem officij.*
3 *Simonia & hæreſis:puniuntur perſola ſigna & præſumptiones propter atrocitatem tanti criminis, & idem eſt in alijs grauibus criminibus.*
4 *Homicidium an ſit horribilius crimen quā ſimonia.*

¶ CAP. VI.

SIcut ſimoniaca. † Simoniacus eſt deponendus.h.d. ¶ Caſus literalis. Quę-rebatur de pœna iniungēda ſimoniaco. Et
ref.papa q̄ ſicut ſimoniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos vincit:ita ſine aliqua dilatione cū de ipſa conſtiterit de eccleſia dei debet eliminari atq̄
2 expelli.Ber. ¶ No.j.ex tex.q̄ ſimonia appellat̄ hīc peſtis ſicut em̄ peſtis inficit hominē & multos:ita ſimonia inficit quia reddit ipſum inhabilē ad executionē officij:& tanta eſt cupiditas conſequendi beneficia vt multos

MMM

ZACHARI.
a ¶ Ordinem iudiciariū. Adde Bal. in.c.j.in.iij.col.ad fi.in ver.obſeruet. in tit.ſi inter do.et vaſ.lis oriat̄ in vſi. feu.Inn. & Io.an. in.c.in cauſis.s̄.de reiu. Lanfr.in cle. ſæpe.nu.16.& ibi in apo.Cel.in ver. ſine figura.de reiu di.& dixi aliquid in apoſt.ad iſtū in c.cū olim. nu.25.ī apo.in ver.non tn̄ citationē p̄all.tit. de re iudi.

ZACHARI.
b ¶ Simonia dicit̄ hæreſis.Adde Fel. in rub.s̄.e.iſto tit. quē omnino vide quia multa ponit ibi circa hoc.

inficiat ſicut peſtis. ¶ †No.ſecundò caſum ſpecialē vbi in crimine graui & grauiſſimo proceditur per ſola ſigna.i.per ſimiles probationes:nam regulariter in crimi nibus debent eſſe probationes luce clariores.l.ſciāt cuncti.C.de ꝓba.canonizata.ij.q.viij.&.v.c.ſciāt cuncti.& v.q.vj.c.epiphaniū.ſed in iſto crimine ſimoniæ in odiū ſui admittuntur p̄ſumptiones:& ita in crimine hæreſis de quo in.c.cū contumacia.de hęre.lib.vj.& in.l.ij.C.de hære. ¶ †In gl.j.in fi.vel dic ſecundū Hoſti.ꝙ homicidium eſt horribilius:ſed crimē ſimoniæ eſt grauius:vel ſimonia eſt grauius delictum quo ad inficiendū characterem:vnde puto ſic dicendū.ꝙ aut quis credit ꝙ poſſit acquirere per pecuniā gratiam dei: & tunc cū iſte ſit hæreticus grauius peccat:vt dixi in.c.præcedēti:ſedvbi euitatur hęreſis tūc homicidium eſt grauius delictum reſpectu committentis & illius in quem cōmiſſum eſt, ſed quo ad inficiēdū characterem ſimonia in ordine eſt grauius delictum quod bene no.

✤ SEBA.SAPI.

a ¶ Tanta.Ad materiā huius decretalis vide not.per doct.in.c.veniens. primo.s̄.de teſti. 1

✤ SEBA.SAPI.

b ¶ Meretrix. Ex hoc videt poſſe inferri ꝙ meretrices non admittunt ad teſtificandū in crimine ſimoniæ.qa nulla iura ſpecialiter dicūt meretrices admittendas, ſed criminoſos tm̄ & licet tex.iſte velit ꝙmeretrices admittant ad accuſā dum nō tm̄ ſequit ergo etiā ad teſtificandum.qa maior idoneitas requirit in teſtificādo propter maius periculū.c.licet heli.ī fi. j.e.cōtrariū tamen tenet gl.hīc in fi.et Alex.in cōſil.xj. incip.circa primū dubiū quo quęrit in primo volu. 2

ZACHARI.

c ¶ Tenetur vitare in diuinis. Adde Feli. pulchrè in.c. accuſatū.in fi .s̄.e. titu. 3

✤ SEBA.SAPI.

d ¶ Non ſatis.Extē de hūc tex.vt per Ab.in.c.ad noſtrā j.e.& in.c.ea quę. j.eodem.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

Simoniacus pōt accuſari per quātūcunque criminoſos & alias inhabiles:puta per meretricē vel ſeruum proprium. 2.

Criminoſi ſi ad aliquem actum vocētur contra regulas iuris cōmunis:non venit meretrix:niſi de ea fiat ſpecialis mentio.

Simoniacus in ordine etiā occultus eſt vitandus:& ſine peccato non audiuntur diuina ab eo.

Excommunicatus toleratus non eſt vitandus in diuinis: ſed in occulto ſic,vt erubeſcat.

Simoniacus in ordine eſt ſuſpenſus & quo ad ſe & quo ad alios,& non diſpenſatur in eo niſi per ſolū papam.

Simoniacus in beneficio an & quando ſit ſuſpenſus.

¶ *CAP. VII.*

¶ In glo. in ver. *ſeueritas*. ſed tūc q̄rit quid operabit iſta depoſitio in monaſterio. dūt Inn. & Hoſt. q nō vocabitur ad capitulū nec ad alios tractat⁹. nec recipiet p̄bēdā ſuā nec victualia cū alijs: ſed erit in ergaſtulo. i. in loco ſtricto ſeu carcere. hęc dicta doc. puto ꝓcedere ī monacho qui nō eſt cleric⁹ in tali eñ nō pōt cadere depoſitio ab ordine: cū priuatio p̄ſupponat habitū de deſpō. impube. c. ad diſſoluēdū. & xxxij. q. ij. c. q vero nō formatū. Sed in monacho cl'ico opabit depoſitio ſicut in clerico ſeculari. quia deponet ab ordinib⁹, & nō hēbit amplius eorū executionē. ¶ † In gl. in ver. *amatos*. in fi. hæc gl. vī inuere q ſeculares clerici cōuicti de ſimōia cōmiſſa etiā in bñficijs debeant depōi, ēt ſi fuerit actū per viā inqſitiōis. Et doc. ad cōfirmationē hui⁹ dicti īducūt alias rōnes ſpūalitatis īter regulares & ſecula. Prima. qa inter regulares nō ſeruat ordo iudicijvſq; quaquęvt in c. quaſr. el. ij. ſ. de accu. iō cū grauaret in iſto releuent in quātitate pœne. ar. in. l. eū qui. §. in popularib⁹. ff. de iureiur. & in. c. j. de parrochijs. ſecūda rō. regulares videt hoc feciſſe intuitu eleemoſynę & ꝓ aīa ſaluāda. nā dederūt pecuniam vt poſſent in mōaſterio deo ſeruire. Tertia rō. quia fauore religiōis miti⁹ dicit agi cū eis do. Ant. cōiūgēdo has rōnes intricat hāc materiā. vñ dicvt dixi in. c. inqſitiōis. al. ī gl. & dico q in hoc nulla eſt dria inter ſeculare & regulare. nā ſecularis cōuict⁹ de ſimonia cōmiſſa in bñficio nō debet deponi ex quo fuit actū per inqſitionē: ſecus ſi fuiſſet cōmiſſa in ordine. vt ibi plenè dixi. & optimè ꝓbat hoc. c. nō inducēdo ſpecialitatē aliquā in regularib⁹. Sed vnū cōtrariū forte elicit ex tex. quia ex quò hīc fuit actū perviā inqſitiōis, abbas & abbatiſſa nō remouēt ab adminiſtratiōe. cū pro graui peccato ſecularis remoueat ab adminiſtratiōe. vt in c. qualiter. p̄al. & regulares facili⁹ deponūt ab adminiſtratiōe vt ibi: dic q hodie ſeruari debet. c. qm̄ j. eo. Sed ad iſtud. c. ſuo tpe: pōt dici q miti⁹ agebat cū iſtis. quia ipſi nō exigebāt pecuniā vt ipſi eā lucrifacerent: ſed vt monaſteriū. & ſic non videt tm̄ peccaſſe ſicut ali⁹ p̄lat⁹ ſecularis. q ex ꝓpria cupiditate cōmittit ſimōiā. ¶ † In gl. in ver. *officialibus*. ibi *& oēs de capitulo intelligūtur ſcire* Hoſti. dicit qđ licet alij de capitulo p̄ſumant ſcire facta capituli vel p̄lati: tn̄ nō puniūtur, niſi probēt cōſenſiſſe. delictū eñ requritverū dolū. vñ nō ſufficit illa p̄ſumptio ſciētiæ: ſic cū hoc dicto cōiter trāſeūt hīc doct. ſed per hoc iſte articul⁹ nō videt delucidatus. ideo pleni⁹ in hoc diſtinguo. qđ aut delictū fuit cōmiſſum pri⁹ cōicato toto capitulo: & tūc oēs puniēdi ſunt qui cōſenſerūt exp̄ſſe & etiā qui tacuerūt. [a] quia debebant exp̄ſſe reſiſtere maleficio cōmittādo, & dare vocē in cōtrariū vt not. Inn. in. c. j. de his quę fi. à ma. par. capituli. Si verò aliqd expreſſe cōtradixerūt & in capitulo, tunc iſti non ſunt puniēdi. vt in. l. j. ff. de magi. cōue. vbi bo. tex. & in. c. ro. §. in vniuerſitatē. de ſen. excō. lib. vj. in verſic. culpabiles nā pœna debet tenere ſuos auctores in. c. q̄ſiuit de his quę fiūt à ma. pte capituli. & in. l. ſancim⁹. C. de pœnis. Si aūt nō capitulariter delictū fuit cōmiſſum tūc officiales & maiores de vniuerſitate puniri debēt vna cum prælato. quia præſumptio eſt q prelat⁹ cū cōſilio & authoritate iſtorū facin⁹ cōmiſitvel ſaltē præſumit in eis ſciētia: iō debebāt reſiſtere: & ſic pōt intelligi & reſtringi iſta gl. quā ſic ītellectā no. ſed inferiores devniuerſitate nō dūt pūiri: tū quia nō ita p̄ſumūtur ſcire tū qa non hūt tātā audaciā in reſiſtēdo. vñ & ī ipſis maiorib⁹ & officialiabus dicēdū puto q ſi cōſtiterit eos ingnoraſſe nō ſunt puniēdi, ſed tm̄ ip̄e p̄latus qui deliquit. ar. in. c. ij. de cōſt. & in p̄al. c. q̄ſiuit. & xvj. q. vj. c. ep̄m. ¶ † In ea. gl. ibi *ſed nūquid collegiū* no. hāc. gl. vſq; ad fi. nā quotidie ad eā fit remiſio: cū q̄ritur nūquid collegiūvelvniuerſitas poſſit accuſarivel pūiri [b] et eſt quaſi ſiſis gl. xij. q. ij. ep̄s q mā cipiū. Iſta tm̄ gl. nihil boni cōcludit hīc. In. hoc. c. & in. c. graueī. de ſē. exc. cōcludit q crimīalit vniuerſitas nō poſſit accuſari. qa ī ea ſūt infantes furioſi & ſimiles pſonę q̄ nō p̄nt delinquere. vñ ſi vniuerſitas tota puniret crīaliter cōtingeret hoc abſurdū q puniret īnocētes. Itē eadē eſt vniuerſitas tēpore delicti q̄ erit iſtis mortuis & alijs ſubrogatis. l. ꝓponebat. ff. de iu. vñ ſequęret ī cōueniēs q furioſi q nō deliquerūt puniret: ſed iſtas rōnes cōfutat Bar. ī. l. aut facta. ff. de pœnis, nā ī multis delictis īno cēs punit ꝓpter nocētē. vt eſt videre ī crīe lęſę maieſta. vbi fili⁹ punit ꝓpter patrē. l. q̄ſq;. C. ad. l. iu. ma. & vj. q. j. c. ſi qs cū militibus. Itē ī ſacrilegio de quo ī. c. fœlicis de pœnis. li. vj. & ad idē tex. ī. l. vſufruct⁹. ff. quēad. vſufr. ami. vbi ciuitas q̄ñq; ſubijciat arator. doc. nr̄i parum boni hic dicūt. vñ cōcludo hāc materiā poſt Bar. hūc articulū elegāter examinātē in p̄al. l. auo fctā. Et duo prīci paliter examināda ſunt. Primū. nūquid vniuerſitas ſeu collegiūvel capt'm q̄ noīa idē ſignificāt poſsit delinq̄re. 11 Scdò nūqd pōt puniri. ¶ † Ad primū dicēdū q ſecūdū veritatē collegiū nō ē aliud à ſingulis de collegio: ſed ſe cūdū iuriſdictionē aliud collegiū: aliud ſinguli. vt. xij. q ij. c. q manumittit. & c. nouit. de his q̄ ſi. à p̄la. vnde collegiū ſeu vniuerſitas ē quędā perſona ficta [c] & repntata. d l. mortuo. ff. de fideiu. & p̄al. c. nouit. vbi dicit q ep̄s [d] & canonici faciūt vnū corp⁹. & certè hoc corp⁹ nō ē verū ſed fictū & repręſentatū. ꝓpriè ergo vniuerſitas nō poteſt deliquere, quia nō habet verū corp⁹. ſed ꝓpriè deliquūt ſinguli & ſingulares de vniuerſitate: ſed iſtud corp⁹ hr̄ pro vero quo ad multos iuris effect⁹. vñ aduertē dū ē q quoddā delictū cōſiſtit in omittēdo: & illud bñ cadit in vniuerſitate, loquēdo tamē ſecūdùm illā fictionē iuris. ad hoc. l. iubem⁹. C. de ſa. ſan. ec. ſic & cōtra vniuerſitatē p̄ſcribit ꝓpter delictū negligētię. facit quod no. in. c. de illis. ſ. de cōdi appo. Quodā verò delictū cōſiſtit in faciēdo. & in tali delicto eſt cōſiderādū quod ꝓpriè cōcernit ipam vniuerſitatē ita q nō ſingulos: vt facere ſtatuta iniqua & imponere collectas ſeu datia illicita & ſiſia. Iſta em̄ nō p̄nt adaptari ad ſingulos ſed ad ipſā vniuerſitatē. vñ in iſtis ipa vniuerſitas deliq̄re pōt. vt in aut. nulla cōitas. & ī aut. caſſa. C. de ſa. ſan. ec. & ī. c. grave. & nouerit j. de ſen. excō. Quędā verò ſunt delicta q propriè nō cadūt in ipam vniuerſitatē: vt dol⁹, homicidiū, & ſimilia. & talia delicta pōt vniuerſitas alijs demādare, vel ex poſtfacto rata hr̄e. & ſic ītelligat l. metū. §. ij. & l. ſi ex dolo. al. in gl. Et per hoc patet ſol. prēmi dubij an & q̄ñ vniuerſitas propriè & impropriè delinq̄re poteſt. Quo ad ſcdm nūqd poſsit pūiri. Aduertēdū q quędā ſunt delicta in quib⁹ innocēs pōt puniri ob culpā alteri⁹. vt in exēplis ſup eris alle. tūc vniuerſitasvbi tale delictū commiſit poteſt puniri etiā criminaliter & ciuiliter, & poterit decapitari deſtruēdo ipſam vniuerſitatē. vt in p̄al. l. vſuſſruct⁹. vnde & olim imperator dedit ſententiam cōtra ciuitatem Brixiæ q̄ fuit ſibi rebellis. vt ſubijceretur aratro: & ſic puniebat ciuitatē criminaliter, licet ex miſericordia talem ſententiā poſtea reuocauit. legitur etiam de ciuitate Bonoñ. q propter eius delictum ex ſententia imperatoris fuit prius deſtructa & paſſa aratrū: ſed poſt ex indulgētia redificata. vt not. in procē. digeſtorū. Sic videmns q ipe deus deleuit funditus ſodomā & gomorrā & tres finitimas ciuitates, & tamē ibi erāt multi infantes & furioſi qui nō poterāt delinquere. Ex atrocitate ergo delicti ſæpe temporaliter vnus punitur pro alio & vide pro hoc bo. glo. xxiiij. q. iij. in ſumma. & j. q. iiij. in ſumma. facit. c. nō eſt. ſ. de ſpō ſali. Et in hmōi delictis ceſſant rōes In. vt patet ex prędictis. Et concluditur gl. malè dicere in. c. ep̄s quimancipium. xij. q. ij. vbi Bar. brixi. dicit q illa vniuerſitas poterit criminaliter accuſari vbi nō ſunt infantes & ſimiles perſonæ. In alijs aūt delictis vbi vnus non punitur pro alio. tunc in caſibus inquibus dixit vniuerſitatē propri

delinquè

delinquęre & nō singulos. tūc aut collegiū est paruum vt est collegiū priorū seu doctorū, vel capitulū ecclesiasticū aut est collegiū diffusum, vt ciuitas. primo casu quādo pœna à iure pro dilecto statuta concernit ita ipsam vniuersitatē ꝙ non singulos, & tūc punitur ipa vniuersitas. Exēplū, publicatur res ex certo delicto: tūc si illa res est vniuersitatis, & vniuersitas deliquit ipsa punitur pro hoc tex.in.l.iubem⁹ prēal.ad idē text.in simili in.c.cū dilectus.de or.cogni. Si verò pœna pōt æque cadere in singulos. vt quia est pœna pecuniaria tūc debēt puniri tm cōsentiētes. vt prēal.l.j.ff.de magi.cōue. & sic pōt intelligi prēal.§.in vniuersitatē in ver.culpabiles. Si verò collegiū est diffusum, vt castrū, vel ciuitas, tunc quia de facili nō possunt discerni delinquētes à non delinquētib⁹ punietur ipsa vniuersitas, & idē dicēdū prout.s̄.dixi, qn̄ delictū nō cadit ꝓpriè in vniuersitatē. quia ex quo hoc mādauit alijs, vel habuit ratū ipsa teneť. vt in prēal.l.metū.§.ij.facit tex.ī.c.fœlicis. de pœnis. li.vj. & in.c.tua nos.xxv.q.ij. vbi ciuitas priuatur dignitate episcopali ꝓpter delictū homicidij. (vt quia dixit) pro priè non cadit in vniuersitatem sed punitur ex eo quia mandauit vel ratū habuit. Sed in modo puniēdi est aduertēdū, ꝙ aut pœna est talis ꝙ pōt cadere in ipsam vniuersitatē, & punit ipsa vniuersitas. Aut non est talis vt quia pro homicidio imminet pœna capitalis, & tūc cōmutabitur in aliā pœnā ad hoc quod no.in.l.qd ergo.§.
12 pœna grauior.ff.de his qui notā.infa. ¶ † Et est ista ra-
a tio vera quare vniuersitas nō excōicatur[a] quia excōicatio non cadit in vniuersitatē, sed reqrit verū corpus & anima baptizatā & verū & ꝓpriū delictū excōicādi.xj.q.iij.c.oīs.christian⁹.&.c.audi denique&.c.si qs præsbyterorū de rebus eccle.nō alie. & vide qđ no. xxiiij.q.iij. in summa. nec debet hoc casu vniuersitas decapitari totaliter destruēdo.s.totū collegiū. vt.s̄ dixi. ne sequereť illud absurdū de quo dixerat Inno. videlicet innocentes pro nocētibus puniri ex quo delictū nō est tale. & ob hāc rōnē putat Bart.in loco præalleg.ꝙ quādo vniuersitas cōdēnatur pecuniariter executio fit solū cōtra delinquētem. sed si nō pōt apparere quis deliquit vt quia positū fuit partitū p lupinos albos & nigros, & tūc puniūtur oēs ne delictū remaneat impunitū. ar.in.l.itavulnerat⁹.ff.ad.l.aql.et per hoc habes sēcūdū dubiū declaratū. ¶ † Sed iuxta p̄dicta quæro quādo vniuersitas di
13 catur delinquere. hoc tetigit gl.in.l.sicut.ff.qđ cuiusque vniuer.& nō bene firmauit pedes, sed melius firmauit & tetigit gl.in.l.aliud.§.referť.ff.de regu.iu. Bart.in p̄al. l.aut facta. Io.an.in p̄al.c.fœlicis.& cōis & vera solu.est vt tūc attribuat vniuersitati qn̄ fuit pri⁹ deliberatū in ipsa vniuersitate pulsata cāpana & alijs reqsitis. ad cōgregationē vniuersitatis: vn̄ si oēs hoīes hui⁹ ciuitatis insurgerēt: & certū delictū cōmitterēt: nō diceret factū per vniuersitatē. sed p singulos de vniuersitate, etiā qđ plus est si facerēt pulsari cāpanā & eleuarēt vexillū vniuersitatis: nā isti pot⁹ sūt incitatores singulorū oportet ergo vt pri⁹ fiat deliberatio in vniuersitate. facit quod no.
14 in.c.cū oēs.de cōsti. † Vltimò q̄rēdū est vtrū punita vniuersitate ꝓ eius delicto possint puniri singulares de vniuersitate q̄ delicta cōmiserūt .de quo per Io.an.post Io.mo.in præalle.c.fœlicis. vbi concludit ꝙ sic.& facit iste tex.in præll.§.in vniuersitatē .c.romana. & per Bar.clarius in præal.l.aut facta. vbi subtiliter cōcludit ꝙ in illis delictis quę dixi.s̄.quæ possunt ꝓpriè cadere in vniuersitatē puniret.vniuer.tāquā faciens. sed singuli punient
b tāquā ītatores & fieri faciētes. In alijs verò q̄ nō ꝓprię cadūt in vniuersitatē est totū ecōtra, quia singuli puniētur tanquā faciētes: & vniuersitas tanquā fieri faciēs vel ratum habēs. & pro hoc facit iste tex.& in.c.veniēs.s̄. eo.& quod not.in præallega. c.fœlicis.& hæc bene no. quia vtilia & quotidiana sunt. Abbas.

ꝟ SVMMARIVM. ꝟ

1 *Testes inducti ad prebandū quē esse simoniacū: possunt reprobari ex hoc solo quod sunt inimici vel conspiratores.*
2 *Prelatus licet in se sit bonus & sanctus: tamē non solū eternaliter sed aliquando tēporaliter punitur ex hoc quòd excessus suorū subditorū non punit. & idem in patre non puniente malos filios.*
3 *In notorijs nō requiritur ordo iuris: & iō accusans notoriè criminosum nō se inscribit: nec requiritur clamosa īsinuatio.*
4 *Simonia an requirat charitatiuam monitionem?*
5 *Inquisitio nō requirit vnā solam clamosam insinuationem sed plures: quod tamen remittitur arbitrio iudicis.*
6 *Faciliter credere quādo tendit in præiudicium alterius est vituperandū: aliās secus: quia est signum bonis simplicitatis.*
7 *Iudex potest procedere ex officio suo per inquisitionē: si accusator vel denuntiator desistat.*
8 *Prælatus suspectus contra quē inquiritur non remouetur ab administratione pendente inquisitione: secus est in tutore: quia non habet ita pingue ius sicut prælatus.*
9 *Dilapidatio quæ fit in bonis ex quibus coniecturis appareat?*
10 *Testes quantūcunque criminosi admittuntur in crimine læsæ maiestatis & hæresis.*
11 *Simonia non semper equiparatur crimini læsæ maiestatis.*
12 *Notorium facti permanentis non requirit aliquam probationē sed notorium iuris vel facti transeuntis secus.*
13 *Interpellatio extraiudicialis requiritur quādo debitor tenetur sine adiectione diei: aliās si creditor citauerit reum nō præ* b *missa dicta monitione: tenebitur ei ad expensas: aliās secus s.si est debitor cū adiectione diei: nisi sint diuersi fori.*
14 *Actio quantòminoris si fuerit intentata: poterit iudex cōdēnare redhibitoria.*
15 *Inimicitia causatur non inspecta causa vnde processerit iustitia vel iniustitia.*
16 *Proxeneta non est idoneus testis propter affectionem quā habet vt contractus perficiatur.*
Procurator vel aduocatus in prima instantia non sunt idonei testes in causa appellationis: idem nec denūtiator in causa quam denuntiauit: idem in accusatore.
17 *Testes criminosi vel suspecti an admittantur reseruata exceptione post publicationem processus?*
18 *Quomodo proceditur contra prælatum suspectum de dilapidatione?*
Suspectus de dilapidatione an deponatur tā ab administratiōe temporalium quā spiritualium?
Coadiutor an sit dādus prælato supecto de dilapidatione?
19 *Infamia tollit exercitium cuiusque dignitatis: & quæsitū & quærēdū et operāt quòd nō habet ampli⁹ exercitiū ordinū.*
20 *Suspectus de dilapidatione debet remoueri licet velit dare fideiussores de conseruando ecclesiam indemnem.*
21 *Crimen hæresis est maius crimine simoniæ.*
Hæresis probatur non solùm per criminosos sed per excōicatos, simonia verò non probatur per excommunicatos: nisi in vno casu de quo hīc.
22 *Clericus an & quando possit cogi ad ostendendū titulū sui beneficij episcopo qui asserit eius collationem pertinere ad se.*
23 *Clericus qui lōgo tempore tenuit aliquod beneficium vel plura in cōparabilia. nō pōt tamen ostēdere titulū vel dispēsationem: quia fortè ex lōgo tempore amisit, an possit probare per iuramentum?*
24 *Prælatus tolerans beneficiatum in beneficio commorari & seruire nō pōt postea eū cogere ad titulum ostendendū. quia visus est cōsensisse: pōt tamē prælatus assumere in se probationē defectus tituli.*
Beneficiatus licet tolerantur in beneficio de recenti. non per hoc est inductus cōsensus superioris. quando scilicet habet præsumptionem iuris contra se.
Clericus tenetur facere plenam fidem de titulo sui beneficij de recenti habiti quādo nō potest considerari consensus prælati tacitus vel expressus, vel etiam patroni.

ꝟ SEBA.SAPI.
a ¶ Nō excōicatur. Qūo vniuersitatis possit excōicari tradit Fel.in.c.dilectę.in prin.s̄.de exceptioni. post. Abb.ibi in primo not.

ZACHARI.
¶ Singuli puniēť. Adde quod notaui in apost. ad istū in.c. bonæ. lo.j.in apostil. in ver. non pōt.n.20. s̄.de ele. & in.c. tuæ fraternitatis. nu. 5. & ibi iterū posui ī apo. in ver. non excōicetur. s̄. vt lite nō cō testa.

¶ CAP. XXXI.

LIcet heli. ¶ † Abbas cõtra teſtes 1
qui de poſuerũt contra eũ de ſimonia in iudicio inquiſitiõis exci pere põt ꝙ ſunt inimici & cõſpiratores: aliâs verò exceptiões criminũ opponere nõp ót.h.d. Et clarius declarat hoc.c.per.c.ſequẽs qđ ve nit ad declarationẽ hui⁹. Et diuidit in tres partes. in pri ma ponit exordiũ. in ſecũda narrationẽ & factũ & ordinẽ ꝓceſſus: & allegat pro & cõtrà in tertia inter loqtur ſecũda: ibi *cũ igitur*. tertia ibi: *ne verò*. ¶ Caſus litera lis. Oſtẽdit papa in decretali p̃ſenti ꝙ prælati tãto diligẽtius ſubditorũ exceſſus corrigere debẽt quãto dãnabilius eorũ offenſas deſerũt incorrectas. qđ oſtẽdit exẽplo heli, qui licet in ſe bon⁹ exiſteret, quia tñ filiorũ exceſſus efficaciter nõ corripuit, & in ſe pariter & in ipſis animaduerſionis diuinę vindictã accœpit: dũ filijs eius in bello perẽptis ipſe de ſella corruẽs fractis ceruicib⁹ expirauit: p̃lat⁹ eñ cõtra ſubditos tribus modis exceptis notorijs ꝓcedere põt quę oĩa clarè videre poteris in tex. preſentis. c. Ber. ¶ † No. primò ex tex. ꝙ prælat⁹ quãtũcũque bonus & ſanctus in ſe põt grauari & deprimi ex ſubditorũ exceſsibus quos negligẽter omittit in correctos ipſe eñ videt eos occidere nõ corripiẽdo. cõ cor. c. epheſis. xliij. diſ. & in. c. irrefragabilis. s̃. de offi. ordi. & ideo p̃latura nõ eſt modicũ onus, cũ nedũ ſibi ſed etiã alijs oportet ꝙ ſit bonus. vij. q. j. c. qui epatũ. & iõ alibi dicit quod oẽ ꝙ hîc eminet plus merorib⁹ afficit quã honorib⁹ gaudet. xiij. di. nerui. Et põdera ꝙ p̃latus ex hoc qñq; punit nõ ſolũ eternaliter in alio ſeculo ſed etiã in iſto morte violẽta & tꝑali. Ex quo infert ꝙ propter peccatũ citius qñq; quis morit, nec complet dies ſuos. iuxta illud Pſal. Viri ſanguinũ nõ dimidiabũt dies ſuos. & vide gl. xj. q. iij. c. eꝑi. & idẽ quod dixi in p̃lato dic in patre negligẽte corripe exceſſus filiorũ ſuorũ te neat eñ ad hoc. xxiij. q. iiij. c. duo iſta noĩa. vide bo. tex. xl vij. diſt. in. c. ſicut §. neceſſe. facit. c. non putes. xxij. q. v.

¶ † Not. ꝙ in notorijs[a] nõ ſeruat ordo iuris: vnde non 3
req̃ritur inſcriptio nec monitio præcedẽs nec clamoſa inſinuatio. & ideo tex. hic dicit. *vt de notorijs exceſſib⁹ taceatur &c.* de quo tñ dicẽdũ. vt not. in. c. ad noſtrã. s̃. a
de iureiu. ¶ † Itẽ no. ꝙ denũtiationẽ etiã cãonicã debet 4
præcedere charitatiua mõitio. & no. ꝙ debet monitio eſſe charitatiua. i. ex. ſola charitate procedẽs: nõ aũt ex odij fomite aut ꝓpter lucrũ tꝑale. Et colligit etiã ex tex. ꝙ ĩ crimine ſimoniæ req̃rit iſta mõitio ſicut in alijs criminib⁹. & ſic videret hic tex. cõtra deciſionẽ gl. ĩ. c. inquiſitiõis. in prin. s̃. de accu. hoc tñ ar. non ex toto colligitur ex tex. quia (vt dicit hic Io. and.) forte hęc ſimonia non fuit cõmiſſa in receptiõe ordinũ vel in adoptione abbatiæ. Itẽ potuit hîc requiri monitio ꝓpter alia de- 5
licta. ¶ † Not. vlteri⁹ ꝙ inquiſitionẽ debet p̃cedere freq̃ẽs inſinuatio: ergo nõ ſufficit ꝙ ſemel tm̃ crimĩa fuerũt nũtiata p̃lato: ſed etiã ſecũdũ quoſdã req̃ritur trina inſinuatio. ar. in. c. cũ eccleſia. s̃. de cau. poſ. & propriæ. alij dicũt ꝙ ſufficit bina. ar. in. l. iij. C. de epi. aud. & in. c. ita nos. xxv. q. ij. et ſatis dici põt hoc arbitrariũ cũ nõ ſit iure expreſſum & habebitur reſpectus ad numerũ & ad qualitatẽ denũtiãtiũ & ad qualitatem denũtiati. ar. in. c. 6
qualiter. el. ij. de accu. ¶ † No. ibi. *non facile credere &c.* ꝙ prælatus ſeu iudex nõ debet facile credere referenti in p̃iudiciũ alterius. hęc ergo facilitas in credẽte in præiudicium alteri⁹ reprobatur: ſed vbi credere nõ tendit in p̃iudicium proximi nõ eſt tũc vituperanda facilitas ſed laudanda bonitas in ſignum innocentiæ, vt in. c. innocens xxij. q. iiij. Itẽ collige ꝙ quando iudex procedit per inquiſitionem non tenet locum iudicis & patris: ſed infamia habetur loco accuſatoris ſeu denũtiatoris. 7
¶ † In ver. *cùm igitur*. primo not. ꝙ ſi in denuntiatione ingeritur aliqua difficultas poteſt ſuperior ea poſtha bita ex ſuo officio procedere per inquiſitionẽ, nec punitur denũtians hoc mõ deſiſtẽdo vel nõ producendo denũtiationẽ ad finẽ. ſecũdùm Inn. Hoſt. ſentit contra riũ. & dicit hoc eẽ ſpeciale in papa, ſed primũ dictum mihi plus placet: quia cũ agat nr ad commodum publi cũ altercatio & denũtiãtiũ & denũciãti nõ debet eſſe cã impediměti: nam hoc ſolum bene agitur vt vita hominẽ corrigatur. xxiij. q. v. c. prodeſt. Et no. hîc expreſſum. ꝙ quando fit inquiſitio virtute denuntiationis præcedentis requiritur præcedens monitio: ſecus quãdo fit ex puro ſeu mero iudicis officio. & facit cõtra gl. in. c. 8
qualiter. ij. de accu. & ibi dixi. ¶ † Not. hîc expreſſum & tene menti. ꝙ pẽdente inquiſitione cõtra prelatum ſuſpectũ nõ fit incõtinenti remotio ab adminiſtratiõe: ſecus eſt in tutore. quia ſi accuſatur vt ſuſpectus debet incontinenti deſiſtere ab adminiſtratione pendẽte iudicio. l. eum quẽ. C. de ſuſpe. tu. & inſtituo. §. ſi quis: & eſt ratio ſecundũ doct. quia pingui⁹ ius habet prælatus in prælatura q̃ tutor in reb⁹ pupilli: & circa hoc vide bo. 9
gl. v. q. iij. in. c. quia epiſcopi. ¶ † Itẽ no. ꝙ ſuſpitio dilapidationis probatur ex ſolis cõiecturis etiã ad effectũ ſuſpendendi prælatũ ab adminiſtratiõe. quod bene no. Et eſt ſpecialem in hoc crimine propter præiudiciũ imminẽs: aliâs coniectura nõ ſufficit ad probãdum crimẽ. vt. ij. q. viij. c. ſciant cuncti. Et not. bene ꝙ conuincitur prelatus de ſuſpitione dilapidationis ſi conſtat eccleſiã eſſe diuitem in ſe & nũc apparet eã debitis eẽ oneratã. nec debet excuſari prælatus prætextu nobilitatis. quia (vt dicũt doct. & bene) q̃tũcunq; nobilis facere debet ſumptus ſecũdùm q̃titatem reddituum eccle. quinimo dic ꝙ nunq̃ debet quis expendere quicquid percipit ex redditibus, imò conſilium ẽ vt ſemper annuatim aliqd ſupſit propter neceſſitates ſuperuenientes: ſic cõſulitur in adminiſtratione rerum pupilli: vt eſt tex. no. in. l. ius alimentorũ. ff. vbi pupil. edu. de. & ſi quis faceret cõtrarium de facili deueniret ad inopiã. ¶ Not. ibi: *quaſi ex dilapidatione ſuſpectus*: ꝙ in conſumptione rerũ mobilium dicitur quaſi dilapidatio: ſed citra immobilia prius cõſiſtit dilapidatio, ideo hîc appoſuit dictionẽ quaſi. hæc enim dictio quaſi diminuit. ad hoc qđ not. in. c. 10
prout. de do. & cõtum. ¶ † Not. ꝙ in crimine læſæ maieſtatis admittuntur omnes teſtes indifferenter q̃q; criminoſi. ſicut dicimus in crimine hæreſis. de quo in. c. in fidei fauorem. de hære. li. vj. & vide quod no. gl. i. c. j. de 11
cõſ. & xv. q. iij. c. nemini. ¶ † Itẽ no. ꝙ crimẽ læſæ maie. & ſimoniæ nõ equiparãtur per omnia. & no. ex tex. bo nũ modũ euacuãdi. ar. à ſimili ꝓbãdo diſſimilitudinẽ in eo à quo cõfertur. ¶ Vltimò collige. ꝙ facili⁹ admittitur accuſator q̃ teſtis. quia nõ eſt tm̃ præiudicium ĩ accuſatoribu⁹ ſicut in teſtibus. quia crimina probãtur per teſtes & nõ per accuſatores. vnde de iure cuili nõ reperitur cautũ ꝙ inimicus nõ poſſit accuſare vt dixi in. c. j. s̃. de accu. ſed ſic ꝙ à teſtimo. repellat. vt in auth. ſi di 12
cat. C. de teſti. ¶ † In gl. in ver. *notorij. vel dic hoc procedere in notorio facti permanentis*. nam in notorio iuris bn
b req̃ritur probatio[b]. vt ſi negat ſentẽtia lata: vt in. c. ſi cut. de re iudi. & idem in notorio facti tranſeũctis &c. de quo dic vt no. in. c. veſtra. de coha. cle. & mu. & vide bo. gl. ij. q. j. c. de manifeſta. ¶ In gl. in ver. ĩſcriptio. no. gl. quia quotidie ſolet allegari & vide gl. xij. q. ij. ĩdigne. ¶ Et inq̃tũ hæc gl. dicit ꝙ vbi agitur de crimine ciuiliter requiritur admonitio. intelligo & reſtrĩgo qñ agit ad cõmodũ publicũ p̃ viã quaſi denũtiationis cuiuſdã vt qa agit ciuiliter vt p̃latus ſolũ remoueat ab adminiſtratiõe vt hîc. iũcto. c. ꝓxi. in fi. ſec⁹ ſi ageret ad cõmodũ priuatũ: tũc eñ nõ requiritnr admonitio. arg. in. c. 13
tuæ. s̃. de ꝓc. ¶ † Itẽ inq̃tũ gl. dicit ꝙ ĩ pecuniarijs cauſis nõ eſt neceſſaria admonitio[c] niſi de honeſtate dicit
c Io. an. ꝙ

SEBA. SAP.

a ¶ In notorijs. in notorijs ordo eſt ordinẽ nõ ſeruare inquit Bal. ĩ. c. ad noſtrã. tertio. s̃. de iureiur. vide And. ſiculũ in. c. euidẽtia. s̃. de accuſationi. 2

ZACHARI.

b ¶ Requiret probatio. Adde. ſalua iſta diffictiõe ꝙ noui in apoſt. ad iſtũ in. c. qm̃ nũe. iij. in apoſtil. in ver. conſtat iudici. s̃. de filijs preſby.

c ¶ Admonitio. Vide gl. & ibi ſcribẽtes ĩ. §. ſic itaq; diſcretis. ſi verbo denũtiare. iſti. de actiõi. & cui⁹ effect⁹ ſit ĩterpellatio ex traiudicialis tradit Iaſ. in. l. certi condictio. in prin. c. ff. ſi cer. pe. Deci. ĩ c. nouit. s̃. de iudi. circa fi.

Io.an.ꝙ requiritur de neceſsitate, vt ſi dies nō fuit adiecta obligationi nā tūc requiriť interpellatio ad cōſtituēdū quē in mora:vt in.l.debitores.alle.in.gl.Cōcludo latius ꝙ aut obligatio eſt ſine die & tūc nō cōſtituiť ad uerſari⁹ in mora, niſi moneať.vt ī .l.ſi ex legati cā.ff. de ver.ob.& no.in p̄alle.l.debitores.& ſi facit ex reū citari añ interpellationē, puto ꝙ teneatur ſibi ad oē intereſſe quia temerè fecit eū citari,cū adhud nō eſſet in mora: ſed illa interpellatio iudicialis debet ſufficere ad conſtituēdū reū in mora.vt ſi fateť debitū fiat ſibi p̄ceptū de ſoluēdo.ar.eo.q̄ no.ī.l.nuda.C.de cōtrahē.& cōmit. ſtip. Si verō dies appoſita eſt obligatiōi, & tūc ſi actor & re⁹ ſunt eiuſdē fori teneť re⁹ ſine aliqua interpellatiōe pecuniā offerre creditori: quia dies interpllat pro hoīe.vt ī.c.potuit.de loca.& in.l.magnā. C.de cōtrahē. & cōmit.ſtip.& hoc caſu puto ꝙ reus vocat⁹ ad iudiciū ſine aliqua interpellatiōe extra iudiciū teneať ad exa pēſas[a] citari & ad oē īterreſſe actoris.Sed ſi nō ſunt eiuſ dē fori:tūc nō teneť ſpōte ire re⁹ ad forū alterius:ſed debet interpellari.iuxta no.in.l.itē illa.ff.de cōſti.pe. ¶ In gl.in.ver. *& iudex*. ibi:*niſi in cauſa denuntiationis*.hoc vi deť verū in denūtiatiōe euāgilica: vbi ſolū agiť ad pœnitētiā.& ſic debet intelligi. c.in oī negotio. de teſti.Itē dicūt doc.ꝙ vbi ſolū litigať cū iudice ibi eſt iudex & p̄s vt in.c.cū ſpāli de appel.Sed certè reſpectu illi⁹ articuli.vbi eſt iudex nō eſt pars nā reſpectu recuſatiōis cū eli gūt arbitros nō eſt iudex.vnde ꝓpriæ circa eūdē articulū non pōt quis fungi duplici officio incōpatibili. ¶ In gl.in ver. *iudici formā*. ibi *ibi ſoluitur*:dic vt ibi dixi. ¶ In ea.gl.ibi.*ex parte*.dic ꝙ ibi papa ſuppleuit ex officio vo
14 lēs facere gratiā.vt ibi patet. ¶ † In fi.gl.& vt intelligas hoc cōtrariū ſcias ꝙ pro re vitioſa empta vbi vitiū eſt latēs cōpetit duplex actio,vna quæ appellať redhibitoria quia ad petitionē emptoris facit in totū retractariuē ditionē. Alia quæ appellať quanto minoris:in qua agit emptor vt reſtituať ſibi totū illud qđ dedit vltra iuſtū p̄ciū ſi vitiū fuiſſet patefactū:vnde diciť ni bouē.alle. in gl.ꝙ ſi emptor agit quātò minoris poterit iudex cōdēnare in redhibitoria.i. vt retracteť vēditio in totum. Sed aduerte.quia ille tex. loquiť cū iudex reperit vitiū eſſe tūn vt pro nullo prætio iſte fuiſſet emptur⁹ vñ ſi bñ inſpiciať nō ita ꝓnūciať cōtra naturā actiōis. q̄a ꝙ nihil valet min⁹ valet.& totū p̄tiū vī ſupfluū.ar.in.l.minus. de regu.iu.& ſic nō ob.iſtud cōtrariū.¶ In gl.in ver. *ex officio noſtro* in fi. ſed cōtra hoc facit quia in.c.cū.p.ille. fuit repulſus qui venerat ad ferādū teſtimoniū.itē quia aliās accuſauit.d.And.dicit ſub dubio fortè ꝙ aliud eſt in accuſatiōe aliud in denūtiatione quę fit ad correctio
15 nē.¶ † Sed certè hæc ſol.nō eſt bona.quia licet denūtiās tēdat ad correctionē: tñ denūtiatio ſolet ad inimicitiā prouocare.& ad cōtrahēdā inimicitia nō īſpiciť iuſtitia cauſæ p̄cedētis:ſed ſufficit ꝙ potuerit prouocari anim⁹ alteri⁹:vt.l.j.ff.de his qui.vt.indi.dixi in.c.cū.p.&.c.re-
16 pellūť.s̄.de accu. ¶ † Itē ſi proxeneta repelliť à teſtimo
b nio ꝓpter affectionē q̄habet vt cōtract⁹ pficiat[b] iuxta no.in.c.j.de teſti.li.vj.& ille qui fuit aduocat⁹ & procurator in inſtātia principali repelliťà teſtimonio in inſtātia appellatiōis propter affectionē quā habuit ad cauſam.vt in.c.fi.e.ti.li.vj.forti⁹ debēt repelli iſti denūtiantes q̄ p̄ſumūť appeterevt crimia per ſe denūtiata probē tur ne videantur iniuſtè denūtiaſſe.Itē timere poſſent, prelatū ſi remaneret in adminiſtratione.ar. vj.q.xij.viſis Ad hoc no.dictū. Inn.in.c.cū.i.& à.dere.iudi. vbi dicit ꝙ cōſpiratores etiā ad bonū nō admittātur ad teſti
17 monium contra eum in quem cōſpirarūt. ¶ † Et ideo dici pōt ad iſtū tex.ꝙ hīc in fi. papa.reſeruat has exceptiones dum admiſit exceptiones inimicitiarum:ſed à principio recœpit omnes teſtes & reſeruauit diſputationem poſt publicationē: vt incapitu. præſentium.de teſtibus .& ſuccinctè hoc ſenſit Ioan.an.ſup iſta gloſ. ¶ In gl.ī ver.de. *dilapidatiōe*.ibi:*iterū dū cognoſcitur. &c.* pōdera verba gl.quia in veritate hæc gl.videť ex toto cōtra iſtū tex.Prīò in eo qđ dicit quòd cū denuntiatur ſuſpect⁹ interdicitur denūtiato poteſtas alienādi:qđ tñ hīc nō interuenit.Itē dicit gl.ꝙ ſi poſtea probareť ſuſpectus debet iſti dari coadiutor,& tamē hic nō fuit dat⁹ ſed ſimpliciter ſuſpēſus ab adminiſtratiōe:vnde gl. hīc cōſiderauit alia iura quę allegat quæ videnť eſſe contra
18 iſtū tex.nec glo.aliter reſpōdet ad iſtū tex. ¶ † Sed doc. ſuper tex.multū inſtant.& finaliter videť cōcludere ꝙ ſuper dilapidatiōe fiūt duæ inq̄ſitiōes.vna expediť ſum mariè:& tñ diſcutitur an ſit ſuſpectus de dilapidatiōe, a quo cognito ſupēditur ab adminiſtratione.& fit inquiſitio ſcda ſuper veritate:& fit prīò illa ſummaria : quia timeť ſi ille remaneret in adminiſtratione ne corrūperet officiales & īpediret inquiſitionē ſup veritate. vñ ſuſpēditur tñ ab adminiſtratiōe tēporaliū,nō aūt ſpūalium.vt in.c.venerabilis.de offic. deleg. niſi timereť ꝙ nō induceret canonicos vel alios clericos ad deponēdū cōtra eū:quia tūc fieret ſuſpēſio etiā à ſpūalibus.Et ſi in ſcda inqſitione de veritate cōſtiterit illū eē dilapidatorē,tunc ex toto remouebiť ab adminiſtratiōe.quia priuabitur p̄latura.vt in.c.qualiter & q̄n.s̄.de accu.nō aūt deponetur ab ordine,ex quo agebať ciuiliter.Sed dicit Hoſtiē.ꝙ in effectu deponeť ab ordine,q̄a nō habebit executionē ordinū:tum quia p̄ ſnīam remāſit infamis. vt ſequitur hīc in gl.tū quia notoriū eſt crimen ſuū.& notoriè crimineſus nō celebrat ſine diſpēſatiōe. vt ī.c. fi.de tē.ordi.Sed per hoc nō eſt rn̄ſum ad iſtū tex. Arc. tractat hāc materiā in.c.vulteranæ.xij.q.ij.& ibi cōcludit ꝙ cū initiatur inquiſitio ſuper dilapidatiōe interdiciť oīs ptās alienādi.per.c.fi.s̄.de accu. Et poſtmodū ꝓceditur ſup inquiſitione:& ſi de ea cōſtiterit deputabitur coadiutor:iuxta.c.venerabilis.p̄al.& fiēt inquiſitio ſuper veritate qua cōſtituta remouebiť in totū ab adminiſtratione.Sed(vt dixi)iſtud.c.facit in cōtrariū : q̄a nō fuit datus hīc coadiutor,nec à principio fuit interdicta ptās alienādi:& in veritate ſuper mō procedēdi : b cōtra dilapidatorē vario mō loquūtur iura.& principaliter habem⁹ hoc.c.& illud.c.venerabilis.&.d.c.fi.&.c. quia ea.iij.q.ij.& ca.nobis.&.c.vulteranæ.xij.q.ij.cū ſi milib⁹.Nec videtur ꝙ rectè poſſint ad cōcordiā reduci,niſi vnū ſuppleať per aliud.& ideo vario mō hīc & alibi dcūt ſcribētes. Vnde putarē varios modos procedēdi eſſe à iure traditos:& per hāc varietatē putarē iudicis arbitrio cōmittēdū quā viā debeat accipere:iuxta illa q̄ habētur in ſimili.in.c.qm̄ frequenter.in fi.vt li. nō cōte.ideo conſiderata qualitate denūtiādū & denuntiati & fama ſi qua habetur in hoc.q̄n̄q̄ iudex à principio interdicit ptātē alienandi,prout factū fuit in.c.fin. de accu.q̄n̄q̄ ea interdictiōe nō facta procedit ſuperſuſpitiōe vt hic.Itē ꝓbata ſuſpitione ſecū dū ei⁹ qualitatē et quātitatē poterit ī partē vel ī totū ſuſpē.vt hīc fecit papa vl' dare ſibi coadiutor vt fecit ī.d.c.venerabilis.Et ſic poſſunt reduci adconcordiā iura & opi.plurimæ q̄
19 verſanť circa hoc. ¶ † In ea.gl.ibi *infamis efficitur*. no.gl. c & tene mēti.ꝙ iura[c] loquētia ī tutore qđ efficiť īfamis ſi remouetur per dolum habēt etiā locū ī p̄lato.& iſta eſt infamia iuris,propter quā nō habebit amplius executionē ordinū vt.s̄.dixi poſt Hoſt.quòd not.nā infamia tollit exercitium cuiuſcūq̄ dignitatis, & adimit q̄ ſitū honorē nedum querendum:vt dicit tex.no.in.l.infamia.C.de decu.li.xx.Et iō bona cautela eſt.vt ſi prælatus vehemēter ſuſpicetur de ſua depoſitione ꝓpter doloſam adminiſtrationē,non expectet ſnīam,ne efficiať infamis:ſed ſponte à principio cedat ante ſnīam. ſicut fecit iſte abbas.vt diciturj.c.proxi.in fi.& eſt cōſilium Bar.in.l.ſi reus.ff.de procu.in quocunq̄ quis efficere-

ZACHARI.

¶ Ad expēſas. Ad de iſtū in.c.ñ.co.ñ. s̄.de accu.Feli.latè in.c.nocuit.co.pe. ver.fallit.s̄.de iud. & Bal.& Paul.de ca.in.l. quidā hyberus.ff.de ſer.vrba.p̄di. & in.l. ex hoc iure.ff.de īſti. & iur..melius per eundem Bal. in.l. non ignorat.C.de fruct.&litiū expē. Tu vide Ro.ſing. ſuo.cccxcvj. inci. alio ſero do.Emanuel.& quis tenea tur probare illam monitionē ſeu ex traiudicialē interpellationē pręceſſiſſe vide eundem Ro.ſingu.ſeq.qđ' eſt ſing.cccxcvñ.ī cipi.quas debet ꝓbare.& Feli.vbi.s. qui melius Romano ſentit.

✠ SEBA.SAPI.

b ¶ Contractus perficiať. An proxeneta poſsit eſſe teſtis in cā ī qua fuit mediator.vide Fe. in.c.cū ànobis.co. fi.ver.de proxeneta.s̄.de teſti. & ī.c. pe.col.j.s̄.de teſti. cogen.

✠ SEBA.SAPI.

c ¶ Quod iura.Quo modo procedat equiparatio de tutore ad p̄latū.vide Feli.in.c. cū deputati.col.pe.s̄. de iudicīs.

tur infamis per cõdẽnationem vt antea ſoluat,& nõ ex
20 pectet ſniam. ¶ †Et in fi.gl.ibi. *in.d.c. quod ſicut.* cõiter tenet nõ ſufficere reddere eccleſiã indẽnem. Et tenent hoc cõiter doc.licet.Vin.& minꝰbene alliud dixerit. nã ſatiſdatio nõ mutat maliuolũ animũ.inſti.de ſuſpe.tu.in fi.& maximè ſi eſt eps qui eſt periurꝰ cũiurauerit non
21 alienã.& in.c.ij.de feu. ¶ †In gl.in ver.*indiferenter*.in fi. hæc glo.videtur cõtra tex.huius.c.& ſequẽtis.vbi patet iſta duo crimina nõ equiparari quo ad accuſationẽ & teſtimoniũ in oĩbus. Nec etiã verum dicit gl.in alio:ꝙ oẽs teſtes qui admittũtur in crimine hæreſis debẽt admitti in crimine ſimoniæ:quia in crĩe hæreſis admittũt teſtes quãtũcũqꝫ criminoſi & excõicati,nõ habita diferẽtia an agat cõtra ſeculare an cõtra regulare.&an ſint alia adminicula&c.vt.in.c.in fidei fauorẽ.de hære.li.vj. Sed in hoc crĩe ſimoniæ criminoſi nõ admittunt indiſtinctè,nec etiã admitterẽ excõicatũ. quia hoc. c. & ſequẽs tm̃ loquũtur de criminoſis:nõ autẽ de excõicatis. qui indiſtinctèrepelluntur niſi in caſibꝰexpræſis.de ſen. exc.c.decernimꝰ.li.vj.Sed fortè glo.fuit decepta per illud.c.eos.alle.in gl.vbi dicit ꝙ crimẽ ſimoniæ eſt maiꝰ quã ſit crimẽ hæreſis.Sed tu intellige illud.c.ĩ eo ſimõia eo qui credit gratiã ſpirituſſanti poſſe emi & vẽdi iſte eſt deterior hæretico.Et dicvt dixi in.c.quoties.ſ.eo.& accipiẽdo ſimoniã ita ſtrictè tũc gloſ. verũ diceret: ſed tũc admitterentur tales teſtes prædicti potiꝰ propter hæreſim quã propter ſimoniã. ¶ In glo.fi.& declara fi. huius.c.prout habetur.j.c.ſeq.vbi clarius habet quæ exceptiones fuerũt admiſſę & quæ repulſæ. Sed vide hîc
22 Cal.& do.An.& Fede.cõſi.xcxi.&.lix. ¶ †Extra gloſſ. quæro de quæſtio quotidiana. Epiſcopus inſtat contra clericum ſubditum beneficiatũ vt oſtendat titulum ſui beneficij.ille reſpondet petẽdo libellum ſibi offerri. cũ ſit in pacifica poſſeſsione beneficij. Epiſcopus replicat ꝙ intẽdit procedere per viam inquiſitionis. quia beneficium eſt deuolutum ad eius collationẽ: iſte triplicat ex hoc habet eum magis ſuſpectum,quaſivelit procedere ad commodum propriũ,quæritur quid iuris .Hoſt. concludit iſtũ clericũ teneri ad oſtendendum titulũ[a] ſiue alia libelli oblatiõe:nec admittitur appellatio in cõtrarium.ſicut emm̃ non appellatur à correctione in .c .ad noſtrã &.c.reprehenſibilis.de appel.ita nec ab iſto actu qui explicatur occaſione correctionis.nã ſi.nõ habet titulũ,tenet beneficium cũ peccato:& decœpit animas parrochianorũ:vt in.c.dudum. el.ij.de elect. Item quia iſta inquiſitio tituli poteſt fieri etiã generaliter ex officio iudicis arg.in. c. graue.de prebẽ. & in.c.iij. de inſti: hoc tn̄ reſtringit ad factũ recẽs,ſecus ſi eſt antiquũ: tũ quia imputãdũ eſt epo qui diu tacuit.ar.in.c.j. de frigi. & malefi.tum quia videtur tacẽdo cõſenſiſſe.ar .in.c.ex ore.de his que fi.a maio.par.ca.tũ quia probatiões non poſſunt de facili haberi cũ,ſępe pereãtex longiqtate tẽporis.Et iõ dicit ꝙ hoc caſu ſatispoterit recurri ad iura mẽtalẽ probationẽ.q.d.ꝙ vbi factũ eſt antiquũ,vt quia diuſterit in pacifica poſſeſsione beneficij ſufficit probare titulũ per iuramẽtũ.Sed aduerte,quia hęc vidẽtur cõtrano.per gl.& Io.an.poſt eã in.c.j.de reg.iur.lib.vj. & per Archi.in.c.ordinarij.de offi. ord.li. vj.&.c. contra mortẽ.c.diſt.nã cõis cõcluſio videt ꝙvbi eps tacitè cõſẽtit nõ poſsit ãpliꝰetiã ex off. cõpellere ſubditũ ad oſtendendũ titulũ. ¶ †Et iõ in hoc articulo poteſt ſic latius
23 diſtingui cõcordãdo opiniones & ſupplendo,ꝙ aut factum eſt antiquum,ſed ſuperior exquirens titulum nũ quam conſenſit tacitè , vel expreſſè : vt quia de nouo adeptus eſt epiſcopatum,vel diu ſtetit in captiuitate & tunc habebit locum illa opi.Hoſti.& propter antiquitatẽ facti admittitur probatio per iuramentum. argu. in.l.ſi arbiter.ff.de proba.& eorum quæ not.in.c.illud. de preſum. Itẽ quia aliqua præſumptio eſt pro titulo ex quo fuit toleratus per prædeceſſorẽ Et hãc opi. Ho. ſic reſtrictã.no.ſingulariter,quia quotidie venit in practica.nã ſtatim cũ quis promouetur ĩ epm̃ ſolet hodie ponere generale decretũ vt quilibet debeat facere fidẽ de titulo beneficij.Sed dubitari poſſet nunquid ſufficit talis probatio iuramẽtalis cũ cõcurrẽte antiquitate facti ſi ius cõe eſſet contra eũ qui tenet beneficiũ:vt quia poſsidere duo beneficia incõpatibilia:vel eſt minor & ĩ capax ad illud beneficiũ & allegat ſe habuiſſe diſpẽſationẽ & eã ꝑdidiſſe:& ꝙ nõ ſufficeret optimè facit in ar.c. ordinarij.p̃alle.&.c.cõtra morem.c.diſt.ſatis puto ꝙ decideret hæc quæſtio cõſiderata lõginquitate tẽporis & qualitate bn̄ficiati ſuperioris p̃deceſſorishuius qui eũ tolerauit:ſicut aliâs dicimus in ſimili an & qn̄ præbeat
24 in ſupplemẽtũ ꝓbatiõis:vt no.ĩ.c.fi.de iureiu . ¶ †Aut factũ eſt antiquum ſeu nõ multũ recẽs, & iſte ſuperior ipm̃ tolerauit tãq̃ beneficiatũ,& tunc nõ vrgetur ad illũ titulum probãdũ etiã per iuramẽtũ.quia viſus eſt cõſenſiſſe.ar.in p̃alleg.c.ex ore.tenẽt gl.& doc.in p̃all. locis.Sed ipſe ſuperior bene poterit in ſe aſſumere onꝰ ꝓbandi tituli defectũ.ar.in.c.dilecto.de præbẽ.hoc dictũ doc.puto limitãdũ,niſi ius cõe eſſet in cõtrariũ contra poſsidẽtẽ,vt tũc nõ ſufficiat ille tacitus cõſenſus, cũ & cõſentire nõ poſſit.& pro hoc præal.c.ordinarij. quod loquitur indiſtinctè qn̄ factũ eſt recẽs.aut ſuperior nõ conſentit tacitè vel expræſſè,& tũc põt eum compellere ad faciẽdũ plenã fidem de titu.ar.ĩ pręal.c.iij.de inſti. & no.in pręalle.gl.& facit.ij.q.j.c.legi.& ꝙ no.In .in.c. ſuper his.de accuſa. ¶ Et idẽ dic in parrochiano ,vel patrono,vel alio cuius ſpecialiter intereſt.vt ſi nõ ſit viſꝰ conſentire in iſtũ poſſit iſtare vt ille compellatur oſtẽdere titulũ beneficij:qđ voluit Fed.cõſi.xxviij.Et dicas plenius vt ibi per eum.& hæc no.quia quotidiana ſunt & tene menti.

ZACHARI.
a ¶ Ad oſtẽdẽdum titulũ.Adde Bal. in.l.inciuile.ĩ.j.oppo.C.de furt.ver. itẽ ſi tenet rẽ.&in l.cogi. col.ij.C. de pen.hær.& in.l.ij, col.ij.verſi. porrò C. qũo & quãdo iug.Ang.ſingu.in l.qui ĩ aliena.verſ. ſed ſi adierit.ff.de acqui.hęre.& Geml.in.c. ordinarij. de offi. or.& in.c. j.de reg. iur.li.vj.

SVMMARIVM.

1 *Criminaliter aliquando non dicitur agi.licet non agat ad cõmodum priuatum.*
2 *Teſtes criminoſi & etiam infames an admittantur in crimine ſimoniæ.ſicut in hæreſi?* 3.6.9.11.12.13.
4 *Teſtes aliâs inhabiles ſi in aliquo caſu admittantur:non faciũt plenã probationẽ:niſi addantur alia adminicula.*6.
5 *Præſertim:iſta dictio ſi ſtet cõparatiuè:ſtat propriè:ſi ſtat taxatiuè:ſtat impropriè.nõ.pro ſtatutis.*13.
7 *Abbatia non dicitur dignitas excellẽs:ſed potius numeratur inter dignitates inferiores.*
8 *Equalitas eſt ſeruanda in iudicando data perſonarum equalitate aliâs ſecus.*
10 *Simonia quæ habet cõmunionẽ cum hæreſi:videlicet quia credit gratiam ſpiritu ſanti poſſe emi eſt fortè maius crimen quàm reperiatur aliâs ſimonia quæ in communi ſolet committi & habet alia crimina maiora.*
12 *Teſtes criminoſi ſi admittuntur ad aliquã probationẽ:nõ comprehendentur periuri:niſi de eis fiat ſpecialis mentio.*
13 *Improprietates ſunt fugiendæ.*
14 *Inquiſitus ſi pendente inquiſitione efficiatur epiſcopus , an ab inquiſitione ſit deſiſtendum?*

¶ CAP. XXXII.

PErtuas. Hoc.c. eſt glo.præcedentis.c.nã tendit ad declarationem illius an & quando teſtes criminoſi admittantur in crimine ſimoniæ: & in effectu idem dicit quòd pręcedens Diuiditur in duas partes principales .inprima conſultatio.in ſecunda reſpõſio.ibi . *noueris* . Et hec ſecũda pars ſubdiuiditur.in quatuor nam primô diſtinguitur circa quinqꝫ,ſecũdò coaptat illa q̃nqꝫ ꝓpoſita repetẽs factũ et declarãs ĩterlocutoriã p̃cedẽtis decretalis.tertiò. trãſſumendo

mẽdo concludit.quartò recitat cessionẽ.secũda ibi. *hæc omnia*. tertia ibi: *tales*. quarta ibi: *vnde*. ¶ Casus literalis.In decretali pręcedenti dicit ꝙ abbas põposianus plures excep.oppositcõtra testes inductos cõtra ipsum in crimĩe simonię.&papa quasdã exceptio.admisit,quasdã repulit:vnde videbat ꝙ testes criminosi admitti debebant in crimine simonię:quęsitũ fuit à pa.qualiter esset intelligẽda, & ipse rndet vt in text.ibi. *noueris igitur*. Ber.¶ Not.j.ex tex.ꝙ cũ igit cõtra beneficiatũ vt remoueatur solũ ab administratione dicit agi ciuiliter & non criminaliter:nec ꝓpriè tũc dicit accusari. ¶ †Et ex hoc bene no.& singulariter.ꝙ licet nõ agat de crimine ad cõ modũ priuatũ nõ debet agi criminaliter[a] licet agat de crimine agit ergo criminaliter qn tendit ad vindictã vt crimẽ puniat pœna cõdigna.Sed qn agit solũ ad remotionẽ bnficij,tũc prĩcipaliter nõ agit ad puniẽdũ delictũ sed ad bonũ publicũ vt immeritus & damnosus nõ p̃sit eccl'iæ. ¶ †No.ij.ꝙ cũ agit de simonię crimine criminaliter. ẽt cõtra regularẽ nõ admittunt testes criminosi. Et ex hoc patet differẽtia inter hoc crimẽ & crimẽ lęsę maiestatis: qa ibi admittunt etiã infames licet agat crimaĩliter:vt.s. c. ꝓxi.& hoc intellige nisi simonia sit hęresis: vt dixi ĩ.c. s.proxi.super gl.in ver. indifferenter. & dic vt ibi dicit. ¶ †No.iij.ꝙ contra simoniacũ habilitant testes criminosi cõcurrẽtib⁹ istis qualitatibus.de quib⁹ in text.vnde secus videt in excõicatis,qa illi nõ vidẽtur hîc habilitati. ar.in.c.decernimus.de sen.excõ.li.vj.nam requirit spãlis dispositio,nec veniũt habilitati criminosi.arg.in.c.in fidei fauorẽ.de hęre.li.vj. ¶ †Itẽ no.secũdũ cõem intellectũ qđ in istis criminib⁹ exceptis admittunt testes criminosi concurrẽtibus qualitatibus de quibus in text. nõ tn vt faciãt plenã probationẽ:sed oportet ꝙ adsint alia adminicula:hoc notãter probat tex.in ver. *quoniã*. ¶ Item vltimò colligo ꝙ cõtra regulares p̃latos nõ solũ remittit in parte ordo iuris sed etiã fit remissio iustitię causa: qa ex facilioribus causis etiã non seruato vsq; quaq; ad vnguẽ ordine iuris pñt remoueri. ¶ †In gl.j.ibi. *qui emẽdati sunt de crimine &c*. Glo.hîc succinctè tangit duas lect. ad istũ tex.Prima vt criminosi admittant in testes si sint emendati.& tũc dictio p̃sertim posita in ver. *quoniã*. stat pro tũ.Secũda lec.est ꝙ criminosi etiã perseuerantes in criminib⁹ admittunt in testes cũ alijs adminiculis:&tũc dictio p̃sertim põt exponi dupliciter secũdũ varietatem lecturarũ,& q̃ istarũ sit vera plenius discutitur j. in glo. in ver. *taliter*. & ibi dicã.& per hoc sit declarata gl.quæ est in versi. *præsertim*. si exponit pro tantũ est expositio impropria.Not.tn eam singu.in eo ꝙ vult ꝙ quãdo hęc dictio pręsertim exponit pro tantũ:est expositio impropria propria ergo expositio est vt stet cõparatiuè.vt etiã voluit glo.pręal.super ver. *taliter*. prope fi.& dicitur stare comparatiuè:quia idem præsupponit in suo positiuo seu in casu contrario:vt sit sensus præsertim cùm testes fuerint de crimine emendati.q.d.ꝙ etiã si non sunt emẽdati admittuntur:sed maximè admittuntur quãdo sunt emendati.Et ex his infertur ꝙ cùm in statutis verba debeant stare propriè.vt no.in.c.in nostra.de iniur.& in.l. iij.§.hæc autẽ verba.ff.de neg.gest.hæc dictio pręsertim in eis propriè stabit comparatiuè.Et idẽ dic de dictione maximè,vt stet comparatiuè.vt not.glo. in.c.auditis.de elect.& in.c.quoniã frequẽter.in.§.porrò. vt lit. noncõteſt. ¶ †In gl.in ver. *prauitate*. in fi,glo.simpliciter vult ꝙ idem sit in alijs tribus exceptis.&licet doc.simpliciter transeant:tamen hoc non videt verum vsq; quaq;. nam fateor ꝙ illi qui admittũtur in simonia admittuntur in alijs criminibus exceptis, sed non omnes qui repellũtur hîc repellantur in alijs criminibus exceptis instantia patet in crimine hæresis & in crimine læsæ maiestatis vbi indistinctè admittuntur infames & criminosi.vt.s. c. proximo. & in .c. in fidei fauorem. de hære. libr.vj. & tn hîc in simonię crimine indistinctè nõ admittũtur. imò debent haberi cõsideratiões de qb⁹ in tex. licet em hęc & quędã alia dicant crimina excepta, qa nõ per oĩa sequnt regulã aliorũ tn vnũ est magis priuilegiũ q̃ aliud propter magnitudinẽ criminis,vel propter priuilegiũ prĩcipis,vel ecclesię,vel ex alia cõsideratione. ¶ †In gl. in ver. *excellentioris*. no.istã gl.iũcto isto text.ꝙ abbas nõ dicitur habere excellentẽ distinguentem,[b] sed poti⁹ iudicat abbatia in numero dignitatũ inferiorũ. ¶ †Et in fi.gl.aduerte.qa finis huius gl.nõ soluit cõtrariũ imò fortificat:qa si in iudicio seruanda est ęqualitas:ergo nõ debẽt aliter puniri maiores & aliter minores. & ideo rectius soluendo põt dici ꝙ ęqualitas seruãda est in iudicio data ęqualitate personarũ.nã vbi est differẽtia tũc seruare ęqualitatẽ esset potius illa dicenda inequalitas ar.c.de multa.in fi.de prębẽ.& de hoc vide quod no.in c.nouit.de iudi. ¶ In gl.ver. *vel minora*. ibi: *quia socius nõ admittitur &c*. hodie dic melius vt habet in.c.j.de testi. lib.vj. ¶ †In gl.in ver. *paria*. ibi: *quanto maiora crimina &c*. No.gl.ꝙ in istis criminibus exceptis admittuntur testes etiã inuoluti maioribus criminibus q̃ sint illa sup quibus deponunt:sed tunc non adhibebitur tanta fides vnde secundum qualitatem & quantitatẽ criminis obiecti iudex metietur fidem eis adhibẽdã. ¶ †Sed contra hoc opponitur.nã crimẽ simonię est maius crimẽ alijs. nam cætera crimina ad cõparationẽ huius pro nihilo reputantur.vt hîc dicit tex.ergo non possunt obijci maiora crimina.So.dicũt dic.sup tex.ꝙ etiã in ipso crimine simonię est dare maius & minus.vt quia agitur de simoniaco,quia prohibitio,& excipitur de prohibito . quia simoniaco.iuxta ea quæ habent per gl.in.c.ex parte. de offi dele.& dixi in.c.j.s.eo.& sic vident sentire simpliciter ꝙ crimen simonię sit maius alijs criminibus: quod ego putarẽ verũ vbi simonia haberet in se hæresim: vt quia credit gratiam spiritussancti posse pretio acquiri. Sed secus puto in simonia quę cõmittitur hodiernis tẽporibus.dãtes em pecuniam dant potius vt inducant superiorem ad ordinãdũ vel ad cõferendũ beneficiũ q̃ ꝙ estimẽt illã gratiã posse emi vel vẽdi:vel q̃ ipsi in veritate intẽdãt emere vel vẽdere,& iõ puto ꝙ multa alia sunt grauiora isto genere simonię sic accepto quod patet ex facilitate dispensandi.iuxta no.in.c.de simoniacè. s.eo. ¶ †In gl.vers. *distinguenda*. ibi: *tunc cõtra seculares p̃latũ nõ sunt audiendi vel amittẽdi*. testes criminosi etiã in crimine simonię. *nisi sint emendati de crimine*. & declara hãc gl.vt dicã j.in gl.in ver. *taliter*. vbi declarabit intellect⁹ hui⁹.c. ¶ In gl.in ver. *capitales &c*. no. gl. & loquit meli⁹ & clari⁹ q̃ gl.in.c.cũ oporteat.s.de acc. & quę dicant capitales inimicitię.dic vt ibi dixi.& no. hãc gl. ꝓpe finẽ. ¶ †In gl.in ver. *adulterij*. in fi.no.bene gl.ꝙ sub generali dispositiõe qua habilitant testes criminosi nõ videt habilitat⁹ periur⁹.nũq̃ ergo debet admitti periur⁹ [c] in testẽ nisi de eo admittendo specialiter caueat & facit.c.testimoniũ.s.de testi. ¶ In gl.in ver.debilitarẽt. Aduerte.quia hæc gl.videt sentire illã lect. Lau. vt emẽdati tm nõ admittant:nisi cũ alijs adminiculis.& in hoc videt ista gl.dicere cõtra tex.exp̃ssum in.c. testimoniũ.de testi. vbi patet ꝙ nedũ ĩ crimine excepto sed etiã in alijs.criminib⁹ admittunt testes emẽdati cũ agit ciuiliter etiã sine alijs adminiculis:& iõ dic meli⁹ vt j.in ver *taliter*. ¶ †In gl.in ver. *taliter*. in fi.Ex hac gl.colligunt duę lec.ad istũ text . Prima vt intelligat in testibus criminosis emẽdatis tantũ:vt sic dictio. *præsertim*. posita in tex.ponat pro tantũ: [d] & fuit ista opi.Lau. Sed hęc lect.de modico vel nihilo seruiret hodie.per.c.testimoniũ.s.de testi.vbi tex.generaliter in quocũq; crimine & cõtra quẽcũq; agat admitti testes criminosos emendatos ex quo agitur ciuiliter.& ideo hęc lect.nõ est sequenda ar.in.l.quod labeo.ff.ad car.& vt euitet iuriũ corre-

[a] SEBA.SAPI. ¶ Agi criminaliter. Qn̄ dicat agi criminaliter vide Moder.in rub.de iudici.col. pe. vbi latè & vtiliter insistit.Aretinus. ZACHARI.

[b] ¶ Excellentem dignitatẽ. Tu adde ꝙ imò dicit hñe excellentẽ & primã post episcopalem ita not. Bald.in.c. pastoralis.in gl.in ver. superiores .s. de offi. deleg.quẽ ibi sequit Fel.col. iiij.gl.in ver.superiores & ver.verũ ergo abbatia. & ibi eũ ẽt sequunt moder. ꝙ quo alleg.tex.in aut.habita.C.ne fi. ꝙ pa. & in.c.decernim⁹ s.de iud.bo.text.ĩ c.fi.de offi.dele.li. vj. vbi primò nominat abbates q̃ qui hñt p̃sonat⁹. quib⁹ adde qđ notaui in apost.l. ad istũ in.c.exposuisti.in apost.ĩ ver. dicit officiũ . s. de cor.vici.& in alle. c.decernim⁹.ĩ ver. dignitatẽ.s.de iud. ~ SEBA.SAPI.

[c] ¶ Periur⁹. Quòd semel piurus non debeat admitti amplius ad testimoniũ.tradit Feli . in c.ex parte.colũ.ij. ver.no.qnto. s. de testi.& ĩ.d.c.testimoniũ.col.vj.ver. tertia cõclusio.eo. ti.ꝙ nõ possit admitti ad iurãdũ generaliter tradit Ias.ĩ repe.l.admonẽdi. col.cvj.ver.xxxviij.ff.de iureiurã. ZACHARI.

[d] ¶ ponat ꝓ tantũ. Adde Car.ĩ cle. j. de re permuta.no. in.c.j.s. de excep. in.c. cõtinebatur. de despon.impuberi

5 *Excommunicatio eſt maior pœna eccleſiaſtica:cuius iudæus non eſt capax.*
6 *Iudex eccleſiaſticus quando potius debeat imponere pœnẽ pecu niariam quã ſpiritualem?*

¶ *CAP.* *XIIII.*

1 ROſtulaſti. † Iudę⁹ q̃ percuſſerit clericum tẽporaliter punitur:& ſi de facto puniri nõ põt ,in terdicitur ſibi xp̃ianorum cõmercium donec ſatiſfecerit iniuriã paſſo.Commu nis diuiſio.ſecũda ibi: *ad quod*. ¶ Caſus literalis.Quidã iudęus man⁹ violẽtas iniecit in quędã clericũ:quęritur qualiter cõtra iudęũ ſit procedẽdũ? Reſpon.ꝑa.ꝙ is cu ius iuriſdictiõis exiſtit pœna pecuniaria ipſum puniat vel alia tẽporalia ſecũdũ ꝙ ſibi viſum fuerit : & faciat læſo & eccleſiæ cõgruè ſatiſfieri:alioquin ſi dñs ei⁹ hoc neglexerit,prælatus loci præcipiat chriſtianis per cẽſu. eccleſia.ne cũ ipſo iudæo cõmercium habeant donec ſa
2 tiſfecerit Ber.¶ † No. j.ex tex.iudæũ nõ eſſe de iure cõmuni temporaliter ſubiectũ iuriſdictioni eccle. eſt ergo ſubiectus dño tẽporali ſicut & laicus. niſi aliud ſit de iure ſpeciali.& vide aliquos caſus in quib⁹ iudex ec cleſiaſtic⁹ exercet iuriſdictionem in iudęos & alios pa- ganos:per Inn.in.c.ꝙ ſuper his.de voto.& in.c.ita. s̃.e.
3 † No.ij.ꝙ inferentes iniuriam clerico tenentur ſatiſſa cere nedum ipſi clerico læſo ſed etiam ecclaſiæ,cui vi-
4 detur facta iniuria ex perſona clerici.¶ † No.iij.ꝙ co- gnoſcẽs deiniuria criminaliter poteſt ex officio com- pellere iniuriam inferẽtem ad ſatiſſaciendum læſo. & facit opti.quod no.in.l.interdũ.§.qui furem. ff.de fur. & licet ſimul nõ poſsit agi criminaliter & ciuiliter.vt ĩ l.j.C.qñ ci.ac.cri.pręiu.tamẽ ſi principaliter agitur cri minaliter,iudex acceſſoriè ex officio ſuo poteſt com- pellere reum ad ſatiſſaciendũ læſo ciuiliter.vt in p̃alla. §.qui furem.hîc enim iudex primò punit crimiualiter

& poſte

& poſtea cõpellit reum ad ſatiſſaciendum læſo. & ſic ciuiliter. ¶ Itẽ no. modũ & practicam excõicãdi infidelẽ indirecte vt interdicatur ſibi chriſtianorũ commerciũ. eſt enim vnus ex effectib⁹ excõicationis priuatio hominũ, eſt pœna nõ modica inter homines eſſe, & hominũ carere cõmercio. l. hi qui ſanctam. C. de hære. & in. c. ſoletj. de ſenten. excõ. lib. vj. Item no. hîc per locũ à ſpeciali licitũ eſſe chriſtianis habere cũ iudæis cõmercia. hîc enim in pœnam interdicitur chriſtianorũ cõmerciũ donec iſte ſatiſfecerit, facta ergo ſatiſfactione licitũ eſt cũ eo exercere cõmercia: debet tn̄ euitari magna familiaritas. xxviij. q. j. c. ſępe. & c. oẽs. & c. nullus. ſed cõtra hunc tex. in eo ꝙ diſtinguit an iſte ſubſit iuriſdictioni eccleſiæ: vel nõ oppo. d. c. cũ ſit de foro cõpeten. vbi patet quôd cõtra ledentem clericum vel eccleſiã tanquã ſacri legũ exercet eccleſia iuriſdictionẽ, licet aliâs tẽporaliter ſibi nõ ſit ſubiect⁹. Sol. puto ſtãdum cõtrario: & ad iſtũ tex. puto reſpõdendũ ꝙ ꝓpter faciliorẽ executionẽ fecit iſtã diſtinctionẽ, nam quãdo iudæus eſt ſubiect⁹ tẽporaliter ſeculari dño nõ põt cõpelli de facili per iudicẽ eccleſiaſticum. ¶ † Quia maior pœna quã habet eccleſia eſt excõicatio. xxiiij. q. iij. c. corripiant: huius pœnæ iudæus nõ eſt capax[a] vn̄ aditur dn̄s tẽporalis: & eo negligẽte eccleſia facit poſtea quicquid põt interdicendo cõmunicationẽ: vnde intelligo ꝙ etiã à principio põt eccleſia[b] ſuã iuriſdictionẽ exercere in huiuſmodi iudæũ ſacrilegũ, & etiã inuocare brachium ſeculare vt in præalleg. c. cũ ſit. iuncto. c. j. de offi. or. ſimile eſt in. c. ſignificaſti. de offi. dele. Nam delegatus pa. ſuam ſenten. poteſt executioni mãdare. vt in. c. in litæris. & in. c. quærenti. de offi. deleg. & tamẽ pro faciliori executione interpellatur ordinarius loci, & facili⁹ ſibi obtemperatur vt in. c. ſignificaſti. e. ti. ¶ † In gl. j. ibi: *quia ſpiritualia pœna ipſum punire non poteſt:* ſentit ergo glo. ꝙ vbi iudex eccleſiaticus poteſt punire aliquẽ eccleſiaſtica vel ſpirituali pœna non debet imponere pœnã pecuniariã ſeu aliã tẽporalẽ. quod tn̄ nõ eſt indiſtinctè verũ maximè in crimine ſacrilegij: vn̄ ceſſante cupiditate ſi magis timetur pœna peccuniaria quã ſpiritualis, põt eccleſiaſticus illã imponere. arg. de off. or. in. c. dilect⁹. & quod no. Io. an. in. c. j. de homici facit. c. qm̄ frequẽter. in. fi. vt lit. nõ cõteſt. Et an & quando iudex eccleſiaſticus poſsit punire peccuniariter, & ad quẽ vſum deputanda ſit talis peccunia dicamj. de pœnis in. c. licet.

ZACHARI.
a ¶ Nõ eſt capax. Ad de achie. n̄. q. j. c. mult. & ibibo. tex. Car. n̄. cle. j. §. fi. q. xix. de vſu. et quare cum iudæis cõicam⁹ & nõ cũ excõicatis. vide eũdẽ Car. ī cle. j. de cõſt.

SEBA. SAPI.
b ¶ Eccleſia. hãc cõſiderationẽ Abb. reprobat Frã. are. in conſilio. clviij. incipi. copioſe & ſubtiliter.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi debent diſcerni à chriſtianis in qualitate habitus, nedũ de nocte ſed etiam de die.*
2 *Veſtibus fucatis nõ debẽt hoĩes vti diebus dominicæ paſsiõis. Chriſtianus cõmiſcens ſe cũ iudæa ignoranter an excuſetur?*

¶ CAP. XV.

IN non nullis. Iudæi, & ſarraceni vtriuſq; ſexus debent in terris chriſtianorũ vti habitu per quẽ à chriſtianis diſcernãtur, & in die paraſceuæ & paſsiõis dn̄i nõ debẽt in publicũ ꝓgredi, nec in cõtumeliã creatoris proſilire. Tria ſunt dicta. ſecundum ibi: *in diebus*. tertiũ ibi. *illud*. ¶ Caſus literalis. In quibuſdam prouincijs ſarraceni per habitũ diſtinguũtur à xp̃anis. in quibuſdã verò nõ vnde contingit aliquando ꝙ chriſtiani iudæis & iudæi chriſtianis mulieribus per errorẽ carnaliter cõmiſcentur ne ergotã damnatus exceſſus par talẽ errorẽ. vlterius cõmitatur. ſtatuit cõſil. generale vt iudæi ſiue ſarraceni vtriuſq; ſexus in qualibet prouincia chriſtianorum per habitum publicè diſtinguantur à chriſtianis. ſecundò dicitur ꝙ in dieb⁹ lamẽtationũ iudæi ſiue ſarraceni non exeãt inpublicũ: quia (vt dicit) tũc ornati⁹ incedere nõ erubeſcunt, à chriſtiaõs (q ſacratiſsi. paſsionis memoriã exibẽtes lamẽtationis ſigna p̃tẽdũt) illudere nõ formidãt. tertiò prohibet ne in cõtumeliã creatoris proſilire præſumãt: quia cõtumelia cratoris diſsimulari non debet. p̃cipit cõſiliũ hm̃oi p̃ſumptores per poteſtates locorũ cõdigna cohertione cõpeſci, ne crucifixũ, pro nobis aliquaten⁹ blaſphemare præſumant. Ber. ¶ † No. j. ibi. *omni tẽpore.* & ibi. *publicet.* ꝙ iudæi debẽt diſcerni à chriſtianis in qualitate habit⁹ nedũ de nocte: ſed etiam de die & omni tẽpore: nec debẽt portere ſignũ diſtinctionis occultet ſed publicè. nõ eſt ergo ſatiſfactũ huic cõſtitutioni ſi portãt aliquod ſignũ ſub mãtello, vel in duplicatura mãtelli. ſicut a multis fieri vidi: ſed palã & publicè vt ab omnibus diſcernãtur. ¶ † No. ij. ibi: *ornatius nõ erubeſcũt &c.* ꝙ in dieb⁹ paſsionis dn̄icæ nõ debẽt homines fucatis ſeu fulgidis veſtibus vti vt ſic per qualitatẽ habitus oſtẽdãt interiorẽ mẽtis diſpoſitionẽ: quod em̄ exterius agitur interius inducit mẽtis diſpoſitionẽ & habitũ repſentat. vt dicit tex. ī cle. exiui de ver. ſi obſcuritas ergo & vtilitas habit⁹ eſt ſignũ meroris, ſicut prętioſitas eſt ſignũ letitię. ¶ No. vlti. ibi. *per principes ſeculaers &c.* qđ de iure cõi iudæi & alij ifideles exiſtẽtes in terris xp̃ianorũ ſub ſunt tpaliter iudici ſeculari. vide Inn. de voto. in. c. ꝙ ſuper his. ¶ † In glo. in ver. *errorẽ.* ibi. *excuſatur in eo ꝙ iudæa &c.* quaſi fortè velit dicere gl. ꝙ nõ excuſatur in totũ: qa ſaltẽ agebat vt cõmitteret fornicationẽ ſimplicẽ: ſed põt dici ꝙ aut chriſtianus cõtraxit mr̃imoniũ ignorãter cũ iudæa: & tunc ex toto excuſatur, quia agebat rẽ licitã. & ignorãtia facit & excuſat. vt in regula ignorãtia. de reg. iur. li. vj. & in. c. in lectũ. alleg. in gl. aut intẽdebat fornicari cũ xp̃iana. & in veritate iudæa erat, & tũc eſt in culpa, & teneť ad min⁹ de ſimplici fornicatione? An aũt poſsit aliqua pœna puniri cognoſcẽdo iudæã quia dedit operã rei illicitè. vide quod no. Io. an. in regula cũ quis. de reg. iur. li. vj. in mercu. dũ ponit. q. de cognoſcẽte maritatã q̃ cõmuniter habebať ꝓ ſoluta. & de cognoſcẽte ſolutam. q̃ cõmuniter habebatur ꝓ maritata. vide glo. in p̃all. c. in lectum. & qđ no. in. c. inebriauerũt. xv. q. j. ¶ In gl. ī ver. *animaduerſionis.* in fi. ſecũdùm leges eſt pœna capitalis: vt in auť. vt non luxu. contra na. §. j. cola. vj. & ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi vel aliter infideles nullũ officiũ poſsunt habere inter chriſtianos vel dignitatẽ, ſed inter ipſos bene poſsunt.*
2 *Iudæus non poteſt aſsumi ad doctoratum: quia doctoratus eſt dignitas.*
Acquiſita ex negotiatione illicita ſine alicuius calumnia nõ ſubiacent reſtitutioni regulariter: licet aliquando diſtribuantur inter pauperes.
3 *Officia aſsumentes contra iuris vel ſtatutorum diſpoſitionẽ qua pœna puniantur?*
Officialis depoſitus propter barataríã: debet tãtũ habere ſalariũ pro tẽpore præterito, & tenetur cõducẽti ad intereſſe.
4 *Reſtitutionem malè ablatorũ an epiſcopus vel is qui confitetur: aut confeſſor poſsit facere?*
5 *Hiſtriones tenentur ad reſtitutionem illorũ quæ lucrati ſunt vigore talis exercitij.*
6 *Legatũ relictũ pro male ablatis incertis diſtribuẽdũ inter pauperes chriſti per executors teſtamẽti an debeat diſpẽſari per epiſcopum?*
7 *Legatum factũ pro reſtitutione malè ablatorum conuertitur ad pias cauſas: ſi male ablata non reperiuntur.*
8 *Lucrum iniuſtè extortum an ſit reſtituendũ pauperibus chriſtiani verò alijs?*

¶ CAP. XVI.

CVm ſit. Præponens iudæũ vel paganũ publicis officijs p̃ conſiliũ pro uĩciale corripitur, & prępoſito denegať xp̃ianorũ cõmerciũ donec depoſuerit officiũ &

ZACHARI.
a ¶ Officio publico Adde Bar. & Alex in.l. qualiter .ff. de decur. eundē Bar. in.l.fi. C. de iudæ. & in.j. conſti. C. §. hæc quæ neſſario. Ang. in auc. iuſiu. ꝙ prælt. ab his. §. j. col. ij. Car. in. cle. in. iij. no. de teſt. & no. iſte in. c. iudæi §. eod.

✠ SEBA. SAPI.
b ¶ Dignitas. aliâs allegat Feli. in ✠ j. circa fi. verſ. item dum dicunt. §. eo.

c ¶ Deponere. adde quæ ſit pœna acceptātis offm̄ contra diſpoſitionē ſtatuti. Luddo. ro. ſi. ſuis. fol. xiij. &. xl.

ZACHARI.
2 ¶ Adde. ꝙ voluti. alleg. Ro. ſin. ſuo nū. cccl xxxvij. ꝙ inci. ſi ſtatutū prohibet.

✠ SEBA. SAPI.
d ¶ Protpe. Vide etiam Bal. ī. l. idē, ī iij. col. C. loca. & Bar. ī. l. iudices. C. de anno. & trib. li. x. & Bald. in. l. j. ad fi. C. de ſuffra.

✠ SEBA. SAPI.
e ¶ Eius parrochia. Vide Ioā. de ana. firmantē hāc opi. ī. c. ſicut dignū. j. de homi. col. vj. & Calde. conſil. vj. in ci. an valeat ſtatutū ſub tit. de cōſtitu. Cardi. ī. cle. dudū §. ſi verò. in xj. q de ſepul. & in. cle j. §. qb⁹ de priuil. Ang. ī diſputatiōe ſua īc. aſtēſis miles.

in vſus chriſtianorū pauperū reſtituat inde quæſita ſecūdū eꝑi ꝓuidētiam. Prima pars ponit cōſtitutionē, in nouās olim inhibitā ꝓhibet, & oēs cās reddit. ſecundo punit præponētē. tertiò prępoſitū quartò prorogat, ſe cunda ibi: *ſi quis* tertia ibi. *officiali* quarta ibi. *hoc idem*.

¶ Caſ⁹ literalis. Statuit cōſi. toletanū ꝙ null⁹ iudæ⁹ ſuꝑ chriſtianos vllū officiū exerceat, ſed quia illud nō ſeruabat cōſi. gña. inouauit cōſi. tole. ꝓhibēs ne iudæi publicis præferentur officijs. quia ſub tali prętextu chriſtianos infeſtāt plurimū & moleſtāt. & ſi quis eis officium tale cōmiſerit per prouinciale cōſiliū ānuatim celebrādū monitiōe ꝓmiſſa diſtinctiōe qua cōuenit cōpeſcat & tali officiali cōio chriſtianorū in cōmercijs & alijs de negetur, donec reſtituerit quicquid ex tali officio habuerit cōuertēdū in vſus pauperū. & eꝑi dioceſani de hoc prouideāt vt officiū cū pudore dimittat quod irreuerēter aſſumpſit: & hoc idē ad paganos extēdet. Ber.

1 ¶ † Not. j. iudæū vel paganū nō poſſe præfici officio: publico[a] inter chriſtianos. lati⁹ cōtra eos circa iſtū paſſum ꝓuidet ius ciuile in.l.fi. C. eo. vbi inhibet vt nulla dignitate nullū honorē, nullā ꝑeminētiā habeātinf xꝑia. & ꝓ illū tex. retulit ibi Bar. iudæū nō debere doctorari. cū doctorat⁹ ſit quædā dignitas[b] & ꝑeminētia. vt lati⁹ dixi in. c. quanto. §. de mag. Ex hoc inferꝛ ꝙ inter ipſos poſſunt iudæi habere officia & dignitates. & ſecūdum hūc intellectū pōt intelligi tex. l. generaliter. §. fin. ff. de decu. vbi ꝓmittit iudæos ꝓmoueri ad dignitates: ſed de bet intelligi vt dixi. vel procedabat de iure antiquo qđ hodie eſt correctū per. l. fi. C. eo. ¶ † Not. ij. ꝙ prouinciale cōſi. eꝑorū habet iuriſdictionē in totā ꝓuinciā. vñ olim oēs cauſę agitabātur in hoc cōſi. vj. q. iij. c. diſt. j. c. de iu. c. ji. & c. ſicut. §. de accu. Not. ar. ꝙ acqſitū ex negotiatione illicita eſt inter pauperes diſtribuēdū ex quo in ferebat. Hoſt. ꝙ acquiſita per excōicatū negotiādo debent diſtribui inter pauperes: quia negotiatio erat interdicta ſibi tpe excōicatiōis de cle. exc. mi. c. illud. ſed vtrūq; dictum nō puto verū pro hoc facit quod no. In. de immuni. ec. c. quia pleriq; vbi no. dicit ꝙ acquiſitum ex negotiatiōe illicita ſine allicui⁹ calūnia neceſſariò nō ſubiacet reſtitutiōi. hoc eīm nō probat iure imò potius cōtrarium probatur. vt fit cōſilij nō neceſsitatis. vt in. c. qui habetis. & c. vlti. xiiij. q. v. & de excōicato facit qđ not. in. c. veritatis. de do. & cōtu. licet tn̄ nō peccauerit ſe immiſcendo cōmunioni non tamē tenetur ad reſtitutionem ex quo ab ab aliquo nō extorſit. vide ſimile. c. fi. §. de ſimo. vbi illicitè acquiſitū ſine alterius calumnia nō ſubiacet reſtitutioni. ſed ſufficit agere pœuitentiam. Ad iſtum tex. dic ꝙ aſſumpſit officiū cōtra iuris, diſpoſitionē, & ſic ſine cauſa habuit pecuniā. Item hoc ſtatuit hīc in pœnā. not. bene. ¶ † Vlterius ex p̄dictis et ex tex. collige ꝙ aſſumpt⁹ ad aliquod officiū cōtra iuris diſpoſitionē tenetur officiū cū pudore deponere[c] & acquiſita reſtituere. Et facit ad illam. q. nūquid officialis, depoſitus propter baratarias debeat habere ſalariū totius tēporis. Et hāc. q. tetigit glo. in. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſo. plenius per Bar. in. l. męuia. ff. de an. leg. vbi

d cōcludit ꝙ pro tpe[d] ante quā fuerit depoſitus debet habere ſalariū ſed nō ꝓ ſequēti tpe: quia fuit depoſit⁹ propter defectū ſuū. imò teneꝛ cōducēti ad interreſſe. per. l. ſi fundus. ff. loc. qđ no. Itē collige ꝙ ſtatutū loquēs de iudæis nō extēdit ad pagamos, niſi ex ſpāli legis ꝓuiſiōe fiat extēſio. vt not. ꝓbat hęc litera dū dicit. *extendimus*. qđ bene no. vide bo. gl. de regula. c. cōſtitutiōem. lib. vj.

4 ¶ † Vlti. no. vnū caſum ſeruatū eꝑo vt eſt reſtitutio malè ablatorū. ad hoc quotidie alleg. iſte tex. Et inter caſus reſeruatos eꝑo nūerat hunc caſum. glo. in. c. ij. de pœ. & re. lib. vj. ¶ Sed circa prædicta quæritur nunquid ſimplex ſacerdos qui audiuit cōfeſsionem alicuius qui tenetur aliqua reſtituere poſsit facere hanc reſtitutionem Hoſtienſis. quod non. quia eſt caſus reſeruatus epiſcopo. & tres rōnes huius reſeruatiōis reddit. prima. quia ſi inferiores clerici poſſent diſpenſare ſæpe ſibi burſarēt & appropriarēt. ſecūda rō: qa in maiorib⁹ adhibēda eſt prouidētia epiſcopi. in. c. ad hoc. de offi. archi. tertia rō: quia epiſcopus habet curā omniū eccleſiarum ſuæ dioceſis, & cūcta ſpiritualia regit. x. q. j. c. regenda. vnde tota dioceſis dicit eius parrochia[e] in. c. j. de rapto. Sed Archi. in. c. ij. de teſta. li. vj. tenet cōtrariū. dicēs hanc reſtitutionē poſſe fieri per eū qui tenetur reſtituere, vel per eū de quo ipſe prouidit. alleg. c. cū tu. de vſu. & ca. tua. de teſta. & xiij. q. v. c. pe. & vlti. xxiiij. q. iij. c. ſi quis romipetas. quę iura cōiter dicūt ꝙ obligatus ad reſtitutionē debet reſtituere. Ad iſtū tex. rn̄. ꝙ loquitur de iudæo qui erat ſuſpectus de reſtitutiōe maximè quę erat fienda inter pauperes chriſtianorū. Io. an. ibi dicit ꝙ añ factū tenenda eſt opi. Hoſti. quia ſecundū Archi. eſſet facile vnicuiq; euitare reſtitutionē dicēdo ſe reſtituiſſe. Nec ob. ſi diceretur ꝙ debet ꝓbare: quia nō pōt ſem per dando denariū pauperibus adhibere notarium. & (vt experiētia docet) pauper qui recipit. x. ſolidos fateꝛ ſe recepiſſe. x. lib. Sed ex poſtfacto vbi in veritate quis tenebatur reſtituere nō apparet ratio quare nō debet eſſe liberatus. vnde ſolent eꝑi locorū per ſua ſtatuta ſeruare ſibi diſpoſitionē malè ablatorū nō ſolū modo peccata, ſed etiā reſtitutiōes facere. vnde Fed. cō. xxvij.

5 ſequut⁹ eſt opi. Hoſt. ſimpliciter: nihil. tn̄ boni alleg. † Car. hīc ſequit opi. Archi. & dicit poſſe diſtingui qđ in his in quibus trāſiuit dn̄iū: vt in hiſtrionibus & ſimilibus procedat opi. Hoſt. vt ſic ſciatur qđ & q̄tū ſit reſtituendū. Sed in caſibus in quib⁹ nō trāſiuit dn̄ium vt in vſurario. fure, & ſimilibus procedat opi. Archi. Sed circa hāc varietatē nō modicū animaduerto. quia nullus tex. facit mētionē de epiſcopo niſi iſte. & ſi iſte tex. bene pōderet nō dicit ꝙ eꝑs debeat reſtituere: ſed ſecūdū prouidētiam ſuā fieri diſtributio. Et ideo dicerē ꝙ diſpenſatio malè ablatorū debeat fieri per eum qui teneꝛ reſtituere: vel per eū de quo ſibi prouidit: ſeu ſcđm cō ſiliū & prouidētiā epiſcopi: & ſic ſaluātur omnes opi. & vitanꝛ abſurditates. nā intereſt obligati vt fiat reſtitutio realiter: intereſt eꝑi qui eſt pater pauperū nā obligatus reſtituere nō dat propria auctē. & ſic nō pōt diſponere ad libitū ſuū, ſed reddit quod reddere tenetur cū ergo debet fieri reſtitutio in pauperes debet habere conſiliū & prouidentiā illius qui eſt pater pauperū.

6 ¶ † Et circa prędicta vltra alios moueo no. q. pone qđ ſtante opi. Hoſt. ſeu ſtatuto eꝑi teſtator in ſuo teſtamē to. reliquit mille pro malè ablatis incertis cōuertenda in pauperes per executores ſui teſtamēti: eꝑs per ſtatutū ſuū & per iſtū tex. ſic intellectū vult diſpenſare. q̄rit quid iuris? Et pro nunc pōt dici ꝙ niſi aliter probētur malè ablata epiſcop⁹ nō pōt intētionē ſuā fundare ſuꝑ illis tā q̄ ablatis malè: quia hęc diſpoſitio ſeu cōfeſsio teſtatoris ex quo nō fuit recepta à parte nec iurata habet vim cuiuſdā legati ad pias cauſas: vt no. & probatur in ſimili in. l. iiij. C. de fal. cau. adiec. leg. & no. in. l. cùm qs §. codicillis. ff. de leg. iij. vide quod dico in ſimili in. c. fi.

7 de ſuc. ab inteſt. ¶ † Itē poſſet dari ad primam quæſtionem alia ſatis æqua diſtinctio per quam ſaluetur mens omnium opi. ꝙ vbi de malè ablatis non conſtat niſi per cōfeſsionē factam in foro pœnitētiali: tunc creditur ſibi ſi dicat ſe reſtituiſſe: quia in pœnitentia de omnibus creditur confitēti. vt in. c. ſignificaſti. de homici. & ſic euitātur abſurda Io. an. Aut. conſtat in iudicio ſeu publicè de malè ablatis: & tunc reſtitutio fiat ſecundùm conſilium epiſcopi: quia non debet credi aſſerenti ſe reſtituiſſe. arg. in. c. q̄q̄. de vſur. lib. vj. & ſicut publicè cōſtat de ablatione & extorſione, publicè conſtare debet

8 de reſtitutiōe. arg. ī. c. j. de pœnitē. & remiſ. ¶ † In gl. fi. ibi:

ibi: *ſi vellet poſſet dare pauperes &c.* & ſic videtur ſentire glo. ꝙ officialis neceſſariò nõ aſtrĩgitur ad dãdũ pauperibus quod iniuſtè extorſit. alleg. xiiij. q. v. c. non ſanè & no. glo. pro intellectu illius. c. loquiť ẽm obſcurè. ſed Inn. in. c. quia plerique. de immu. ecc. ſentit cõtrariũ ꝙ ex quò habebat officiũ cũ iuriſdictiõe teneť reſtituere qđ illicitè acquiſiuit quia videť acquiſiuiſſe per præſumptionẽ & violẽtiã: ſecus dicit in eo qui non habet iuriſdictionẽ. vt in aduocato. ſi ẽm aliquid vltra quã debeat lucratus eſt licet bñ faciat reſtituẽdo, nõ tñ tenetur. & ſic loquitur. d. c. ſanè. quòd mihi placet. ¶ † In ea. gl. ibi. *quia neſcitur à quo ſit extortũ.* Ioã. an. aliter intelligit hoc c. loquiť ẽm ſecũdũ eũ qñ iudex nõ grauauit eũ vltra debitũ extorquẽdo: nã tũc eſſet illi facienda reſtitutio. vt dicit glo. ſed loquiť cũ recipit ſalariũ quod ille præponẽs cuilibet ſoluere tenebať. vñ huic p̃ponẽti nõ debet reſtitui quia quo ad eum non põt dici debitũ & fuit in culpa præponẽdo iſtũ. Itẽ penes præpoſitũ nõ debet remanere, ergo pauperib⁹ erogãdum: vt diciť in litera: ſed tu põdera literã. ibi *quicquid fuerit chriſtianis adeptũ* quæ loquiť nedũ de ſalario quod habuiſſet à præponẽte &c. ſed ſaluãdo hunc intellectũ do. Ant. poteſt dici ꝙ aliqua adeptus fuit à chriſtianis, nõ tñ per extorſionẽ, vt quia dederũt ſibi quod dediſſent alijs officialib⁹. & ſic eis nõ eſt fiẽda reſtitutio cũ nõ prætendãt intereſſe. fiat ergo reſtitutio pauperib⁹. Et ex his cõclude gñaliter ꝙ vbi ex parte dãtis nullũ intereſſe verſať in petiõe ſed ex parte recipiẽtis ſic: & tunc reſtitutio debet fieri pauperibus & de iure ciuili hoc caſu fiſcus recipit: aut fert ẽm omnia lucra illicita. l. lucius. ff. de iure fiſci.

de biga. & papa. eſt vicari⁹ & ſumm⁹ adminiſtrator, iuxta illud quodcũq; ligaueris &c. xxiiij. q. j. c. quodcunq;. Itẽ p̃mittendũ ꝙ in hoc corpore vniuerſalis eccleſiæ multa ſunt bona irremunerata: vt mors xp̃i. cuius vna ſola gutta ſanguinis fuiſſet ſufficiẽs ad redimẽdũ totũ humanũ gen⁹. Itẽ paſsiões innocẽtiũ & martyrũ: ex quib⁹ & alijs maritis cõſtat theſaurus eccleſię cuius plenã diſpẽſationẽ habet papa. vnde cũ remittit alicui pœnã videť ei hũc theſaurũ cõmunicare: vt ſit ſenſ⁹ ꝙ in recõpẽſationẽ illorũ bonorũ remittit hanc pœnã: nã ſicut malũ nõ debet ĩpunitũ eſſe: ita bonũ nõ debet eſſe irremuneratũ: fit ergo quędã recõpẽſatio hinc inde. & hãc remſionẽ cũ certa limitatiõe pñt facere inferiores prę lati. ĩ. c. cũ ex eo. de pœn. & re. quia & ipſi electi ſunt in partẽ ſolicitudinis: vt in. c. ad honorẽ. de autho. & vſu. pa. & valet talis indulgẽtia ſeu remiſsio etiã quo ad pœnitẽtiã iã impoſitã ſeu imponendã: vt in. c. cũ ex eo. p̃alle. & quod no. in. c. quod aũt. e. ti. vbi dicã. ¶ In gl. in ver. *totã*: ibi. *ſimile crimini vſurarũ.* ſed meli⁹ põt ęq para ri pecuniæ ſimoniacę q̃ reſtituiť eccl. ĩ cui⁹ cõtumeliã data fuit, & aliqñ cũ duplicatiõe. in. c. audiuim⁹. s̃. deſimo. & p̃ id ꝙ ſeqť hîc ĩ gl. põt ſolui illud cõtrariũ de. c. p̃cedẽti vbi illa pecunia illicitè habita tm̃ reſtituitur et diſpẽſať in pauperes chriſti. ſed hîc reſtituiť duplicata. nã diuerſitatis ratio eſt. quia hîc plus deliq̃rũt ideò pl⁹ puniũť. ¶ Sed cõtra op. & vr̃ ꝙ iſta pœna nõ põt habere locũ per. c. ita. s̃. e. ti. vbi bona iſtorũ cõfiſcãtur: ergo hãc reſtitutionẽ facere nõ poſſunt. Sol. & multiplex ſe cũdũ doc. põt ẽm hoc. c. intelligi ante cõfiſcationẽ: vel qđ imponeť tẽpore cõfiſcationis: vel ĩtelligeť de bonis acquiſitis poſt cõfiſcationẽ. † Nã ſimpliciter cõfiſcatis bonis alicuius non intelligũtur cõfiſcata bona poſtmodũ acq̃rẽda: vt colligiť in. c. fœlicis. de pe. li. vj. & in. l. ſi mãdauero. §. is cui⁹. ff. mã. vel dici põt. ꝙ eccleſia ĩponit hanc pœnã: ſed princeps ſecularis aliam imponit.

a ¶ Corporali. Adde an nõ hñs in çre debeat ſemper pati in corpe. & qđ ſi venerit ad pinguiorem fortunã Lud. ro. ſing. ſuo. f. xiij.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum quæſitum ex commercio damnato ſubiacet reſtitutioni: ſimiliter acquiſitum per excommunicatum.*
2 *Pœna corporalis in ſubſidium pœne pecuniariæ non ſolute habet locum etiam de iure canonico.*
3 *Quid eſt dictũ illud quod dici ſolet quod ſit remiſsio pœne & culpe.*
4 *Bona alicuius ſi fuerit confiſcata ſimpliciter nõ cenſentur confiſcata bona acquirenda*

¶ CAP. XVII.

AD liberãdam. Cõſiliũ generale repeti cõſiliũ lateranen. s̃. eo. ca. ita & adit pœnam ſatiſfactionis tẽpore abſolutiõis impẽdẽda. ſecũda ibi: *& talibus.* ¶ † No. j. ibi: *ex cõmercio dãnato.* ꝙ acquiſitũ ex cõmercio damnato ſubiacet reſtitutioni: & ſic facit in arg. ꝙ acquiſitũ per excõicatũ ſubiacet reſtitutioni: ſed dic vt dixi. s̃. c. proxi:
2 ¶ † Not. ij. ꝙ vbi quis eſt impotens ad ſoluẽdũ pœnam
a debet caſtigari alia pœna corporali. [a] ad hoc facit. c. finẽ
3 litibus de do. & cõtu. & in. l. fi. ff. de inius voc. ¶ † Not. vlt. ex fi. ꝙ pœna qñq; imponitur nõ tantũ ad caſtigãdũ delinquentis: ſed vt cæteri metum habeant, ſeu arceantur à ſimilibus cõmittendis. facit. l. aut facta. ff. de pœ. in fi. ¶ Sed quia deciſe hîc cõtinebãtur multa priuilegia eorũ qui vadũ in ſubſidiũ terræ ſanctę, & inter alia cõfertur priuilegiũ plenè remiſsionis quod vulgariter dicitur remiſsio pœnę & culpę: quæro vñ procedit hoc vt pro modico fiat plenaria remiſsio pœnæ cum ſcriptũ ſit nullũ malũ impunitũ &c. quod pœna cõformis debet eſſe delicto. xxiiij. q. j. c. nõ afferam⁹. & in. c. quæſiuit. de his que fi. à ma. par. capi. Sol. multa poſſent dici circa hoc: & concluſiuè ſciendum quod vna eſt eccleſia vniuerſalis. j. q. vij. cõueniẽtibns. & huiuſmodi eccleſiæ ſeu corporis eſt ſponſus ipſe chriſtus. in. cap. debitum

SVMMARIVM.

1 *Iudæi poſſunt emere iura & introitus alicuius prouincie tamen pro eis axigendis eligitur aliquis chiſtianus non ſuſpectus per quem ipſi iudæi conſequẽtur dicta iura: qui tamen chriſtianus non eſt per ipſos iudæos eligendus. 2.*

¶ CAP. XVIII.

EX ſpeciali. † Iudei vel pagani publicis officijs p̃ficiẽdi nõ ſunt & ſi eis regalia iura vẽdatur ad ea colligẽda præficiẽdus eſt chriſtianus nõ ſuſpectus. In prima parte ponitur culpa regis & excuſatio. In ſecũda cõtra vtrũq; p̃hibetur ibi. *mãdamus.* ¶ Caſus literalis. Rex portugalie in officijs publicis chriſtianis pręferebat iudeos cõtra cõciliũ generale. s̃. e. c. cũ ſit. vnde mãdat papa duob⁹ epiſcopis quaten⁹ regẽ ipſum moneãt & iducãt ne ĩpublicis officijs iudæos p̃ficiat chriſtianus cõtra cõſil. generale ꝙ ſi fortè redditus ſuos iudęis vẽdere voluerit vel paganis aliquẽ xp̃ianũ deputet nõ ſuſpectum degrauaminibus clericis inferendis & p̃ illũ iudæi & ſarraceni ſine xp̃ia. iniuria iuria regalia cõſequẽtur. Ber. ¶ No. j. ex tex. ꝙ officiũ publicũ nedũ eſt iudęis inter xp̃ianos
b prohibitũ & interdictũ [b]. ſed etiã quodlibet officiũ ſeu cõmercium per quod chriſtianis aliquod põt ĩgeri grauamẽ. ¶ No. ij. ꝙ licetè etiã reditus regales vẽdũtur iu
c dæis & alijs paganis. nõ ergo omne cõmercium [c] inter-
2 dictum eſt inter xp̃ianos & iudęos. ¶ † Itẽ no. ibi. *deputet.* ꝙ ad colligẽdũ iſtos reddit⁹ vẽditos iudæo vel pagano electio debet fieri per principẽ ſecularem & non per iudęum emptorem. nam ſi ipſe eligeret poſſet cõmitti fraus. gl. ſunt faciles hic videas.

b ¶ Interdictum. Adde qđ voluit anch. cõſi. cclxxxj.

c ¶ Cõmercium. Ad de Ludo. ro. conſ. cccclix.

SEBA.SAPI.

a ¶ Quod pari. Ad hanc regulã vide cumulata p Iaſo.ĩ l.admonẽdi.in lectura.col.xj.verſi. tu ex iſto intellectu ſecundo.ff. de iure iurandi. & ibi inter alia refert quod priuilegium cõceſſum eccleſiæ cõſecratę habet locũ ĩ baſilica nũdũ conſecrata, ſed de proximo cõſecrãda. vt tenet Abb. in.c.eccleſiæ. ĩ.iĳ. not.s.de immu.ec.

b ¶ De hæreticis. Adde quis dicat hæreticus .Old.cõ ſil.cx. et vide multa per Cal. ad materiã in conſilijs. ſuis hoc tit.

SEBA .SAPI.

c ¶ Errarret Vide. Alb .de roſa .in. iĳ. parte ſtatuto. qõ.xxxĳ. vbidicit a ſe defendiſſe ex hoc quoſdam mediolanenſes accuſatos de hæreſi in curia romã. refert. Bartho.veroñ. in. cã .ccv .& cã .ccx xxvĳ.&Iaſ.ĩ rub. C.de ſum.tri.& fi. cat.

ZACHARI.

d ¶ Infidelibus. Add de de hoc Hipp. de marſil. ſingula. ſuo.xlj.quodinci. iudæus nõ poteſt quod ego amplio procedere etiam in conuerſo ad fidem. ita not.idem Hippo. de marſil. ſingu.cvĳ.inci.priuilegium ciuitatis poſt mediũ ibi:nõ dicit ꝙ iudæus. ꝙ tñ Feli. reſtringit vt intelligatur in nouiter conuerſo & baptizato . ita 1 not.in.c.iudæi.lo. ĳ.in prin.&ibi ponit quaſdam fall. ad hoc dictũ. s.de iudæ.

SVMMARIVM.

Argumentum à cõiunctiõe duarum legum validum eſt in iure.

¶ *CAP. XIX.*

NVlli. Se ſummat.& tria facit dictum ponit,mercatori prouidet.prouiſionẽ determnita.ſecũda ibi: qđ ſi tertia ibi :*ſi aũt*. ¶ Caſus literalis. Iudæi mebãt ſeruos xp̃ianos,& eos in ſuo ſeruitio reti nebãt.quod fieri nõ debet.vnde ſtatuit cõſi.generale ꝙ nõ liceat iudæo baptizatũ vel bapt̃izari volentẽ emere vel in ſuo ſeruitio retinere. Secũdò dicit ꝙ ſi aliquis iudeus cauſa mercimonij emeret aliquẽ nũdũ ad fidẽ conuerſum,& poſt modũ factus fuerit vel deſiderat xp̃ianus fieri dentur ab aliquo.xij.ſolidi,& ille ab illius ſeruitio ſubtrahatur:ſi verò inter tres mẽſes ipſum venalẽ nõ expoſuerit vel ad ſibi ſeruiendum emerit eundẽ:nec ipſe vendere nec alius audeat cõparare. ſed nullo dato pretio ad libertatẽ perducat.Ber. ¶ No.j.ex tex.regulã ꝙ baptizatũ vel baptizari volentem non põt iudæus, in ſuo ſeruitio retinere ex quo inferr̃ ꝙ ſi iudæ⁹emit baptizatum ſeu baptizari volentem nõ tenet venditio.& ita ſic ẽpt⁹ eripit̃ in libertatẽ nullo refuſo pretio quod ꝓbatur.liiij.di.c.mancipia.& in.l.j. C .ne.chriſti manc. hære.habe.de materia vide bo.glo.liiij.di.c.generalis.§. hoc tunc obſeruandũ.dixi plene in.c.j.s.e. Et ex hoc & ex tex.no.ꝙ pari [a] priuilegio gaudet id quod eſt ad eſſe productũ & quod eſt in fieri:nam quę incõtinẽti fiunt videnť in eſſe in.c.officij.de elect.l. quod ait.§.quod ait ff.de adult. ¶ Not.ij.ibi.*nec ipſe vendere nec alius audeat comparare*. ꝙ ſi vn⁹ prohibetur aliquid vendere prohibetur alius emere.& ſic diſpoſitũ in vno correlatiuorũ extẽditur ad aliud no.Bar.ĩ.l.fi.C.ne fide.do.denť.&dixi.in.c.j.de loc. ¶ Sed quæro quia hîc danť tres menſes ad exponẽdum ſeruũ emptũ cauſa mercimonij.qñ inciꝑiunt iſti tres mẽſes currere.dicit hoſti.ꝙ à tꝑe venditionis & traditionis.i.poſt venditionẽ & traditionẽ ſerui factã iudæo:quia extunc acquiſiuit dñium ſerui &habuit facultatẽ exponẽdi.iſti.de rerũ diui.§. ꝓ traditiõnẽ &.C.de pac.l.traditionibus.Io.an. dicit ꝙ à tẽpore quo ille ſeruus petijt chriſtianitatẽ hoc dictũ Ioã. an.habet ꝙquitatẽ. vt emens ſeruos omnino paganos cauſa mercimonij nõ teneať eos intra iſtud tẽpus exponere venales:quia fortè nõ videt tempus cõgruũ,ſed ſatis eſt ꝙ exponat ſeruũ venalem intra tres mẽſes à tãpore quo petijt chriſtianitatẽ:ſed dictũ Hoſt. videtur verius. nã ex quo nõ expoſuit ſeruũ venalẽ intra tres mẽſes præſumptio eſt ꝙ nõ cauſa mercimonij ſed ad ſibi ſeruiẽdum, aliâs ſemper fraus poſſet fieri.quia diceret ſe emiſſe cã mercimonij.& poſtquã ſeru⁹ diceret ſe velle effici xp̃ianũ exponeret eum intera tres mẽſes,& ſic nũquã habe ret locũfinis hui⁹.c.&.c.fraternitatẽ.liiij .diſt. ¶ † In gl. in ver.*xij. ſolidis*.in fi.ſed gl.nõ declarat de qualitate monetæ cũ in loco ſit moneta aurea & argẽtea. Vin. intelligit de aurea.quod probatur ex cõiunctione duarũ legũ.nã in.l.cũ ex falſis .ff.de ma.teſta.dicit ꝙ ſeruit⁹ præſtita ex falſis codicillis.nõ debet reuocari datis. xx.ſolidis.& in.l.papinianus.§.fi.ff de inoffi.teſta.fit mẽtio inſimili caſu de.xx.aureis.& ſic debẽt intelligi de ſolidis aureis.quorũ.lxxij.faciũt vnã libram auri. C. de ſuſce. & ar.l.quoties.lib.x.idẽ ſentit gl.in ſimili in.l. quicũq;. C. de ſer.fugi.&dixi.ĩ.c.j.s.eo.Et ſatis eſt veriſimile quòd ius intellexerit de aureis nã rediculũ eſſet vt pro bono ſeruo darenť .xij.ſolidi argẽtei. nã modicũ eſſet qđ not.

De hæreticis[b]. *Rubrica.*

¶ Supra viſum eſt de his qui nõ baptizati deum blaphemãt malè colẽdo,cõpetit ordine vidẽdũ eſt de illis qui iam baptizati inciderũt in hæreſim:& ideo meritò & competenti ordine hæc rubrica ponitur.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis vel hæreticus dici non põt ille qui aliquando ſuper fide dubitans nõ perſeuerat in illa cogitatione.*
2 *Hæreticus nõ eſt ille qui erat in fide tamen credit illum errorẽ eſſe fidẽ,& paratus eſt ſe corrigere ſi aliud tenet eccleſia.*
3 *Infideles nõ poſſunt eſſe teſtes contra chriſtianos..*

¶ *CAP. I.*

VBius. Breue eſt:vel ꝓ alia verba põt ſic ſummari.infidelis eſt qui non habet cerritudinẽ fidei,&infideli nõ eſt credẽdũ in prę iudiciũ alterius. ¶ Not.j.ex tex.ꝙ fides debet habere certitudinẽ & nullã ſecum admittere dubitationẽ.cõcor.c.firmiter .s. de ſum.tri. ¶ † Sed cõtra hoc & cõtra tex.opp.& videť qđ 1 oĩs homo ſit infidelis.nã nullus homo reperiť qui aliqñ ex ſcrupulo conſciẽtiæ nõ dubitet in fide, & de reſurrectione mortuorũ,& de creatiõe mũdi, & ſimilibus. So.dicit Io.an.& bene.quod tex.debet intelligi de dubitatiõe quæ habet in ſe firmitatẽ animi & quãdã pertinaciã:vt quia perſeuerat in illa dubitatiõe:ſecus ſi incidat in cogitationẽ vel dubitationẽ ex primis motibus, qui bus nõ aſſiſtit ſed reſiſtit cõfirmando ſe fidei eccleſiæ: quia tũc potius patiť ex illa cogitatiõe,& mereť potius quã demereať reſiſtẽdo.nã qñq; etiã mitus quis polluiť prauis cogitatiõib⁹:& propriè dicũtur primi mot⁹qui nõ ſunt in poteſtate hominũ.ideo nõ imputãtur ad culpã.de hoc qđ habeť in palea.c.ſed pẽſandum.vj.diſ.&de iſtis primis motibus intellige dictũ apoſtoli:tẽtatiovos nõ appręhẽdat niſi humana,vide tex.de pœni.diſtin.ij. c.inter.& ſic intellige illud pſalmiſte. Beatus qui timebit & elidet paruulos ſuos ad petrã. pſal cxlvj. vide qđ no.in rubri.de ſum.tri.& facit.xxiiij.q.j.c. hæc eſt fides ¶ Sed quæro qđ intẽdit litera in fi.ibi. *qui fidẽ veritatis ignorant*.ſol.expone.i.qui veritatẽ fidei ignorabant ſiue 2 baptizati ſint ſiue nõ. ¶ † Et intellige qñ ſe nõ conformant in fide eccleſiæ . nã ſi quis erraret[c] in fide & crederet illã eſſe fidẽ eccleſiæ & paratus eſt ſe corrigere, ſi c aliud tenet eccleſia iſte nõ eſt hæretic⁹: quia fides eccle. eſt fides ſua ex quo ſe refert ad fidẽ eccleſiæ: vt in.c.ij. de ſum.tri.& quòd ibi not.& in.d.c.hęc eſt fides cumibi 3 no. ¶ † Vltimò.arg.ex.hac litera ibi:*nec eis oĩno credendũ* d quòd infidelib⁹ d &hæreticis nõ eſt aliqd credẽdũ ĩ prę iudiciũ aliorũ.nã ex quo ſunt infideles deo, nõ præſumũtur fideles hoĩbus.& ideo in teſtes nõ admittunť cõtra chriſtianos.ij.q.vij.c.nõ poteſt.&.c. pagani.

SVMMARIVM.

1 *Errare præſumitur aliquis quando non reſiſtit aliorum errori cum poſſit*
2 *Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiare.*

¶ *CAP. II.*

QVialios. Breue eſt: vel poteſt ſic ſummari. Errare in fide cõuincitur qui alios errãtes cùm poteſt 1. ab errore non reuocat. ¶ † Not.primò ex tex.malum ꝓſumendũ cõtra preſentes& tacentes aliorũ errores.nã error cui nõ reſiſtiť approbatur.lxxxiij.diſt.c.error.& in. c.quid eĩ prodeſt, ¶ Sed quæro de quo errore intelligituriſte tex.Solu.debet intelligi de errore fidei vt faciat ad titu. poteſt etiã intelligi inquolibet errore:nam errare præſumitur qui errantibus

errãtibus eũ poteſt.non reſiſtit:ſicut alibi dicitur non
a carere[a] ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori definit obuiare:vt in præalleg. c.qui põt,& in.c. dilecto.de ſen.excom.lib.vj.Sed prẽſertim habet locũ fauore fidei.& qñq; magis peccat aliquis quã ille qui errat.qñ defendit illius erroreẽ:quia ipſe nõ ſolũ errat:ſed alijs offendiculum erroris præſtat.xxiiij.qõ.iij.c.qui defendit.¶ In glo.ibi:*à peccato cõmittendo.* vel poteſt dici ſecũdũ Io.an.q; fauore fidei text.iſte intelligit indiſtinctè,ſiue peccatũ cõmiſſum fuit,ſiue eõmittẽdũ:vel propter perſeuerãtiã in peccato poteſt dici peccatũ cõmittendum.Et certè etiã glo.habuit bo.intellectũ.nam debet gl.intelligi de peccato eõmiſſo & nõ perdurãte:tũc enim ad ſolũ prælatũ ſpectat correctio. Sed ſi habet iterationẽ:vt quia eſt peccatũ ſucceſſiuũ tũc qlibet debet aliũ corrigere iuxta denũtiationẽ euãgelicã.vñ dicebat. Hoſt.q; iudicialis correctio ſpectat ad ſolũ p̃latũ :vt in iuri.alle,in glo.ſed euangelica ſpectat ad quẽlibet. Et vt aliquid offerat ſpecialitatis hoc poſſumus dicere q; qui põt aliũ reuocare ab errore fidei & nõ reuocat indiſtincte peccat.ſed de alijs erroribus an & qñ quis teneatur reuocare ſeu denuntiare. dic vt plenè not.in.c.nouit. de iudi.&.ij.q.j.c.ſi peccauerit.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus ſi ſuũ errorem nõ extirpauerit,impoſsibile eſt quod vitam eternam poſsit cõſequi etiam ſi fecerit omnia bona opera in hoc mundo pro nomine Chriſti.*
2 *Hæreſis & ſchiſma fraternizant:licet in aliquo diſcrepent.*
Hæreticus eſt credens poſſe fieri duos papas veros.
Excommunicati largo modo appellatur hæretici.
Hæretici vnde dicantur.

CAP. III.

FIrmiſſiuè, Hæreticus perſeuerãs eternaliter dãnet cui nec prodeſt baptiſmus,nec eleemoſyna, vel martiriũ, velaliud qdcũq; bonũ quo ad hoc vt cõſequatur vitã eternã:ſecũda pars.ibi *omni homini.* ¶ Caſus literalis.Quæſitũ fuitab Auguſtino vtrũ hæreticus vel ſchiſmaticus ſaluari poſſit.reſpon.Auguſt.teneas & nullaten⁹dubites q; oĩs hæreticus & ſchimaticus cũ diabolo & angelis eius eterni ignis incẽdio punie⁊:niſi ante finẽ vitę. catholicæ eccleſiæ fuerit reintegratus:quia nulli homini de mũdo qui eccleſiæcatholicæ nõ tenet vnitatẽ neq; baptiſm⁹ neq; eleemoſyna quantũcnuq; copioſa,neq; aut mors pro noĩe chriſti ſuſcepta ꝓficere potuerũt ad ſalutẽ . Ber. ¶ Not.j.ex.tex.q; fides debet habere quãdã firmitatẽ et
1 nullã prorſus dubitationẽ. ¶ †No.ij.q; hæreticus quã tũcunq; in alijs bonus,& qualiacũq; bona opera exercẽs nõ poteſt ſaluari ſi in illo errore decedit.illa tñ opa nõ ſunt ex toto deperdita:ſed valent ad min⁹ ſuppliciũ ſubeũdũ.nã nõ cruciabitur ita acriter qui licet ſit hæretius aliqua bona opera excercebat:ſicut is qui cũ hæreſi ſemper iacebat in peccato:& hoc voluit hic tex. in fi. dum dicit proficere. *potuerunt ſalutem. i .vt* habeat vitã eternã:ad alia ergo proficiũ.quæ habẽtur hæc in glo.in fin.vide quod legitur & no.de pe.di.iij. c.ſi.§.fi. & in.c.
2 quod quidã de pœ.& remiſ. ¶ †Vltimò collige ibi *hæreticũ vel ſchiſmaticum.* q; hæreticus vel ſchiſmatic⁹ ęqui parãtur.nã ſchiſma nõ eſt ſine hæreſiquia ſchiſma ſonat in diuiſionẽ:quia ſchiſmatic⁹ ſe diuidit ab eccleſiæ ſanctę vnitate:vide bo.tex.xxiiij.qõ.iiij.c.inter hæreſim et ſchima.& hoc eſt regulare. fallit in dicente ſe eſſe papã
f & aliũ antipapam.nã iſti nõ ſunt hæreti.vñ eſt ſchiſma ſine hæreſi.quia quilibet credit vnitatẽ eccleſiæ & eccleſiã eſſe apud ſe:ita dicit gloſ.ſing.xxiiij.q.j.c.j .idẽ dic de
b credẽtib⁹ [b]vt credẽtes vni nõ dicãt hęretici,ex quo credũt vnã eſſe eccleſiã quam dicũt cõſiſtere debere apud
c iſtum ſecus ſi crederẽ quẽlibet cõtẽdentiũ eſſe papa [c]: quia tunc propriè hæretici eſſent.diuiderent em eccleſiã & venirẽt cõtra articulũ ſymboli,& vnã ſanctã:ſic intellige gl.no.vij.q.j.c.nõ aũt. ¶ Vlti.collige ibi.*fuerit incorporatus & reintegratus eccleſiæ*:q; hæretic⁹ eſt extra eccleſiã.& dicitur reĩtegrari & incorporari p pœnitẽtiã. ¶ †In gl.j.in fi.& dic ſecũdũ Ho.q; iſtis duob⁹ vltimis modis poſitis in gl.propriè & ſtrictè dicitur quis
3 hæreticus.nã in alijs præcedẽtibus caſib⁹ dicit quis hæreticus largè.nã excõicatus dicit hęreticus:quia ſe diuidit ab vnitate eccleſiæ.nã per excõicationẽ eijcitur extra eccleſiã.xj.q.iij.c.audi.& ſic largo mõ iudæi & oẽs infideles poſſunt dici hæretici:qa ſunt extra vnitatẽ eccleſiæ.vide de prædictis bonã gl.xxiiij.qõ.iij.§.quia verò.Et dicitur hæreſis ab elec.c.illi qui.vel ab erro erras vel ab adhereo:quia adheret opinioni eorum . vel ab erciſco.q; idẽ eſt q; diuido:qa ab vnitate eccleſiæ ſunt diuiſi.¶ In gl.fi.in fi.Itẽ valẽt bona opera quo ad illuſtrandam mẽtẽ.nã facilius merebitur gratiã cõuerſiõis qui bona opera exercet q̃ qui eſt ſemper ĩ peccato. Itẽ mortificatis peccatis interdũ illa bona opera ſurgũt.de pœ.diſt.iij.c.firmiter.& generaliter vide in iuribus ad quæ.s.remiſi.

SVMMARIVM.

1 *Libris & ſcripturis hæreticorũ nõ datur fides aliqua.*
2 *Si duo cõtendũt de papatu:debet cõſiliũ generale fieri cuius erit de hoc deciſio vel diffinitio.quòd congregabunt cardinales.*
3 *Scripturæ notariorum qui fuerunt de falſo condemnati an faciant fidem?*
4 *Inſtrumentum ſi in vno capitulo vel parte probetur vel reddatur falſum,an cenſebitur totum falſum?*
5 *Notarius damnatus de falſo,an & quando poſsit ſe rogare de inſtrumentis conficiendis?*
6 *Authoritates authorũ damnatorũ poſsunt allegari tanquã rationabiles,ſed nõ tanquã authorizabiles.*
7 *Sacramenta recepta ignorãter ab hæretico tenent: ſecus ſi ſcienter.*

¶ CAP. IIII.

FRaternitatis. Breue eſt: vel poteſt ſic ſummari.Scripta † per hęreticos non habẽt
1 fidẽ autẽticã.vel ſic.Damnato auctore dãnant ei⁹ ſcripturę,libri,& opera.Cõis diuiſio.ſecũda ibi: *cũ celeſtinus.* ¶ Caſus literalis.Celeſtin⁹ & pelagius cõdẽnati fuerũt de hæreſi in ſynodo epheſina .Antiochen⁹ patriarcha dubitauit an ſcripta ipſorũ recipi debeãt.Reſpõdit papa q; nõ:qa ex quo auctores dãnati ſunt,qũo ſcripta illorũ admitti poſſunt. q.d.nõ poſſunt.Ber.¶ No.j.ex tex.q; papa põt in cõſi-
d lio ſeu ſynodo dãnari de hæreſi [d].nã in cã hæreſis ſynod⁹ eſt maior papa.vt no.glo.xix. diſt.anaſtatius. quam no.& vide bo.gl.in.c.ſi papa.xl.diſtin.& per Archid.in
2 c.in fidei.de hære.li.vj.¶ †Idẽ dic vbi duo cõtendunt de papatu.& pro certo neſcitur quis eorũ ſit ver⁹ papa
e nã tunc conſiliũ debet congregari [e] & quæſtionẽ decidere:vide tex.iuncta gl.in.c.ſi duo.lxxix.diſ.& nõ eſt alibi ita bo.tex.quo ad hunc articulũ . Et ponit ibi Hugo vnum ſing.dictũ.q; poterit conſiliũ cõgregari per cardinales quando neuter cõtendentium vellet congregare ſuã obediẽtiam in eodẽ loco. ¶ †No.ij.ar.ex fi.literæ q; ſcriptura per notariũ cõfecta poſt q̃ fuerit condẽ
f nat⁹ de falſo [f] in ſuo officio cõmiſſo nõ debet recipi
g tanq̃ autẽtica:quia ex quo damnatus eſt auctor,opera ſua non faciunt fidem.pro hoc in notario eſt textus. opti.in.l.ſi qs.C.de ſuſcep.& arca.li.x. facit tex.cũ gl.in l.ſi qs ex argẽtarijs.§.j.ff.de edẽ.et ad hoc quotidie ſo-

SEBA.SAPI.

a ¶ Non carere.Ad hæc faciunt q̃ ſcribit Deci⁹ poſt alios in.c.j.in glo.j.s. de offic.deleg.vbi traditur an quis teneatur periclitãtẽ iuuare.

b ¶ Credẽtib⁹.Vide Bart.in.l.cũ ſtatus C.de or.cog.vbi dicit q; tpe ſchiſmatis qs põt eſſe neutralis Andre. Barba.

ZACHARI.

c ¶ Eſſe papã. Vide Feli.in.c.q̃ ĩ eccleſiarũ. circa prĩ. s.de conſti.

d ¶ De hęreſi . Vide latiſsimè videndum per Lud.ro. eius conſi.vltimũ.

e ¶ Debet cõgregari. Adde quod cõſuluit Pet.de anc. cũ.B.&.S. de papatu condẽnabãt eius cõ.lxx.Et qs debet congregare cõli.vide do.Car. conſi.cliij.

SEBA.SAPI.

f ¶ De falſo.An ꝓpter falſitatẽ commiſſamà notario in vno inſtrmento alia inſtrumenta reddãtur ſuſpecta. vide Bal. in.l. ij.§.miles.ff.de his qui not.ĩfa.& in.l. iubem⁹.§.ſanè. C. de ſa.ſan.ecc.& in.c.j.in.prĩ .de le.cõra.cũalle. p Alex. in.l.militib⁹.C.de teſ.mil.

g ¶ Non debet recipi. Adde Pau. de ca.cõſi.clxij.in primò impreſsis.

let allegari ista litera.& circa hãc materiã In.hîc posuit bo.glo.quę quotidie solet allegari per cano. & legis. Et vt habeat eius gl.clara & cõclusiua quęro nũquid indistinctè scriptura cõfecta p notariũ falsum sit nulla. So. capiẽdo mẽtẽ Inn.q̃ aut loquit de instrumẽtis cõfectis post falsitatẽ cõmissã p notariũ:vel añ.Si añ tũc ex quo notari⁹ tolerat ĩ offõ valẽt, licet postea sequat dãnatio seu depositio:qa gesta ratiõe publici officij nõ retractã tur propter publicã vtilitatẽ licet postea sequat de posi tio.hoc.l.barbari⁹.ff.de offi.p̃to.&.iij.qõ.vij.c.ĩfamis.§. tria.ver.verũ.sed instrumẽta cõfecta post dãnationem nõ valerent:vt hîc in pręale.l.si quis. ¶ † Sed dubiũ est quãdo ante dãnationẽ notarij reperit vnũ instrumẽtũ hñs plura capitula.& in vno.c.est admixta falsitas nũqd ppter hãc falsitatẽ in vno.c.admixtã reprobet totũ [a] in strumẽtũ.Quidã distingunt.aut capitula sunt connexa & reprobat in totũ, an sunt sẽpata.& tũc nõ reprobat nisi illud.c.quod est falsum.ita refer Inno. aliquos tene re.& opi.Ioã.glo.in.c.si ad sacras.ix.dist.Sed Bart.brix. ibi in addi.in suis quęstionib⁹ tenuit totũ instrumentũ Idem videt tenere.Innocen.hîc Barto.in.l.si ex fal.[b] C. de trãsac.qui distinguit aut falsitas procedit ex vitio no tarij,& tũc instrumẽtũ corruit in totũ & hoc etiã vo luit Inn.hîc quod satis placet.sicut dicimus in teste.vt si aliquã falsitatẽ adijciat testimonio suo dictũ eius in to tũ reprobat.quia reperit periurus.iij.q.ix.c.pura.sic est in notario qui est quidã testis.l.domiti⁹ labeo . ff.de te sta.& hoc verũ si est falsitas circa substantialia negotij vel circa circũstãtias ei⁹. vt quia debebat scribere qñ ti tius promisit.x.&notari⁹scripsit de.xx.Sed si falsitas est orta circa alia extrinseca:vt quia scripsit cõtrahẽtes esse cõsanguineos,vel aliquil aliud quod nõ facit ad negoti um:licet hoc sit falsum nõ reprobat instrumẽtũ ppter hoc:quia illud non spectat ad officiũ notarij,& idẽ in teste:& ita voluit Inn.hîc:& ita tẽpera dictũ Bar. Aut defectus nõ ꝓuenit ex vitio notarij.& tũc aut cõcernit substãtialia instrumẽti. vt quia fuit omissa indictio & dies:& tũc instrumẽtũ corruit ĩ totũ vt ĩ auf.vt prepo, not.impera.post prin.& no.in.c.inter dilectos.de fi.in strumẽta cõfecta per notariũ dãnatũ sunt nulla qñ fuit cõdennatus propter fasitatem cõmissam in of ficio tabellionatus, sec⁹ dicit si aliãs fuisset dãnatus de falso cõmisso,[c] tñ extra officiũ, vel sit effectus infamis ex alia cã tũc eñ notanter cõcludit q̃ si illud officium nõ habet in se dignitatẽ,vt qa nõ est notari⁹ principis.l. j.C.de mã.prin.vel nõ habet officiũ de publico vt quia nõ est notarius in bãcha,quod tũc valerent instrumẽta cõfecta per istũ quãtũcũq̃ sit infamis.mouet: quia.l.si quis.superius alle. facit tñ mẽtionẽ de falsitate cõmissa in officio.Ita quia notariat⁹nõ dignitas sed quoddã mu nus.l.fi.in prin.& ibi gl. C.qui mil.nõ po.lib.xij.Item in famis potest esse procurator.insti.de exce.ĩ fi.vñ potuit istẽ rogari à partibus vt cõficeret instrumẽtum.ita con suluit Bart. & incipit cõsiliũ fer.Io. in causa cuiusdã no tarij qui fuerat dãnatns de falso: quia extraxerat duas chartas de libro communitatis.&c. Et not. hæc dicta. & maximè procedũt qñ notarius tolerabat in officio. ad hoc quod no.in.c.fciscitatus.de rescr.Et an valeãt in strumenta confecta per notarium excommuuicatum: vide bonam gloss.de sen.excõ.c.decermimus.libro . vj. ¶ † In gloss.j. in fin.vel dict secundum Hosti. q̃ dicta auctoris dãnati possunt recipi tãq̃ rationabilia;sed nõ tanq̃ autẽtorizabilia:& sic possunt reduci ad cõcordiã iura al.in gl. ¶ † Et extra gl.quæritur qd de sacramẽtis receptis ab hæretico?dicit Inn.q̃ si ignorãter ab eo fue runt recepta q̃ nõ solũ cõfertur essentia sacramẽti:sed etiã gratia,nã & iudas fuit hęretic⁹.j.q.j.c.eos.tñ bapti zauit,& tenuit eius baptismus.j.q.j.c.dedit. sed si sciẽ ter.tũc nõ cõfertur gratîa.vt.j.q.j.c.etiã.et de hoc vide lati⁹ hîc per In.& per eũdẽ in.c.j.de schisma.vbi de ista materia latè tangitur per ipsum.

4 ✤ SEBA.SAPI.

a ¶ In testõ. quid au tẽ in iudæis .ã pos sit eius relinqui aliqd in testõ.vide Fel.ĩ.c.iudęi.ij.co. j. ver.in glo.hîc nõ obstat.s. de iudæ.

b ¶ Totum. Adde Old.cõsi, xxxvij. & Pau. de ca.cõsi. cccix.incip.ad bẽ ne examinãdũ du bia vbi dicit q̃ scri ptura quæ in par reperitur vera de cõtrariorũ eadem sit disciplina.

c ¶ In.l.ũ. ex falsis vide ibi, Paul.de & Ias.col.fi.vbi po nit cõclusionẽ cõ li mitatiõibus. vt ẽt hoc per Fel..& vi de Rot.deci.ccxlj. inci.itẽ no.ĩ anti quis.

d ¶ Extraofficiũ.Ad de pro hoc q̃ dicit Lu.ro.cõsil.cxv.q̃ officialis põt con ueniri de delictis commissis in oĩo duráte offõ.nõ de commissis extra of ficium.

5 præal.l.barbarius. ¶ † Sed circa prædicta.Bart.posuit vnã notabilẽ quęstio.& limitationẽ ad p̃dicta in extra neo loco.videlicet in.l.ea. lege.ff.ad.l.iuliã repe.vbi di cit q̃.instrumẽta cõfecta per notariũ dãnatũ sunt nulla qñ fuit cõdennatus propter fasitatem cõmissam in of ficio tabellionatus, sec⁹ dicit si aliãs fuisset dãnatus de

6 ¶ † In gloss.j. in fin.vel dict secundum Hosti. q̃ dicta

✤ SVMMARIVM.

1 *Hæretici vel alij infideles etiam si sint coniunẽti nõ possunt hæredes instituí:& si eos instituerit aliqua persona religiosa erit excõmunicata etiã post mortẽ.*

2 *Subueniẽdum est potius fratri carnali hæretico quã extrãneo catholico vide j.c.proxi.*

3 *Excõicatio in multis casibus põt post mortẽ fulminari.*

¶ CAP. V.

1 SI quis. † Legitur duob⁹ modis : sed secũdũ cõmunẽ & veriorẽ ĩtellectũ.h.d.Epsinstituẽs hęreticũ cõsan guinneũ vel extraneũ vel paganũ etiam post mortẽ excõmunicatus denũtiat .h. d.& vt faciat ad titu. põt ĩtelligi quòd ex hoc p̃sumat hæreticus.¶ Casus literalis.Quæsitũ fuit ĩ consi.aphri cano vtrũ hæretici possint instituí hæredes ab episco po.respõ.cõsi.q̃ si episcop⁹ instituerit sibi hæredes ex traneos à cõsãguinitate sua vel etiã ĩstituerit cõsangui neos hæreticos vel paganos etiam post moraẽ debet ex cõmunicari,& nomẽ ei⁹ ĩter sacerdotes dei nullatenus recitetur.& hoc idẽ ĩtellige de omnib⁹ clericis.& .h.d.

2 cũ seq.Ber.¶ † No.j.q̃ hæreticis seu paganis nõ debet aliquid relinqui in testamẽto [d] E põt adduci tex.ad illã q.nũquid potius sit subueniẽdũ fratri carnali hæretico quã extraneo catholico.de qua qõne vide p̃ gl.xxx.di.c. j.& quod no.xlij.dist.quiescam⁹.& in.c.nõ satis.lxxxvj. dist.Et cõmuniter cõcludit q̃ fratri carnali hæretico

3 potius est subueniendũ.¶ † No.ij.casum in quo post mortẽ qs excõmunicatur:alios casus vide.xxiiij.q.ij.in sum.¶ Idẽ no.iij.q̃ pro decedẽte ĩ peccato mortali nõ est orãdũ.xiij.q.ij.c.p obeũtib⁹.&.xxiij. q.v.c. placuit vnde intellige fi.hui⁹.c.scdm cõsuetudinẽ quorũdã lo quorum vbi noĩa episcoporum scribunt in aliquo lib. & recitãt in die obitus eorũ.& pro eis fit aliqua oratio vnde isti tales de quibus hîc nõ debẽt recitari inter dei sacerdotes.i.inter illos sic scriptos.mõ prędicto. ¶ In gl.j.ibi:*& sic repete illã dictionẽ hæreticos*.Et hac parti la gl.colligitur vnus intellectus ad istũ tex.vt intelliga tur de epo instituẽte extraneũ hæreticũ, secus ergo si stituat extraneũ chatholicũ.ex hoc em nõ debet dãna ri.& hãc lec.tenẽt cõiter doc.quidã tñ dicũt ponendo aliũ intellectũ,q̃ litera debet intelligi indistinctè q̃ in stituẽdo extraneũ est pręsumtio q̃ nõ dilexit eccleſiã: sed iste itellect⁹ mihi nõ placet.quia potuit instituere extraneũ amicũ.Itẽ eccleſia sua fortè nõ erat indigens. Itẽ sacerdos põt disponere de patrimonio suo prout vult:dũmodo nõ in personas prohibitas.xij. q.j.c. sint manifestè.in ver obtẽtu.facit tex.in.c.seq.qui loquit de eadem materia,& facit mentionem dumtaxat de here. seu paganis.

✤ SVMMARIVM.

1 *Constitutio lequẽs de episcopis nõ extenditur ad alios clericos nisi per extẽsionẽ legislatoris.*

2 *Clerici pessunt & debẽt subuenire cõsanguineis suis pauperibusetiã de bonisecclesiæ:non tamen ipsos ditando.*

¶ CAP. VI.

NEOS. Loqt de eadẽ materia cũ p̃cedẽ ti, & extẽdit qđ ibi dictũ fuit de epis ad p̃byteros & alios cleri.¶ † Et ex hoc no.q̃ dispositio loq̃ns de epis non vẽdicat. si bi locũ

SEBA. SAPI. a ¶ Perpetuũ carcerẽ. Aduerte tamẽ ꝙ ĩdiſtincte eccleſia nõ põt imponere pœnã perpetui carceris, maximè ĩ laicos,vt no. Ro. in fin.ccccccvj.in ci.ꝙ de iure ciuili. vbi dicit ꝙ iudex eccleſiaſticus non põt condemnare laicos ad perpetuos carceres.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Crimen hæreſis eſt merè eccleſiaſticum: & ideo ſeculares non habent ſe ſuper eo intromittere,niſi quo ad pœnæ executionem.*
2 *Clericus deprehenſus in hæreſi volens redire ad fidẽ an ſit deponendus & in carcere detrudendus.*

¶ CAP. XV.

EXcommunicamus. Hoc capi.vſq; ad §. *ſi qui autem.* habetur in.c.excõicamus.s̃.eo.titu.in princ.vnde ſumma & declara ꝑut ibi fuit dictũ:ſed §. *ſi qui autẽ.* ſic ſummari poteſt vſq; ad fi.Si in hęreſi deprehenſi nolunt redire ad fidem detrudendi ſunt in perpetuum carcerẽ ad pœnitentiam peragẽdam.& credẽtes erroribꝰ hęreticorũ hæretici ſunt.& habet totũ quatuor dicta.ſecundũ ibi: *damnati.* tertiũ ibi: *ſi qui.* quartum ibi: *credentes.* ¶ No.j.ex prima parte. ꝙ nõ eſt facienda vis in nomine.vbi patet de defectu & de rei 1 ſubſtantia.& concor.de ſimo.c,ea quę. ¶ † Not. ij.in.§. *damnati.* ibi: *per eccleſiam.* ꝙ crimen hęreſis ecclaſia duntaxat damnare poteſt. & nomine eccleſię intellligitur ipſe papa,vel dioceſanus loci.vt in.c.ad abolendã.s̃. eo.vel inquiſitor deputatus per papã.vt in.c. j.cũ multis ſimilibus.eo.ti.li.vj.Seculares ergo iudices reſpectu cognitionis & dãnatiõis de hoc crimine ſe nõ impediũt quia eſt crimẽ merè eccleſiaſticũ.vt in.c.inquiſitionis.§. prohibemus.eo.ti.lib.vj.ſed ſola executio pœnæ ei demãdatur:vt hîc. ¶ In.§. *qui autem.* no.ꝙ hęreticus volens redire ad fidem non euadit niſi pœnas mortis.nam ad agendam pœnitentiam delicto cõmiſſo debet detru
a di in perpetuũ carcerem:[a] ſed hodie iſta pœna põt com mutari in aliam ſi viſum fuerit ſuperiori.vt eſt tex.not.
2 in.c.vt commiſſi.eo.tit.lib.vj. ¶ † Sed circa hoc dubito de quęſtione hîc non tacta.nunquid clericꝰ deprehẽſus in hæreſi volens redire ad fidem ſit deponendus,& poſt ea in carcerẽ detrudendus:an verò ſufficiat ſola detru-
b ſio? [b] glo.videtur dubitaſſe in.c.nũc aũt.xxj.diſt.& nihil firmat nec recolo pro nũc alibi legiſſe:ſed credo talem priusverbaliter deponendũ.per.c.jj.eo.lib.vj.vbi dicit ꝙ in cauſa hereſis ſolus epiſcopns poteſt degradare quã do degradatio fit vt tradatur curię ſeculari, vel vt immuretur id eſt in actum carcerẽ detrudatur.& ſic facit mentionẽ de depoſitione etiã qn̄ fit detruſio,vt ſic prima pars illius ſeu primũ dictum illius.c.cõcernat perſeuerantes in hęreſi qui ſunt tradendi curie ſeculari. ſecũ dum dictum concernit redeuntes ad fidem qui ſunt im murandi.i.in arctum carcerem detrudendi.ad hoc facit tex.in.c.tuę j. de pœnis.vbi dicitur ꝙ pro magnis ſceleri bus debet quis degradari & detrudi.licet ergo hîc parca tur redeuntibus quo ad pœnã ignis.imponentur tamẽ alię pœnæ.cognitę ſatis enim eſt eis vt euitent mortem cùm regulariter ex ſola pœnitentia quis non euadat pœ nam.l.qui ea mente.ff.de fur.& in.c.cùm non ab homine.de iudi. ¶ Ad idem quęritur nunquid ſicut parcitur hæretico redeunti ad fidem.ita parcendum eſt accuſatori ipſius hætetici volenti deſiſtere ab accuſatione, & pœnitere.Iaco.de are.in.l.fi.C.de accu.quẽ ſequitur Io, an.hìc concludit ꝙ nõ:quia ſpeciale eſt in crimine hæreſis.ſed accuſator deficiens non venit puniendus de hęreſi,ſed de calũnia. ¶ In gl.in ver. *puniendi.* ibi: *vltimo ſupplicio.* dic vt plenè dixi.s̃.eo,in.c.ad abolendam nam iſti hodie igne cremantur.In glo.vlti.ibi: *etiam condemnati.* no.gl.fin.ꝙ parcitur hęreticis volentibꝰ redire ad fidem quo ad pœnã mortis etiã poſt dãnationem diſtingue vt dixi in.c.excommunicamus.el.ij.§.damnatis.s̃.eod.titu.

ZACHARI. b ¶ Sola detruſio, Adde Cardi.ĩ cle. j.§. fi.q.vlt.de vſu.

ZACHARI, c ¶ Confiſcata. Ad de ꝙ ipſo etiã iure & de iure canonico perdit dñium ſuorũ bonorũ hæretic⁹.c.cũ ſecũdũ, & ibi Gem̃.eo.tit. lib.vj.& Bar. in.l. imperator.in fi.C. de iure fiſ.lib. x.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Debitores hæreticorum ſunt ipſo iure liberati.*
2 *Pœna quando imponitur ipſo iure afficit delinquentem quantuncunque occultum.*
3 *Filij hæreticum ſunt liberati à patria poteſtate.*
4 *Hæredes non tenentur de delicto defuncti:niſi in vita ipſe defunctus inciderit in pœnam delicti.*

¶ CAP. XVI.

1 ABſolutos. † Breue eſt:vel põt ſic per alia verba ſumma ri.Liberantur ab omni obligatione qui hæreticis tenebantur aſtricti. ¶ Caſus.literalis.Quærebatur à domino pa.ſi debitores iſtorũ qui lapſi ſunt in hæreſim teneantur ſoluere eiſdem.Papa reſpondẽdo dicit ꝙ quicũq; obligati ſunt lapſis manifeſtè in hæreſim,nouerint ſe abſolutos & ab omni debito fidelitatis & totiꝰ obſequij & omni pacto quacunq; firmitate vallato.Ber. ¶ No.j.papã rõne dilecti eccleſiaſtici poſſe abſoluere vaſallos laicorũ ab omni obligatione,& alios eiſdem obnoxios quocunq; pacto quacunq; firmitate vallato & hodie clarum eſt cùm bo
c na hęreticorum ſint ipſo iure confiſcata[c]. vt in. c. cùm ſecundùm leges.eo.ti.lib.vj. & ſic nihil remanet apud eos. ¶ No.ij.ibi *manifeſtè.* ꝙ hoc.c.vẽdicat ſibi locum in incidente in hęreſim manifeſtè.qui autem ſi occultè? Philip.dicit ꝙ idem ſi probari poteſt.Io.an.videtur vel le hoc eſſe verum ſi proceſſum eſt ad probationes:quia probatio tũc facit delictum manifeſtum.vt in. c. cùm olim j.de ver. ſig. ſecus ſi non eſt proceſſum ad probationes:eccleſia non iudicat de occultis.vt in.c.ſicut tuis. in fi.de ſimo.& ita pertranſit.Sed hoc dictum non puto hodie indiſtinctè verum.quia cùm bona hæreticorum ipſo iure ſint hodie confiſcata quantũcunq; delictum ſit occultum.vt in.c.ij.de præſcri.lib.vj.& præalle.c.cũ
2 ſecundum. ¶ † Nam pœna ipſo iure impoſita afficit ipſum delinquentem q̃tuncunq; occultũ.vt dicit gl. ſi. no.in cle.j.eo.ti.ver.eóipſó.ergo eóipſó ꝙ quis incidit in hæreſim incõtinẽti perdit omnia bona.& *ſic ſequit* abſolutio ab obligatione.ſed non poteſt hæc abſolutio ſeu publicatio allegari,niſi manifeſta cauſa probet: ſed re ipſa ſuppoſito delicto ſequitur abſolutio ſic poſſunt reduci ad concordiam omnia dicta. ¶ Sed quæro. quid de famulis & liberis hęreticorum? doct.ꝙ idã.nec obſt. c.quoniam.xj.q.iij.&.c.inter.de ſenten.excommu.quia
3 procedunt in non hæretico:ſecus in hęretico. ¶ † Quę ro ſecundò.quid de filijs hæreticorum? dic ꝙ eximuntur à patria poteſtate,& efficiunt ſui iuris:adeò ꝙ emãcipatio facta poſtq̃ inciderunt in hæreſim eſt ipſo iure nulla,tanq̃ facta de hominibꝰ ſui iuris.vt in. c.quicũq;. eod.ti.lib.vj. ¶ † In gloſſ.j.ibi: *ipſo iure.* per hoc dicit Hoſt.quòd licet reconcilientur:non per hoc recuperãt priſtinam obligationem:quia obligatio extincta non reuiuiſcit. de conſe.diſt.iiij.c.quæris.&.vij.q.j.quàm periculoſum.ſic etiam dic de alijs bonis vt de neceſsitate non ſint eis reſtituenda.vt.c.vergẽtis.& quod ibi no.s̃. eo.imò.iſta bona poſſunt capi etiam poſt mortem licet

in vita

in vita occultam hæreſim fouerent.vt in.c.ij. de pręſcri. lib.vj.quia confiſcatio fuit facta in vita eoipſo ꝙ inciderunt in hęreſim.& per hoc euitatur argum. ꝙ de delicto defuncti non tenentur hæredes.¶ In gl.fi.in fi.not.gl.ſed quæro.quid de promittente in terminis gl. ei qui poſtea incidit in excommunicationem. nunquid differenda eſt ſolutio ſicut in hæretico?& iſte eſt caſus diuerſus à quæſtione gl.quia hæreticus perdit omnia bona: ſed excommunicatus non imò remanet apud eum obligatio.ſed rō gloſ.videtur eadem. quia non eſt licitum communicare excommunicato.ergo res non permanſit in eodem ſtatu de hac.q.dic vt not.de dolo & contu.c.veritatis.

De ſchiſmaticis. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici ql⁹ modis capiãtur:et an ſint hæretici et quo caſu?*
2 *Schiſmatici an ſint excommunicati?*

¶Quia ſchiſmatici incidũt in hęreſim diuidendo ſe ab vnitate eccleſię, conſtituendo ſibi ſacerdotes & reliquos clericos.xxiiij.q.j.c.loquitur.Ideo poſt prędictē rubricam ſubñcit iſtã.
1 ¶† Sed ad rubricę & materię declarationem quęro qui dicantur ſchiſmatici?Sol.colligitur hîc ex no.j.c.proxi.Primò largiſſimè dicuntur omnes conſtituti in peccato mortali.ſunt em̃ extra charitatem.xj.q.iij.c.audi denicꝙ.&.xxiij.q.iij.c.dixit.Largè verò dicuntur ſchiſmatici excommunicati:ꝙa ſunt extra eccleſiam & cōmuniōem fideliũ.xj.q.iij.c.cũ excōicato.&.c.ſequ. Strictè verò dicũtur ſchiſmatiſci qui proprium epiſcopum eñciunt de ſede epiſcopali,ſibi occupantes presbyteros ſuos facientes.& ſecũdũ quoſdam iſti ſunt excōicati. Alij verò cōiter tenent oppoſitum.ex quo enim non ſunt diuiſi a romana eccleſia licet eiecerint proprium ep̃m & alium receperint non tamē dicuntur per hoc ſtrictiſsimè ſchiſmatici.ſed illi ſtrictiſsimè dicuntur ſecundum materiam noſtrã qui diuidũt ſe ab vnitate romanæ eccleſiæ conſtituendo ſibi eccleſiam & ordinando clericos & ſacerdotes.vt in prędalle.c.loquitur.&.xxiij.q.iij.c. inter ſchiſma.Sed circa prędicta quæritur nunquid ſi ſchiſmatici capiantur.vt.s̄.dixi ſint hæretici? & dic ꝙ ſi capiantur largiſsimè largè & ſtrictè prout .s̄.dixi.non ſunt hęretici,ſed ſi capiantur ſtrictiſsimè prout prędixi. & tunc aut conſtituũt aliã eccleſiã omnino diuidendo ſe ab eccleſia romana prout faciunt græci: & tunc ſunt hęretici:quia veniunt contra illum articulum fidei & vnam ſanctam eccleſiam & ſic debet intelligi ꝙ dicit ſchiſma non eſt ſine hæreſi.vt in illo.c.inter ſchiſma.Si verò non conſtituunt aliam eccleſiam : imò credunt eccleſiam romanam apud ſe vt contingit quando duo vel plures contendunt de papatu. nam quiſque eorum credit vnitatem eccleſię.& illam eſſe apud ſe:nec impugnant romanam eccleſiam.& tunc iſti ſunt ſchiſmatici non hęretici.vt not.in.c.j.j.eo.vide bo.gl.xxiij.q.j.c.quod
2 autem.§.j. ¶†Tertiò quęritur nunquid ſchiſmatici ſunt excōicati?& aduertendum ꝙ vbi eſt ſchiſma cum hæreſi:vt patet ex prędictis.tunc nō eſt dubium ꝙ ſunt excōicati.quia omnes hæretici ſunt excōicati.vt in.c.excōicamus.s̄.ti.proxi. Si verò eſt ſchiſma ſine hæreſi. & tunc ſi ſchiſmatici capiuntur largiſsimè vel largè:& non ſunt excōicati.ñ. qō. j.c.multi niſi ab homine vel à iure excommunicentur alio reſpectu ſed capiēdo ſtrictiſſimè vt capitur hîc:doc. variant.j.c.proxi. ſed magis videntur inclinare in illam partem ꝙ non ſunt excōicati.ſed dic hoc verum reſpectu illius.c.j. Sed hodie puto omnes excōicatos eſſe per.c.licet.s̄.de elec. vbi dicit tã ipſe qui ſe gerit pro papa quã ſibi adhęrentes excōicationi ſubiaceant. per quæ verba fertur excōicatio ipſo iure vt ibi dico.facit quod not.gl.in.c.j.de iure iur.de iniu.lib.vj.& puto hoc verum vbi non cadit probabilis error. Si autem quæſtio eſſet dubia & maximè ſi conſiſtit in facto intricato & longeue,prout contingit in ſchimate pręterito tunc putarem oēs euitare excōicationem & peccatum.arg.in.l. regula.& in.l.ñ.ff.de iur.& fac.ign.& in.c.apoſtolicè. de cle.ex commu.mili.& in.c.vt animarum.de conſti.lib.vj.no.

SVMMARIVM.

1 *Schiſmaticus non poteſt conferre beneficia vel ordines et dignitates dare:& ſi dederit,non tenent.2.de quo vide late ej.nu.3. et ordinati vel beneficiati ab eo ſunt ipſo iure excōicati.*
4 *Schiſmaticus:& excōicatus:et exiſtēs in pcto mortali, an et qñ poſſint conferre temporalia vel ſpiritualia, & in quibus conferatur ordo vel non?*

¶ *CAP. I.*

Quod à prædeceſſore

†Irritę ſunt ordinationes beneficiorũ collationes & eccleſiaſticarũ rerũ alienationes per ſchiſmaticos factæ:& à dignitate & ordine ſuſpendũtur. ꝙ ſchiſma tenere iurant.partes patēt per.§.¶ Caſus literalis. Tẽpore Alexan.fuit ſchiſma in roma per.§.& poſt tunc iſte Octauianus ordinatus eſt per ſchiſma in pa.& poſt illum Guido,iſti ſchiſmatici plures ordinauerũt in ep̃os qui ad hęſerant eis:quidam etiam ſponte iurauerũt de ſchiſmate tenendo. Per iſtos ſchiſmaticos alienationes de bonis eccleſiarum factę fuerunt.Iſti etiam dignitates & beneficia contulerunt.De his omnibus ſtatuit lateranenſe conſilium primò : ſcilicet ordines ab iſtis duob⁹ factos & ab ordinatis ab eis irritos eſſe.Item qui dignitates eccleſiaſticas ſeu beneficia per dictos ſchiſmaticos accœperunt careant impetrantis.Et alienationes quæ per dictos ſchiſmaticos ſeu p laicos factę ſunt de reb⁹ eccleſiaſticis omni careant firmitate , & ad eccleſiam ſine omni honore reuertantur.Si quis autem contra ire præſumpſerit, excōmunicatum ſe nouerit.& illi qui ſpōte iurauerunt de tenendo ſchiſmate,ſacris ordinibus & dignitatibus noue-
2 rint ſe ſuſpēſos.Ber.¶†No.j.ex tex.quòd geſta per ſchiſmaticos erga ſpiritualia & temporalia ſunt nulla ſaltem quo ad effectum : de quo tamen dicendum. vtj.ſubijciã. ¶ Item not. caſum in quo emens rem eccleſiaſticam eſt ipſo iure excommunicatus. videlicet quãdo emit vel aliter acquiſiuit à ſchiſmatico.aliâs autem regulariter occupans rem eccl'iaſticam non eſt ipſo facto nō excōicatus : ſed excommunicandus.vt in.c.conquæſtus.de foro competen.¶†Item tertiò not.ꝙ tenens beneficium eccleſiaſticum à ſchiſmatico vel cōſentiens ordinatiōi factæ per
3 eũ eſt ipſo facto excommunicatus.Et ex hoc & ex.§.vlti. colligitur arg.ꝙ ſchiſmaticus regulariter non eſt excōicatus: quia ſi excommunicatio fertur in tribus caſibus hîc expreſsis.ergo extra ipſos non eſt ſchiſmaticus excommunicatus per arg.à ſpeciali.Item in fi.literę fertur ſuſpēſio contra iurātes tenere ſchiſma.& ſic imponitur pœna ſpecialis.ergo nō ſunt aliâs excommunicati.& fortius illi qui non iurauerunt licet adhæreant intruſo. Sed vt dixi.ſuper rubri.verum eſt.quod authoritate huius conſtitutionis non ſunt excommunicati.& ſic procedant dicta doct.hîc.ſed vigore.c.licet.de elect . & dic vt ibi not. & limita prædicta ſecundum ea quę dixi ſuper rub.an ſit
4 probabilis error vel non.¶†In gl.in ver. *irritas*. in fi. ad materiam vide quod not.ix.qō.j.in ſumma.& coniungẽdo iſtam gloſſ.cum fi.generaliter examinandum eſt nunquid teneant geſta p ſchiſmaticos. circa qđ multa proſequuntur hîc Inno.& Hoſti.& in multis ſibi contradicũt: Sed concluſiuè proſequendo.diſtingue aut ſunt geſta circa ſpiritualia aut circa temporalia:primo caſu . aut circa ſpiritualia quę vltra gratiam habent executionem ſacramenti. vt eſt ordo:aut ſunt ſpiritualia in quibus tantùm confertur gratia,& vltra eam non eſt aliqua executio fiẽda.vt in ſacramento corporis Chriſti & ſimilib⁹. primo caſu.quando ſchiſmatici conferunt ea ſpiritualia quę habent executionem extra gratiã. Aut ſunt ſchiſmatici largiſsimè,vt quia ſunt in peccato mortali: & tunc talia geſta tenẽt & quo ad characterem & quo ad executionem ſacramenti : quia licet exiſtens in peccato mortali ſit ſuſpenſus quo ad ſe,non tamen quo ad alios . vt in.c.fin.de coha.cle.& mu . vnde gratia diuina per quam confertur ſacramentum tranſit per iſtum tanquam per carnale lapideum.vnde peccatum.ſacerdotis non poteſt iſta infice re.vt in.c.veſtra.de coha.cle. & mu.& idem de ordinatis ab excommunicato minori excommunicatione:quia tales excōicati remoti ſunt à participatione : non tamen

à collatione.vt in.c.ſi celebrat.de cle.excom.mi. Si verò ſunt ſchiſmatici largè, vt quia ſunt excõicati. & idem de alijs præciſis ab eccleſia:vt quia ſunt ſuſpenſi vel depoſiti. Vel etiam ſunt ſchiſmatici ſtrictiſsimè:& tunc aut ſciẽter quis recipit hæc ſacramenta ab eis,aut circa formã ecclesiæ,& nihil recepit.vnde etiam character non imprimitur.j.q.c.detrahe.&j.c.proxi.&.c.j.cũ ibi no. de bapt. & ſic poteſt intelligi iſte tex.capiendo verbũ.*irritas* propriè.Si verò fuit ſeruata forma eccleſię: & tũc character imprimitur: ſed executio nõ cõfertur.& hoc caſu procedit tex.ſecundum lectu.gl.nam ordo bene confertur à talibus.quia ipſi ordinem habent,& character imprimitur à deo, cũ ſit quædam qualitas impreſſa in anima per quã quis diſponitur ad facilius recipiendum gratiam dei : ſed executio non confertur,quia oẽs iſti ſunt ſuſpenſi ab eccleſia:ideo conferendo non poſſunt dare quod non habẽt:Si verò ignoranter à talibus hęc ſacramenta recepta ſunt,ſi ignorantia erat probabilis.videtur ſentire Innoc.
a quod confertur[a] ordo,& etiam executio ſi iſti erant occulti:quia ordo imprimitur à deo vt.xxxij.diſtin.in ſum. & in prætor.§.porrò.vnde indignitas miniſtri non debet impedire cùm ordinatus non reperiatur in aliqua culpa. Alij tenent oppoſitum.& videtur Hoſti. concludere qd q̃diu eſt occultum conferentes conferunt ordinum executionẽ.& ſuccedit opi.veritati.ſed poſtq̃ hoc fuerit patefactum,requiritur diſpenſatio etiam ſi totus orbis eſſet inuolutus:quia ex quo ordinantes non habebãt executionem non poterat eam conferre.& iſta.opi.eſt tutior, cùm propter ignorãtiam ſit facta ordinatio.vt in.c.j. de ordi.ab epiſc.ſed quandiu hoc eſt occultum opi.habetur pro veritate.& perinde eſt ac ſi iſti non ſint ſuſpenſi.Secundo caſu quãdo ſunt talia ſpiritualia quæ vltra gratiã nihil habent:& tunc aut ignoranter fuerunt iſta recepta ab iſtis:& tunc confertur gratia,nec eſt neceſſaria aliqua diſpenſatio.aut ſcienter,& tunc ſacramenta recœperunt: ſed à talibus recipiendo peccauerunt, niſi in caſibus permiſsis.vt legi.& not.xxxij.diſtin.in.§.verum.Si verò quę ritur de geſtis erga temporalia.aut erant ſchiſmatici largiſsimo modo,& tenent geſta: quia peccatores non ſunt remoti ab adminiſtratione temporalium.Idẽ ſi erant ſuſpenſi à temporalibus & ſpiritualibus. Vel excõmunicati vel ſchiſmatici ſtrictiſsimo modo:& tunc geſta in damnum eccleſiæ non tenent:quod intelligo niſi fuiſſent tolerati:qa ratione publici officij debent tenere, ſi fuit forma ſeruata & caſus erat permiſſus:ſed eccleſia læſa poterit petere reſtitu.in integ.ad hoc quod no.de elec.in.c.nihil.& in.c.veritatis.de dolo & contu.geſta verò ad cõmodum eccleſię tenent:vt hîc in glo.fi.Circa hoc tamen diſtingue ſecundum Hoſti.aut contractus fuerunt geſti cum eadem perſona & permixtim : & tunc commodum cum incommodo compenſatur: vt dicitur in gloſ. ſed ſi contractus fuerunt ſeparati vel cum diuerſis agitati . & tunc procedat iſta gloſ.& geſta ad commodum non. An autem reuocatis rebus malè alienatis aliquod remedium competat emptori ? dicit Vincen. quòd ſic:quia poterit habere regreſſum contra alienantem.argu.in . l.falſus.ff. quod fal.tu.autho.de quo dic vt melius not.de rebus eccle.non alie.c.ſi quis presbyterorum.

SEBA.SAPI.

a ¶ Confertur. De iſto articulo an ordinati ab occulto excõmunicato cõſequantur executionem ordinũ . vide relata per Fel.in c.ad probandum. de reiud.vbi multa adducit prò & contrà.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus à ſchiſmatico eſt ab officio repellendus : niſi probauerit fuiſſe cum ipſo poſtea diſpenſatum.*

2 *Diſpenſatio non præſumitur niſi probetur.*
Diſpenſatus vel legitimatus ab aliquo dicente ſe habere authoritatem debet non ſolum oſtendere ipſam diſpenſationem ſed etiam copiam authenticam poteſtatis ſibi cõceſſæ ad ita diſpẽſandum vel legitimandum.

3 *Diſpenſare cenſetur princeps cum inhabili:illum promouendo ad dignitatem.*

4 *Diſpenſatio quid ſit?*

Diſpẽſatio nõ põt fieri ſine cauſæ cognitione:licet aliquando ſic.

5 *Princeps ſi aſſerat ſe cum aliquo diſpenſaſſe,non creditur ei niſi aliud oſtendat.*

6 *Diſpenſatus an & quando poſsit de crimine ſuper quo fuit diſpẽſatum accuſari?*

7 *Diſpẽſatio circa ſchiſmaticos quibus caſibus ſit reſeruata papæ?*

¶ CAP. II.

1 FRaternitati. †Ordinatꝰ à ſchiſmatico ab officio eſt repellẽdus,niſi probet ſecum diſpenſatum per habentem poteſtatem. In prima ponitur deciſa conſultatio.In ſecunda reſponſio ibi: *priorem.* ¶ Caſus literalis.Quidam prior ordinatus fuit à ſchiſmatico.quęſitum fuit à pa.quid agendum ſit de ipſo.Reſpondet papa ꝙ poterit ab officio repelli:niſi probauerit ſecum miſericorditer diſpenſatum fuiſſe,& ab illa perſona quæ diſpenſandi habuerit poteſtatem.Ber.¶ No.j.ꝙ apppellatione ſchiſmatici intelligimus de ſchiſmatico ſtrictiſsimo modo ſumpto: vt dixi ſup rub.nam ordinatus à ſchiſmatico largiſsimo modo dicto repllendus non eſt ab ordine.vt dixi.ſ.c. proxi. ¶ No.ij.ꝙ diſpẽſatio procedit ex quadam miſericordia. ¶ No.iij.ꝙ ſchiſmaticus confert verum ordinem ſed nõ executiõem ordinis:ꝙ conferat ordinem patet:quia poſt diſpenſationem poteſt ordinatus illũ exequi . ꝙ non cõferat executionem patet:quia ordinatus repellitur ab officio.i.ab executione:vt hîc.de quo dicendum vt dixi in
2 præce.c.¶ †Vlti.no.non credendũ alicui aſſerenti ſecũ diſpenſatum.oportet ergo vt diſpenſatio probetur legitimè:& quòd fuerit facta ab habente poteſtatẽ.& ad hoc ſis cautus vt quando diſpẽſatio fit ab eo cui eſt conceſſa poteſtas de iure ſpeciali non ſolum recipias literas ſup diſpenſationẽ tantum:ſed etiam copiam authenticam poteſtatis ſibi conceſſæ ſuper diſpenſatione fienda. nam nõ crederetur diſpenſanti ſi diceret ſe habuiſſe poteſtatẽ diſpenſandi.ad hoc quod no.in.c.j.de off.dele.li. ſexto. per Io.and. in nouella.& quod no.in ſimili in.c.cũ in iure.de offi.delegati. vide quod dixi in.c.ſuper his. de fid. inſtru. ¶ In gl.j.ibi. *quod expreſsa cauſa pæſumitur.* No.gloſ. quia quotidie allegatur.Idem no.gl.in.c.literas.de conceſ. prę. ben.Idem Hoſt. & Gof.hîc & Inn.de fi.presby.c. veniẽs.
3 ¶ †Sed aliud idem ſenſit in.c.diuerſis fallaciis.de clemẽ. coniug.vbi ſenſit ꝙ ordinando ſeu promouendo ad officium interdictum videtur ſuperior diſpenſare cum promoto.Io.and.hîc diſtinguit quod aut ſuper diſpenſatione fiẽda vel nõ p̃miſit ſuperior cauſæ cognitionẽ: & tũc nõ p̃mouẽdo vr̃ diſpẽſare: aut nõ p̃miſit cauſę cognitionẽ: & tũc nõ vr̃ diſpenſare:imòpunitur promouẽdo idignũ vt in.c.qui in aliquo in.c.quicunq; allega. In gloſſ.& pro hac diſtinctiõe adducit ī ſimili no.in.c.fi.de coniu.ſeruo. vide etiam gloſ.in.c.vnico.de æta.& quali.lib.vj.& cum hac di.Ioan.Andr. quæ videtur ſatis æqua tranſeunt cõmuniter do.& ſolet quotidie allegari.Sed contra hanc diſtinctionem facit tex.in.c.præterea.de teſti.cum ibi not. vbi cum infame promoto ad officium publicum ex ſola promotione videtur diſpenſatum ratione infamiæ præteritę: & hoc qñ infamia erat publica:vt ibi no.Hoſti.& hoc videtur velle gl.in.c.qui in aliquo.li.diſtin. vt faciamus differentiam inter occultum & publicum , vt ſic cũ occulto videatur facta diſpenſatio.ſed in publico nõ ſic. pro hoc adduco tex.in.l.barbarius.ff.de off.prẽto.in ver
4 ſi.potuit. ¶ †Sed gloſſ.in.c.fi.qui ſine.lxxxj.diſt.indiſtinctè tenuit ꝙ etiam circa votum non videtur facta diſpẽſatio.& pro hoc facit.qa in diſpenſatione requiritur cauſę cognitio.eſt enim diſpenſatio iuris cõis relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo qui habebat poteſtatem diſpẽſandi.vt dicit gl.no.in.c.requiritis.§ niſi rigor.j. q.vij. ſi ergo nõ prẽceſsit cauſę cognitio non poteſt dici diſpẽſatio. & arguendo à diffinitione vocabuli videtur optimè

probari diſtinctio Io.an.vt ſatis ſit pręceſsiſſe cauſæ cognitionem: & poſtea permiſiſſe, licet non fuerit expreſsum verbum diſpenſo: [a]quia defacto diſpẽſauit relaxãdo
a ius commune. Sed pro concordia aliarum opinionũ ſic
b puto diſtinguendum ꝙ aut notorius [b] indignus fuit pro motus per principem:& videtur ſecũ diſpenſatum: quia princeps non aſtringitur ad cauſæ cognitionẽ pręmittẽdam ſed ſufficit ſola volũtas.iuxta no.per Inn.de ſta.mo. c.cũ ad monaſteriũ. & hoc caſu ꝓcedit.d.l. barbarius cũ materia ſua. Aut loq̃tur in iferiore. & ꝓcedit opi.& diſ. Io.an.quia inferior arctatur ad cauſę cognitionẽ pręmit
5 tendam? aliâs non eſt diſpenſatio:vt dicit Inno.in.c.cũ ad monaſterium.de ſta.reg. ¶ †In ea.gl.ibi: *per teſtes*. no.bñ gl.ex qua infertur ꝙ non eſt credendũ ſimplici verbo ſu perioris aſſerentis ſe diſpenſaſſe.quod clarius tenuit glo.
6 in.c.ſi qui ſine.pręalleg. ¶ †Et in fi.gl.aduerte:qa inquãtum gl.dicit ꝙ poſt diſpenſationem in occulto factã poteſt diſpenſatus de crimine accuſari : non procedit in diſpenſatione facta ex pœnitentia.nam ſi poteſt probari di ſpenſatio licet ſit occulta non poteſt amplius accuſari de crimine illo.iuxta no.in.c.de his.de accu.niſi ſecundũ do ctо.accuſator proſequeretur iniuriam propriam:iiij.qõ. vj.in.c.omnibus.& quod no.in pręall.c.de his.Sed gl.poteſt.ſaluari in diſpenſatione facta per ſacerdotem in foro animæ.nam illa non impedit accuſationem in foro contentioſo:quia tẽdit ad alium finem.& ita loquit.c. admonere.alleg.in gl.Item poteſt ſaluari gl.quãdo diſpenſatio eſſet ita occulta quod non poteſt probari.tunc enim fruſtra allegatur. Deficit enim tũc ſibi probatio & non ius.
7 arg.ſimile in.l.duo ſunt titij.ff.de teſt.tu. ¶ †In gl.vlt.in fi.no.gl.ſecundũ Hoſti.latius proſequendo dicit ꝙ in epiſcopatu ſolus papa.diſpenſat:vt in.c.quia diligentia.s̃. de elect.Item in dignitate exmpta.vt in.c. cũ venerabilis.s̃. de cõſu.In alijs verò aut recipit ordinẽ ſcienter vel ignoranter,ſi ignoranter & ignorãtia fuit craſſa & ſupina, & ſolus papa diſpenſat:aut recipit ignoranter,& ignorãtia fuit ꝓbabilis,& diſpenſat epiſcopus.ſicut in ſimili diſtinguitur in.c.j. de ordi.ab epiſ. ille tamen qui fuit in culpa ſchiſmaticum ordinando diſpenſare non põt.vt ĩ princ, gl.& hæc diſtinctio ſatis placet. ¶ Extra glo.oppo. cõtra tex.in eo quod dicit quòd iſte archiepiſcopus poterit illũ ordinatum ab officio repellere.nam videtur quòd nõ ſolùm poſsit, imò debeat.quia ordinatio fuit irrita quo ad executionem.s̃.c. proxim.& innitens tali ordinationi excõmunicatus eſt vt ibi.Sol.duplex. primò vt ſuppleatur ad literam.ibi:*poteris*. id eſt debes vt refertur ad facultatem diſpenſandi.nam poterit hunc repellere ſi nõ vult ſecum diſpenſare . & tunc iſta litera ſtat ſine aliqua ſuppletione.

De apoſtatis & reiteran.bapt. Rubrica.

¶ Quia hæretici & ſchiſmatici incidunt in apoſtaſiã.ideo poſt titulos præcedentes congruo ordine ſubñcit iſtum. Et quoniam reiterantes baptiſmum videtur apoſtatare dum recedũt à priori baptiſmate iõ ſubñcitur hic de iterãtibus baptiſmum.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Clericus deprehenſus per officialem laicum ſine habitu & tonſura non liberatur per cenſuram eccleſiaſticam.*
Clericus qui ſine habitu & tonſura immiſcet ſe enormitatibus perdit priuilegium.c.ſi quis ſuadente diabolo.6.
2 *Apoſtata quibus modis quis dicatur?*
3 *Apoſtata qua pœna puniatur?*
Hæreticus eſt ille qui credit papã nõ habere ptãtẽ legis cõdẽdæ.
4 *Clericus occultus non incedens nec in habitu nec in tonſura deprehenſus in maleficio:ſi allegat ſe clericum:poteſt petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum:& eſt audiendus.6.*
5 *Clericus ſine habitu & tonſura etiam in enormi crimine deprehenſus non perdit priuilegium fori.*
7 *Clericus in minoribus conſtitutus poſtea effectus laicus:puta quia cœpit vxorem vel effectus eſt miles: an & quando perdat priuilegium clericale?8.*

¶ *CAP. I.*

1 PRæterea. †Nõ ſummat ꝑ Io. And. & fortè ꝓpter breuitatem & varietatẽ lecturarũ . Sed d. Ant.ſic ſummat clericus ſine habitu & tonſura deprehenſus in crimine nõ gaudet priuilegio clericali , ſed certè hęc ſummatio eſt nimis generalis.& contra multos canones & maximè contra.c.ſi iudex laicus.de ſent.excõ.li.vj. & contra.c.contingit.&.c.in audientia ĵ de ſen.exc. Vnde aliter ſummo.& primô ſecundũ vnum intellectũ ſic.Per cenſuram eccleſiaſticam non liberantur clerici à manib⁹ laicorum ſi ſine habitu & tõſura ſunt deprehẽſi : ſi prius ſe habebant per omnia vt laici.vel ſecundũ alium intellectum. Clericus qui dimiſſo habitu & tonſura immiſcet ſe enormitatibus perdit priuilegium canonis ſi quis ſuadente. vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem.i.excõicationem hoc.d. ¶ Et non recipit congruam diuiſionem.Et aduerte.quia ſecunda decretalis facit tantum ad ſecũdã partem rub.alię verò faciunt ad primam partem. ¶ Caſus literalis.Quærebatur vtrũ clericus deprehenſus in crimine ſine habitu & tonſura gaudeat priuilegio clericali? Ad hoc papa reſpõdet quòd clerici qui habitum clericalem & tonſuram dimittunt & in apoſtaſia tanquã laici conuerſantur , ſi in criminibus .comprehenſi teneantur præcipit papa per cen.eccle.illos non liberari.Bern. ¶ Not.j.ꝙ clericus dicitur apoſtata relicto habitu & tonſura. ¶ No.ij. caſum in quo clericus ſtatim perdit vnum priuilegium clericale.Item not.quod clerici dicuntur habere certum habitum.& de hoc vide text. in.c.clerici.de vita & hone.cle.& vide opti.gl.in cle.j.de elect.Sed certè clerici ſeculares non habent certum habitum determinatum:ſed quidam habitus ſunt eis interdicti:vt in pręalleg.c.clerici.& in.c.quoniam de vita & honeſt.cleri.vnde veſtes eorum debent eſſe honeſtę & vſq̃ ad pedes:vt in pręalleg.c.clerici.quidam colores ſunt eis interdicti.non tamen iure exprimitur de certa forma.de
2 quo per gl.in pręalleg.cle.j.quam vide. ¶ †In gloſſ.j.ibi. *eſt autẽ triplex*. no.gl.& idem dicit Inno.Et inquantũ glo. de tertia ſpecie apoſtaſiæ ponit vnum exemplum videlicet quando quis recedit ab ordine & religione iam ſumpta.Inn.ponit multos alios modos . vt puta:quia dimiſit habitum & tonſuram & duxit vxorem & redijt ad ſeculum.& ſic dicẽdum eſt in ſimilibus.& adde hîc quod no. Inno.in.c.fi.de renun.& in.c.intelleximus.de æta.& quali.vbi no. dicit quòd religioſus recedens in conſulto ſuperiore ſuo & non ſubijciens ſe alicuius obedientiæ : vt quia non intrat aliud monaſterium dicitur apoſtata:quã tuncũq̃ retineat habitum & tonſuram: quia recedit à regula ſuperioris.& ſic venit contra vnum ex tribus ſubſtantialibus.ſcilicet contra bonum obedientiæ contra.c.
3 j.de ſta.reg. ¶ †Qua pœna plectantur iſti dic ſecundùm
c Hoſt.quòd apoſtata [c] perfidiæ punitur vt hęreticus : qa hæreticus eſt ex quo receſsit à fide.& habent locum iura ſuperius poſita de hæreticis.Apoſtata inobedientiæ punitur & diuerſimodè.vnde aduerte.quia aut quis nõ vult obedire ſuperiori puta papæ ſeu ipſius canonibus credẽdo eum non habere poteſtatem condendi canones,& pu
d nitur vt hæreticus. [d] vt.xix.diſt.c.nulli fas.aut non negat hanc poteſtatem: ſed non vult obedire ex contemptu,& grauiter puniri debet vt videatur deponi. & ſic debet intelligi.c.deniq̃.§.hæc & ſi legibus.iiij.diſt.& vide.c. generali.de elect.lib.vj . & ſi eſt incorrigibilis tradetur curiæ ſeculari.Item poterit excommunicari.vt de iudi.in.c.cũ nõ ab hoĩe.ſi autẽ nollet obedire ex quadã cõcupiſcẽtia: quia tenetur aſtrictus:tunc mitius punitur.de quo aliqd

a ¶ Verbum diſpenſo. Adde tex.gl.& doct.in.l.imperialis.§.ſi miles.C.de nupt.vbi diſponit ꝙ ſi imperator cõceſsit dignitatẽ alicui cenſet diſpenſare cũ oĩ macula & impedimento, ẽt ſi non apponat clauſula nõ obſtãte.ex q̃ infert Bal. ibi ꝙ ſi papa ſciẽs aliquẽ eſſe ſpuriũ facit illũ epm ĩtelligit eũ legitimare vt ſuccedat & ſuccedatur ei tanquã legitimo:ꝙ dubiũ videt eſſe an legitimatus ad ſpiritualia dicatur eſſe legitimatus q̃tũ ad temporalia. de q̃ ĩ c.per venerabilẽ.s̃. qui fil.ſint legi.

✠ SEBA.SAPI.

b ¶ Aut notori⁹. vide doct.in.l. q̃dam conſulebãt.ff.de reiud.cũ alĩs allegatis per Fel.in.c. nõ nulli.in princ. col. xvj.in.iiij.fallentia ver. confirmat iſta quarta fallentia. s̃. de reſcrip.vbi concludit qd̃ ſi papa aliquid cõceſsit inhabili ex certa ſciẽtia videtur ſecum diſpenſaſſe.

✠ SEBA.SAPI.

c ¶ Quod apoſtata. Nunquid autem apoſtata priuetur ꝙ non poſsit contrahẽr.vide. pract. papi. ĩ forma libelli in actione reali. col.vij.

d ¶ Hęretic⁹. Adde Old.conſi.cclxxj. vbi ponit an dicẽs ꝙ pcãtã remittat ſolus deus ſit hæreticus.

✠ SEBA.SAPI.

not.in.c.nã concupiſcentiam.& in.c.j.de conſtit.apoſtata verò circa irregularitatem poteſt diuerſimodè puniri. vt habetur in.c.pej.eo.tũ ſi eſt clericus ſecularis nõ eſt ipſo facto excõicatus ſed excõicandus & grauiori pœna plectendus.vt in.c.tuę.&.c.pej.e.ſed religioſus ſic.de quo vide bo.tex.in c.vt periculoſa.ne cle.vel mo.lib.vj.Et prædicta intellige niſi habitus relinquatur ex rationabili cauſa,puta quia tranſit per loca periculoſa vel ex alia iuſta cã ad hoc quod le.& no.de vita & hone.cle.c.deus qui.&.c. clerici.el.j.eo.tit.& vide ibi per.gl.& faciunt verba illius c.vt periculoſa. quę tantum notant cauſam & materiam vagandi. ¶ †In gloſ.j. in fi. Ex hac. gl. hîc colligunt tres lecturę ad tex. Prīa eſt.vt ſi clericus dimiſſo habitu & tõſura omnino viuit ſeculariter perdit priuilegium clericale[a].Sed iſta lectura communiter nõ tenetur: quia primo reſtringit.c.ſi verò.alleg.in gl.pro contrario. Item videt contra.c.ſi iudex laicus.de ſen.excõ.lib.vj.vbi tex. multũ no.innuit quod quantuncunq; clericus vixerit ſeculariter,neq; ſit fama ipſum eſſe clericum, ſi tamen deprehenſus in maleficio allegat ſe clericum & petit ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum eſt audiendus.ad idem de ſen.exc. c.in audiẽtia.¶ †Secũda lec.gl.eſt.q; tales clerici ſic ſeculariter viuentes nõ perdunt ipſo facto[b] priuilegium clericale.ſed eccleſia non vult eos liberare per cenſuram eccleſiaſticam à detentoribus:quia ex quo ipſi contempſerunt eccleſiam meritò ab eccleſia contemni debent. ſimile in.c.ij.ne cle.vel mo.& iſta lectura ſatis eſt ꝓbabilis & vera in ſe:& ſecundũ eam ſecundo loco ſummaui.¶ Tertia lect.gl.eſt quòd loquitur text. de clericis qui perdunt omne priuilegium clericale. iſta lectura eſt veriſsima in ſe licet contineat diuinationem.¶ †Poteſt & extra gl.dari quarta lectu.vt intelligatur tex.non de priuilegio fori ſed de priuilegio canonis ſi quis ſuadẽte.nam clericus habet multa priuilegia: & inter cætera habet priuilegium fori vt tantùm cõueniatur ſub iudice eccleſiaſtico. Aliud priuilegium vt percutiens ſeu inijciens manus violentas in clericum ſit excommunicatus.vt in.c.ſi quis ſuadente. xvij.q.iiij. Primum cum maiori difficultate perditur q̃ ſecundum:vnde ex ſola dimiſsione habitus & tonſurę & deprehenſione in crimine cum immiſsione enormitatis[c] non perditur hoc priuilegium:vt in præallẽ.c.ſi iudex laicus.Sed priuilegium canonis ſi quis ſuadente.ex quo relicto habitu & tonſura immiſcet ſe enormitatibus: vt eſt tex.in.c.cũ non ab homine.&.c.perpendimus.de ſen.exc. & in hoc caſu poteſt intelligi iſta litera. qđ iſti immiſcebant ſe enormitatib9:vnde percutientes eos non incidũt in excommunicationem:& tunc tex.hîc in fi. facit mẽtionem de cenſura eccleſiaſtica.non enim negat quin debeat iudicari per iudicem eccleſiaſticum.¶ An autem & quãdo perdat clericus priuilegium primum vel ſecundum. dicam pleniſsimè in.c.perpendimus.præalle.¶ †Sed quę ro nũquid clericus conſtitutus in minorib9 ſine alia monitione perdat priuilegiũ clericale ſi conuerſatur vt laicus?Sol dicit Inn. hîc quod ſi exercet actum omnino cõtrarium clericatui vt quia duxit corruptam in vxorẽ: vel effectus eſt miles & exercet arma: tunc ipſo facto perdit priuilegium clericale:pro hoc.c.j.de bigamis.li.vj.c.quiſquis.lxxxiiij.diſtinc.ſecus ſi non exerceat actum omnino contrarium vt quia duxerat vxorem virginem.& de hoc dic vt in.c.diuerſis.de cle.coniu.vel effectus eſt milex ſed nõ exercet ſeua.xxxij.di.c.ſeriatim.¶ †Et ex hoc no.q; licet clericus in minoribus efficiatur miles,non p hoc perdit priuilegium clericale.pro hoc allego tex. cũ ibi no.in c.ſi.de cle.cõiu.ſi verò ſeculariter viuit exercendo aliquã negotiationem:tunc non perdit priuilegium clericale,niſi præcedat trina monitio.ad hoc.c.in audiẽtia.&.c.contingit.pãlle.Sed limito ꝓut habetur in.c.j. de vita & honeſta.clerico.libro ſexto.& in cle.quoniam.eo.tit. & no. prædictam conſiderationem Innocen.

[a] ¶Clericale.ad hęc vide gl.in.l.ſi ignorans.ff.loca. & qđ no.Bal.in.c.quę in eccleſiarum.co.j.s. de conſti.

[b] ¶Ipſo facto. Niſi monitione pręmiſſa.gl.eſt in.c.tranmiſſa ſam. in ver. poſt poſito. s. de elect.per.c.ſi.de vita & ho.cle. Ang. in authẽ.de mona. §.ſi quis autẽ §pe. ti.de cle.coniu.co. j.& Io. and.in ſuo conſi.ĩcip.quia ſępius dubitari.

[c] ¶Enormitatis.adde videndũ Cep. conſi.xj.Alex.cõſ. viij.Ful.cõſi.lxxxiij.

[d] ¶Iſtis ſortilegijs. Adde q̃ ſit pœna ſortilegorũ & diuinatorũ: & dic q; tã de iure ciuili q̃ canonico fuſtigantur, niſi ſint hæretici.et hoc ĩ vili pſona ĩ nobili autẽ eſt pœna ꝓpetui carceris.tex. eſt ſin. & q̃ nõ eſt alibi. xxvj. q.v.c,contra idolorum.quẽ ad hoc ꝓ ſing. refert & ſeq̃t Lud.Ro.ſing. ſuo. ccccclx. quod ic. tu ſcis q; iſti diuinatores.

ZACHARIAS.

SEBA.SAPI.

ZACHARI.

SVMMARIVM

1 *Sortilegijs non debet quis vti: etiam ſub ſpe conſequẽdi ſalutẽ.*
2 *Baptiſmum reiterans qua pœna punitur?*
3 *Baptiſma reiteratũ non imprimit in baptizato nouũ characterẽ.*
4 *Ignorantia iuris poſitiui admititur in his qui ſunt minores, ſecus ignorantia iuris diuini vel naturalis.*
5 *Irregularitas an tollatur per ingreſſum religionis?*

¶CAP. II.

EX literarum. Si crimen acoliti q̃ rebaptizandi prębuit miniſterium eſt occultũ promoueri põt.ſi publicũ,non. niſi cũ eo religionem intranti diſpenſetur. h. d.Communis diuiſio.ſecunda ibi: *quia ergo*. ¶ Caſus literalis. Quidam ęgritudine longa confectus de conſilio quarundam mulierum vt ſanari poſſet ſe fecit iterum baptizari. quidam acolitus frater illius in firmi miniſterium præſtitit ſcienter presbytero baptizãti,quæſitum fuit qualiter puniri debeat acolitus iſte qui minoris erat ętatis.& hoc fecit vt frater ſanari poſſet:vñ excuſandus videbatur. Reſpondet papa q; ad ſuperiores ordines non poſsit promoueri ſi publicum eſt factũ eius niſi ad religionem tranſire voluerit,vt fauore religionis diſpenſetur cum ipſo. ſi verò occultum eſt poterit promoueri,& de commiſſo pœnitentiam agat.Ber. ¶ †Nota.j.quòd etiam ſub ſpe conſequendi ſalutem non eſt credendum iſtis ſortilegis[d]:& de iſtis dicitur in.c.j.&.ij.j̃.de ſortile. ¶ No.ij.q; crimen publicum impedit promotionem ad ordines,ſecꝰ autem ſi eſt occultũ: regulariter eñ vbi nõ requiritur diſpẽſatio:ſufficit ſola pœnitẽtiæ peractio.de quo in.c.ſi.de tempo.ord. ¶ †No.iij.quod cętęris paribus facilius diſpenſatur cum intrante religionem quam cum remanente in ſeculo.& hoc propter pœnitẽtiam diuturnam quam ibi eſt acturus.pro hoc.xxxiiij.q. ij.c.admonere.Sed quæritur qua pœna venit puniendus qui facit ſe rebaptizari?Sol.ſecundum leges punitur vltimo ſupplicio.vt.l.j.&.ij.C.ne ſan.bap.ite.ſed ſecundũ canones clericꝰ deponitur:laicꝰ excõmunicatur, & nõ promouetur ad ordines.de quibꝰ dicendũ: vt in iuri.alle. in gloſ.& hoc verum quando facit ſcienter, ſecus ſi in caſu dubij:quia poteſt ſe rebaptizari facere ſecundum formã quæ habetur in.c.ij.de baptiſmo. ¶ †In glo.ſi.in fi.dicta men ſecundum Gof.quod in veritate non offuſcatur ſacramentum primum ſeu character iam impreſſus in anima, nec in reiteratione imprimitur nouus character.de quo vide bo.glo.in.c.presbyter.§.quod ergo.lxviij. diſti. ſed offuſcatio ſeu iniuria fit quo ad animam facientis.vñ punitur iſte quo ad malum propoſitum: quia inquãtum in ſe eſt intulit iniuriam: vel credendo aliter non ſufficere:vel aliter ęſtimando. ¶ In glo.iij.in fi.&dic ſecundum Hoſt.q; iſte acolitus præbuit miniſterium reſpondendo rebaptizãti:vt patet in antiqua quę fuit hic deciſa,& minus bene:quia aliqui errant in intellectu iſtius.c.qui credunt iſtum acolitum fuiſſe rebaptizatum, vel rebaptizãtem:ſed non eſt verum:quia tantùm præbuit miniſteriũ rebaptizanti,& auxilium in reſpondendo. ¶ †In gloſ. in ver. *minor ætas*, in fi.Itẽ licet in minoribus ſit licitũ ignorare iura poſitiua,non tamẽ iura diuina ſeu naturalia. ad hoc.l.ij.C.de in ius vo.facit.c.qui ea quę dei ſunt.xxxviij. diſt.nec etiam venire contra ſacramẽta.vt hîc. ¶ †In gl. in ver. *intentio*. in fi.no.glo. q; facilius expiatur delictum ex quadam pietate commiſſum quàm vbi impietas præſtat cauſam.facit tex.in ſimili in.l.ſi adulterium.§.ſi imperatores:ff.de adulter.vbi minus punitur qui iuſto dolore motus aliquod facinus commiſit. ¶ †In gloſſ.in ver. *religionis fauore*.in fi.no.glo.quia quotidie allegatur.& puto q; non poteſt dari certa doctrina: quia in quibuſdam tollitur & in quibuſdam non.ſed illud eſt verum quod fauore religiõis mitius agitur cum irregulari.& credẽ quòd

quòd tantùm in caſibus in iure expreſsis tollitur irregularitas per religionis ingreſſum,cùm non habeam⁹ canones loquẽtes cõtrariũ.nã.c.j.de fil.presbyt.loquit in caſu ſuo.nec tollit irregularitas in totum . imò beneficiũ põt qnq̃ habere.vt in.c.in quibuſdã j̃.de pœnis.tene menti.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Infamis apoſtaſiæ vel aliorum criminum debet ſe purgare.*
2 *Religioſus profeſſus vel conſtitutus in ſacris relinquens habitũ dicitur apoſtatare.*
3 *Clericus in minoribus conſtitutus habẽs beneficiũ ſi dimiſerit habitũ & tõſurã dicitur apoſtatare: ſecus ſi nõ habeat bũficiũ. Clerici inhoneſtis veſtibus veſtiti licet habeãt tonſurã perdũt omne priuilegiũ clericale: ſi tertiò moniti non deſiſtunt.*
4 *Religioſi profeſſi vel conſtituti in ſacris qui dimiſerunt habitũ poſſunt præcisè compelli ad reaſsumendum habitum . idem in clericis in minoribus beneficiatis . ſi verò non ſint beneficiati: cauſatiuè tantùm compelluntur.*
5 *Clerici conſtituti in ſacris non poſſunt renuntiare priuilegio clericali: alij verò poſſunt per contrarium actum.*

¶ *CAP. III.*

VÆ. Infamatus de apoſtaſia cõpelli litur ſe purgare . primò ponit deciſa conſultatio.ſecũdò reſpõſio ibi: *ſuper ſecundo.* ¶ Caſus literalis. Quidã clerici ifamati erãt de apoſtaſia . i. quia abiecerũt habitũ clericalẽ:quæſitũ fuit vtrum deberent tales tolerari vel compelli vt habitũ reaſſumant.Reſpon.pa.q̃ clerici qui taliter ſunt infamati tolerandi non ſunt in habitu ſeculari: ſed per cen.eccle.cohercendi vt habitum reaſſumant donec ſe purgauerint
1 deficiente probatione.Ber.¶ †No.j. q̃ infamia de apoſtaſia inducit purgationẽ ſicut infamia natalium.de pur. ca.c.accedens.ſic infamia aliorum criminum.ij.q.v.c.preſbyter.&.c.de hoc.&.c.inſinuatum.s̃.de ſimo. ¶ Nota.ij. modum procedendi contra infamatos de apoſtaſia.nam debẽt cohercri donec ſe purgauerint:& licet quidam colligant q̃ debent coherceri vt aſſumant habitum donec ſe purgauerint.tamen iſte intellectus mihi non placet.nam ſapit abſurditatem . nam notarentur quadam infamia ex reaſſumptione & poſtea ex deſertione : ſequuta purgatione:ſed intellige quod debent compelli ad reaſſumendum habitum , vel ad ſe purgandum : & practica erit qđ deficiente purgatione ſtatuatur eis terminus ad ſe purgãdum.& ſi illam prẽſtiterint,bene quidem:aliâs habentur pro conuictis , & compelluntur reaſſumere habitum.
2 ¶ † In gl.fin.not.bene gl.& duo tanguntur in ea.Primò q̃ clericus in minoribus ordinibus conſtitutus non põt compelli ad reaſſumendum habitum & tonſuram.ſecundò q̃ talis poteſt renũciare in totum ordini clericali.Sed comprehendendo omnia quę hîc ſcribuntur dic tria hîc examinanda.Primò an clericus dicatur apoſtatare relin-
a quendo habitum . [a] Secundò nunquid poteſt compelli ad reaſſumptionem habitus.tertiò nunquid poteſt renũtiare ordini clericali.¶ Ad primum dico quod ſi eſt religioſus, pfeſſus,vel conſtitutus in ſacris,dicitur apoſtata-
b re[b] .vt hîc.&.s̃.e.c.j.&.xx.q.iij.c.j.ij.&.iij.ç.eos. qđ.c.ſic intelligitur per Innocen.& Hoſti.s̃.c.j.nam loquitur ibi de clericis aſtrictis.Item ibi equiparat clericos & religioſos quo ad reaſſumptionem habitus . & illa æquiparatio procedit in clerico conſtituto in ſacris.argumen.c. j . de
3 voto.libro ſexto. ¶ † Aut clericus eſt in minoribus . & ſi tenet beneficium eccleſiaſticum dicitur apoſtatare dimiſsis habitu & tonſura : quia ratione beneficij tenẽtur habitum & tonſuram portare.l.diſtĩ.c.fi.& quod ibi nota.Aut non poſsidet beneficium.& tũc licet dimittat habitũ nõ dicitur apoſtatare.ita tenet Inn. hîc.quod placet licet quidam contrà.pro hoc facit cle.quoniam.de vi . & hone.cleri.vbi clerici in minoribus non puniuntur ex deſertione habitus,ſed portãdo veſtes inhoneſtas, niſi etiã dimittant tonſuram.nam ſi deferunt tonſuram non perdunt.licet deferant veſtes ſeculares.ſecus ſi per omnia incedunt vt laici.ſed puto valde cautum & eſt optima cautela vt epiſcopus admoneat omnes tales primò ſecundò & tertiò vt aſſumant habitũ:& ſi non aſſumpſerint perdunt omne priuilegium clericale.vt.c.in audientia.de ſen ten.excom. Nam aliâs ſequuntur multæ abſurditates:qa multi recipiunt primam tonſuram ſeu alios ordines minores non vt velint viuere clericaliter:ſed vt deprehenſi in criminibus poſsint effugere pœnam ſecularem . & iõ bonum eſt illam monitionem præmittere,uel vt incedãt
4 vt clerici,vel vt nullo gaudeãt priuilegio clericali.¶ †Secundò membro nunquid poſsint cõpelli ad reaſſumptionem habitus.conclude q̃ religioſi profeſsi & ſeculares in ſacris poſſunt compelli.vt hîc.& in.c.pe j̃.eo.&.c.eo.præalleg.idem de conſtitutis in minoribus qui habent beneficium vt in.c.Ioan.de cle.coniu.& in prealle.c.fi.l.diſ.Si verò non poſsideant beneficia,tunc præcisè non cõpelluntur:ſed dico q̃ poterunt compelli cauſatiuè mõ prædicto vt moneantur ad reaſſumptionẽ habitus & tonſurę.& non reaſſumentes carent omni priuilegio clericali.
5 ¶ †Tertio caſu principali nunquid poſsit renũtiare priuilegio clericali,& ſi eſt religioſus vel in ſacris clarum eſt q̃ non poteſt.vt in.c.ſi diligenti.de foro compet.ſi verò eſt in minoribus, tunc verbo renuntiare non poteſt : vt in præallega.c.ſi diligenti.ſed facto renuntiare poteſt.vt puta exercendo actum omnino contrarium clericatui: vt dixi in.c.j.s̃.eo.vel quando tertiò monitus non vult reſipiſcere . vt,s̃.dixi.& idem in alijs caſibus iure expreſsis.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Infidelis non cõpellitur baptizari: ſed ſi fuerit baptizatus poteſt compelli in baptiſmate remanere.*
2 *Infideles minus peccant quia non agnouerũt Chriſtum: quã qui agnouerunt & dereliquerunt.*

¶ *CAP. IIII.*

QVidam. Iudęi baptizati ritus iudaicos omittere cõpelluntur vel generalius ſic.Baptizati alterius ſectæ vel fidei ritus dimittere compelluntur.Et primò ponitur Iudæorum baptizatorum exceſſus.contra quem ſecundô prouidens duas authoritates præmittit.& duas rationes ſubmittit. ſecunda ibi: *cum ante.* ¶ Caſus literalis. Quidam Iudęi ſeu infideles volũtarij baptizati fuerunt.verumtamem reliquias prioris ritus non reijciunt,vnde Chriſtianę religionis decorem confundunt.quæſitum fuit in conſilio quid de talibus ſit agendum : cum maledictus ſit homo qui duabus vijs terram ingreditur , & indui non debet veſte de lana & lino contexta. Statuit conſilium vt per prælatos eccleſiarum tales obſeruantiæ veteris ritus compeſcantur, vt ſicut libero arbitrio ad baptiſmum acceſſerunt:& neceſsitas coactionis eos in eius obſeruantiõe conſeruet,cũ minus malum exiſtat viam domini non agnoſcere quam poſt agnitam retroire.¶ No.j.quòd in baptiſmo qui efficitur homo Chriſtianus.dicitur enim renaſci ex ſpiritu iuxta illud euangelicum. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto.& ideo baptizatus debet dimittere oẽs ritus alterius fidei:nec debet ſeruare euangelium cum lege moſaica. qa trãslato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis trãſlatio fiat.de conſti.c.translato.¶ Not.ij. homines dupli-
1 ces maledictos eſſe & fugiendos . vnum enim gerunt in corde:aliud in ore.facit.lxxxviij.diſtin.eijciens.¶ † Item not.quod licet à principio paganus non debeat compelli ad ſuſcipiendum fidem Chriſti.vt in.c.ficut.de iudę.xxiij.quæſtio.v.c.ad fidem.tamen poſt ſuſceptionem fidei debet quis compelli ad ipſam ſeruandam etiam ſi fuerit baptizatus vt conditionali.vt in.c.cõtra Chriſtianos . de
2 hęred.libro ſexto.c.xlv.diſtinct.c.de Iudæis. ¶ † Vltimò not . ex fine literæ quod cæteris paribus in minori pct̃õ

a ¶ Relinquẽdo habitum.Adde Old. cõſil.ccxxiij.& ſe. Rom.conſi. cccl v. Abb.conſi.lxxvj. Cald.conſi.vj.

b ¶ Apoſtatare. Tu circa hoc pondera gl.no.i.c.ex parte. s̃.de tempo. ord.q̃ dicit q̃ nõ dicitur apoſtatare niſi qui ad ſeculum rediit.

a eſt infidelis non agnoſcendo fidem[a] q̃ chriſtianus q poſt agnitam retroceſsit.iuxta illud. Turpius eijcitur quã nõ admittitur hoſpes.de iureiur.c.quemadmodũ. certo em reſpectu ſecũdũ Gof,minus malum eſt cognoſcere & retrouenire quam non cognoſcere.quia ſi retrocedens reuertatur ad fidem,bona opera prius geſta reuiuiſcunt:vt de pœ.diſtĩ.iiij.c.ſi impius,ſed non ſic geſta ꝑ paganũ cũ fuerit ſine fundamento quod eſt chriſtus.j.q.j.c.cũ paulus.gl.faciles ſunt omnes.tene mẽti . qa iſta ſunt pulchra.

ZACHARI.

a ¶ Infidelis non agnoſcẽdo fidem. Adde ꝑ hoc Car. in cle.j.§.fi.q.xix. poſt gl.devſur.vbi dicit hr̃ſim non cadere in iudẽo licet erret in articulis fidei chriſtianę.licet poſſet ẽompeſci ſi hoc dogmatizaret inter chriſtianos, vt no.ibidẽ.& no. Gemi.ñ.q.j.c. multi.

✤ SEBA.SAPI.

b ¶ Carcerati. Adde qđ pœna carceris qñ qs patit famen & frigus æquiparatus morti:vt no. Bal.ĩ.c.j.§. deniq; q̃ fuit prima cã bñ fi.amit. facit ꝙ no. Bar.in.l.j.§. diu⁹ ſeuerus.ff.de qõni.q autẽ dicãtur ĩ carcere detineri declarat Ang.ĩ.l. qui in carcerẽ.ff. qđ metus cauſa.

c ¶ Carceratus. Et an fuga plenè probet & faciat eos haberi pro confeſsis. habes tex.probantẽ ꝙ ſic ĩ.l. ĩ eos.ff. de cuſt.reo.& in.l. milites agrũ.§. pe. ff.de re.mili. ꝑ Anto.de but.in.c.q̃tò. ñ.de prę̃ſum.& qd ſi aufugit aperto oſtio.hr̃ ꝑ Iac.but. Gui.& Bal.in.l.ſuccurrit.ff. ex quib. cau.ma.& per Bar. & Lud.in.l. admonendi.ff. de iureiu. & per Ang.ĩ.l.verũ.ff.de fur.ĩ qbus locis ponit qñ qs aufugit apto oſtio & ruptis compedibus.de qua materia latè per Iaſ. in d.l.admonendi. in lxxviij.col.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Apoſtata dicitur etiam ille religioſus qui depoſito habitu ſuæ religionis efficitur clericus ſecularis.*
2 *Regularis dimittens habitum incidit in excommunicationem.*
3 *Papa ſolus diſpenſat contra canones : niſi in caſibus in quibus tacitè vel expreſsè diſpenſatio permittitur inferiori.*
4 *Regularis intrans aliud monaſterium licet ſit magis largũ non dicitur apoſtatare.*

¶ CAP. V.

Conſtitutio non continens iniquitatem, & facta ab habente poteſtatem,an ſit obſeruanda in foro animæ?

¶ CAP. IX.

3 IVanos. ¶ †Hęres vſurarij filius vel extraneus,vſuras extortas per defunctũ reſtituere cõpellit. h.d.Cõis diuiſio. Secunda ibi: *Tuæ*. ¶ Caſus literalis. Quæſitũ fuit à Papa q̃d ſit obſeruandũ de filijs vſurariorũ qui eis ſuccedũt in crimine vſurarum: aut etiam de extraneis hæredibus ad quos bona illa peruenirunt. Reſpondet Papa q̃ filij eadem diſtrictione cogẽdi ſunt vſuras reſtituere,qua parentes eorum cogerentur ſi viuerent. & idem eſt faciẽdum de hę

2 redibus extraneis. Bar. ¶ † Nota primò ex tex.q̃ licet defunctus deceſſerit in peccato vſurarum:vt quia non reſtituit,nec mandauit reſtitui vſuras tacitè vel expreſsè,nihilominus hæres eius cõpelli debet ad ipſas vſuras reſtituẽdas & ſic punitur hæres ex delicto defuncti:licet non appareat defunctum non pœnituiſſe.& hoc ideo poteſt intelligi:quia ipſa bona peruenerunt ad hæredẽ: vel quia iſte hæres non cõuenitur pręcisè ex delicto defuncti:ſed ex contractu,vel quaſi geſto cum defuncto. indebitè enim recepit vſuras.de quo dicendum vt in.c.Michael j.eodem.& ſic reſpõ de ad contrarium quod formari poſſet ad notata per me in.c.in

3 literis.ſ.de rapto. ¶ † Nota ſecundò argu.optimum ex tex.quòd bona vſurariorum non ſunt obligata creditoribus pro vſuris reſtituendis.textus em̃ ſe hîc nõ refert ad bona ſeu ad illos ad quos peruenerunt bona.ſed tantùm ad hæredem ipſius defuncti.cùm enim conſultatio fuiſſet facta in genere,videlicet quid de extraneis ad quos bona vſurariorum peruenerunt.Papa in reſponſione ſe aſtrinxit ad hæredes:& ſic illi quibus vel ad quos peruenerunt bona vſarariorum titulo ſingulari non poſſunt conueniri, & compelli ad dimittendum ipſa bona,quod eſt contra gloſ.hîc.

4 & cum ea latius j.ſubijciam. ¶ † Tertiò nota ibi: *ea ſunt diſtrictione cogendi &c.* quòd hæres vſurarij poteſt compelli ad vſuras reſtituendas per pœnas poſitas in conſilio lateran̄ .& per alias, per quas poterit compelli defunctus.Si ergo non reſtituit,poteſt excommunicari nec admittetur ad communionem altaris:nec ad ſe

5 pulturam eccleſiaſticam. ¶ † Et facit iſte text.in arg.quòd per reſcriptum impetratum contra vſurarium poſsit conueniri hęres, etiam reintegra:quod quidam non admittunt. dictum tamen in ſe eſt verum.Et idem in quocunq; alio.vt hæres poſsit conueniri ex reſcripto impetrato contra defunctum,ſi tempore datæ viuebat defunctus.quia cenſetur eadem perſona cum defuncto.in auf. de iureiu.à mori.præſti.xxxv.q.iij.c.contradicimus.§.hac authoritate.de hac tamẽ materia plenè no.in.ſignificaſti.de reſcrip. & in

6 regula is qui.de reg.iur.lib.vj.in mercu. ¶ In gloſſ.fi. † in fi.Ex hac glo.colliguntur duæ concluſiones.Prima eſt,q̃ hęredes vſurarij tenentur ad reſtituendas vſuras non inſolidum,ſed pro hæreditarijs portionibus.vt ſi vnus habuit duas partes hæreditatis, tenetur ad duas partes vſurarum,& alius tenetur ad partem tertiam, & hoc non eſt ſpeciale in hæredibus vſurarij.Sed idem eſt regula riter in quibuſcunq; hæredibus:quia actiones competentes contra defunctum diuisæ ſunt per legem inter hæredes ex hæreditarijs portionibus.l.j.&.ij.C.de hęre.actio.&.l.pacto ſucceſſorum. C.de pact.Secunda concluſio gloſſ.eſt.quòd altero hæredum effecto non ſoluendo,alius poteſt conueniri in totum,quia bona vſurarij ſunt obligata pro vſuris reſtituẽdis.Et ex hoc vltimo poſſet colligi tertia concluſio:ſed hoc vltimum dictum eſſe verum, videretur etiam quod ſi alter hæredum,eſſet ſoluendo,poſſet vnus conueniri inſolidum,inquantum ſufficiunt bona ad eum deuolu

7 ta ſi ageretur hypothecaria. ¶ † Et incipiẽdo ab hoc vltimo ſcias quòd communis opin.antiquorum fuit illa,de qua in iſta gloſſ.vi

a delicet quòd omnia bona vſurariorum ſunt tacitè obligata. a de quo vide gloſſ.in.c.q̃q̃.eodem titu.libro.vj.in verſicu. facultates in fin.Sed moderniores communiter tenuerunt oppoſitum. vt Hoſtien.hîc.& Ioan.an.in.d.c.q̃q̃.dicendo hanc hypothecam nullo iure probari.& Fede.conſilio.xxij.dicens quòd ex quo iſta hypotheca eſt iure expreſſa,non debet per docto.interpretatiuè induci.&.c.cùm tu.ſ.eo.nõ loquitur generaliter de omnibus.ſed de bonis emptis ex pecunia vſuraria.nec etiã ibi probatur .vt ibi dixi.quòd illa bona ſint obligata.licet empta de pecunia fenebri, ſed quod poſſunt vendi.& ideo hîc not . dicit Hoſti.quòd ille ad quem bona vſurariorum peruenerũt titulo ſingulari ſiue ex cauſa lucratiua,ſiue eſt cauſa oneroſa,nõ poteſt moleſtari ſuper illis bonis,etiam pro vſuris reſtituendis.argu.in.l.eris alieni.C.de do-

8 na.aliâs multi illaquearentur. ¶ † Sed in bonis emptis ex pecunia vſuraria poteſt procedere illa diſtinctio,an ex cauſa lucratiua vel ne : vt ibi not. Et hæc opin.vt domi.Anto.refert,fuit aliâs in facto ſeruata : nec curandum de communi opin.antiquorum , ex

9 quo iure non probatur. ¶ † No.bene hoc dictum quòd licitè iudicatur contra communem opin.doct.& etiam gloſſ.quando illa

opi.iure

a opin.iure non probatur[a].& ita dicit singulariter Ioan.and.in.d.c. j.de consti.quòd vbi communis opin.est euidenter falsa,non tenetur illam Iudex sequi.& quòd Iudex acutissimi ingenij debet hoc existimare.pro hoc facit.c.j.C.de ve.iu.enu.Et hodie pōt dici quòd ista sit communis opin.cùm omnes sequentes eā teneant. Et ex prædictis potest inferri.quòd prima conclusio glos.sit vera:vt teneantur pro hæreditarijs portionibus:& secunda conclusio sit falsa,tanq̄ fundata super opinione dānata.Si enim bona nō sunt obligata,ergo alius hæres non tenetur insolidum altero effecto non soluendo.¶ †Doct.tamen communiter tenent illam cōclusionem:quæ vt dicit do.Anto.& bene posset practicari fauore animæ[b] vt sic liberetur facilius anima defuncti exitegra satisfactione.vnde iuris rigore non videtur conclusio vera.vnde & Io. cal.dicit q̄ si diuisio fuisset facta inter hęredes,tunc alter nō conueniretur insolidum:puta quia creditores receperunt portionem illius extra iudiciū vel conuenerūt eum super parte sua tantùm.

¶ †Extra glos.quęro quid si bona defuncti non sufficiunt ad vsuras restituendas:nunquid hæres teneatur de suo[c]?Host.hîc quòd fic.si non confecit inuentarium.l.scimus.C.de iure deli.Sed ipsemet Host.in summa hanc suam opi.in pluribus locis positam modificat,& restringit ad forum contentiosum notabiliter,concludes quòd in foro animæ non tenetur[d] hæres licet inuentarium non confecerit,vltra vires hęreditarias.& hoc in summa in tit.de testa.in.§.pe.versi.quid si non sufficit & sequitur Ioā. and. in.c.ij. eod.titu.lib.vj.in nouel.Fed.tamen(vt ego dixi in.c.in literis.s̄.de rap.)tenuit etiam quòd in foro iudiciali hæredes vsurarij non tenentur vltra vires hæreditarias,etiam si non confecerint inuentarium:quia tenentur ex delicto defuncti:& hoc casu ius canonicū non astringit vltra vires hæreditarias: vt dixi in.d.c.in literis.& dic vt ibi.Sed aduerte.quòd si nos tenemus hæredem conueniri præcisè ex delicto defuncti,nō posset procedere opi.Fede. quam ponit Io.and.& sequitur in.d.c.ij.Sed si tenemus hæredem conueniri ex condictione indebiti:& sic potius ex quasi contractu: vt not.glos.in.c.Michael j̄.eo.non video quòd opin.Fed.possit procedere.tamen illud teneo,& dico valde notādum,quòd nullo casu i foro animæ tenetur hæres vltra vires hęreditarias.ratio.quia lex inducens oppositum est fundata super præsumptione: quia præsumit plus fuisse in hęreditate,sed in foro animę de omnibus creditur confitenti:& ex quo cessat ratio legis,debet cessare ipsa lex.& pro hoc.c.significasti.ij.de homicidio.& quod not. Innoc. in.c.quia plerique.in fi.de immu.eccle.¶ †Item quia in foro animæ[e] non habet locum solutio pœnæ:sed satis est satisfacere vt dicit glo.fingu.xij.q.ij.c.fraternitas.& sequitur Fede.& Ioan.and. vbi suprà.quòd lex condita ab habente potestatem non continens manifestam iniquitatem debet seruari etiam in foro animæ debet intelligi quando non cessat ratio legis in foro animæ,seu eadem est ratio in vtroq̄ foro:aliâs secus.vt in ca.tua.de spon.Et hoc bene notabis.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Vendens rem pro maiori pretio,eo quia solutionem differt vsurarius est*
Vsurarius est qui mutuat eā mente vt inde aliquod lucrum habeat. 3.
2 *Vsurarius est ille cui debitor liberè aliquid vltra sortem dedit si ipse habeat mentem deprauatam: vel non fuisset aliâs mutuaturus, nisi speraßet aliquid consequi.& tenetur restituere.5.in vltroque foro.6.*
Vsurarius debet restituere vsuras,licet creditores remiserint: quādo ipse habeat mentem corruptam omnino nolle ipsas restituere.
4 *Vsura committitur,etiam si quid modicum vltra sortem recipiatur.*
7 *Vsurarius est ille qui prorogat terminum debitori aliquo accepto.*
8 *Obligatio antidoralis si committitur in pactum non inducitur vsura: verbi gratia mutuo tibi decem cum pacto quòd alia vice tu mutues mihi decem.*

¶CAP. X.

1 Consuluit.¶ †Mutuans ea mente: vt vltra sortem aliquid recipiat tenetur in foro animæ ad illud restituendum si ex hoc aliquid consequutus est Idem in non dante parabolam iuramenti,nisi aliquid inde recipiat: & idē in vendente rem plus quàm valeat.quia differt solutionem.hoc dicit.In prima ponitur consultatio tria continens.In secunda simul ad omnia respondet.ibi. *Verum*. ¶ Casus literalis.Tres quæstiones hîc formantur.Prima est talis. Aliquis mutuat pecuniam sine aliquo pacto vel conuentione:eo tamen animo vt aliquid vltra sortem accipiat. quæritur an talis saltem in iudicio animę vsurarius sit censendus.Secunda quæstio est. Aliquis mutuauit pecuniam ad certum terminum:termino adueniente creditor non vult dare parabolam donec aliquod emolumentum percipiat,non tamen aliquid petit vel exigit à debitore:quęritur vtrùm iste eodē crimine cum primo inuoluatur.Tertia quæstio est. Aliquis negotiator vendit merces suas longè maiori pretio vt alio tempore pretium persoluatur,quàm si incontinenti pretium persolueretur:quæritur de isto: an pœna simili debeat condemnari?Ad hoc respondet Papa quód ex euangelio Luce colligitur, quid in his casibus sit tenendum in quo dicitur.Mutuum dantes nihil inde sperantes. homines isti pro intentione lucri quàm habent, cùm omnis vsura & superabundantia prohibeatur in lege, iudicandi sunt malè agere:& ideo in animarum iudicio efficaciter sunt inducendi vt taliter acce
2 pta restituant.Ber.¶ †Not.primò singu.ex tex.quòd libera donatio creditoris occasione mutui non prodest ipsi creditori habenti intentionem deprauatam:vt quia aliâs non fuisset mutuatur[g],nisi speraßet inde aliquid consequi.Et singu.facit iste tex.quòd remissio vsurarum etiam liberaliter facta ab eo qui soluit non prodest ipsi vsurario habenti mentem corruptam,& propositum non restituendi remissione non facta:quod est contra glos.in regula peccatum de reg.iur.libr. vj.& contra Fede.vt saltem tempore pœnitentię habeat hoc propositum.de quo dic vt
3 dixi.in.c.cùm tu.s̄.eodem.¶ †Secundo not. quòd omnis spes consequendi aliquod lucrum ex mutuo est damnata:intellige tamen c prout not. in glos. in verficu. *sperantes*.
4 ¶ †Item not.quòd omnis superabundātia est prohibita ergo quantuncunq̄ modicum sit & qualecunq̄ sit quod datur occasione d mutui,semper inducitur vsura & tenetur ad restitutionē pro hoc.xiiij.*q*.iij.in.c.j.ij.&.iij.
5 etiam si sint munuscula vt ibi dicitur.¶ †Vl e timò no. quòd in foro animę omnes isti de quibus in text.sunt inducendi efficaciter ad restitutionem:& not.ver. *efficaciter*. quia cum effectu debet esse illa inductio debent ergo effectualiter & realiter restituere,si volunt consulere animabus eorum.Et per hūc text.in fi.qui refertur ad omnia precedentia dico hîc esse casum apertum pro opin.Innocen.Hostiē. quàm sequuntur communiter doct.quòd adeptus lucrum ex mutuo, intentione tamen deprauata tenetur restituere in foro animę,nec sufficit agere solam pœnitētiam:licet aliud in simonia mentali:vt in.c.si de simo. & rationem diuersitatis ibi dixi.
6 ¶ †An autem in foro contentioso talis teneatur?ista litera videtur velle q̄ nō.pro hoc videtur glo.vlti.quæ dicit q̄ tanquā vsurarij

✠SEBA.SAPI.
a ¶ Nō ꝓbatur. vide Dec.in consi. lxxxij.in vlti.col. ver.non obstat si dicatur.Iaſ.ī.l.vt vim.col.pe.ff.de iust.& iu.Fel.in.c. j.col.pe.s̄. de constitu.

b ¶ Fauore animę. Intelligo istud dictū, q̄n vsurarius mandauit vsuras restitui in morte. quo casu hęres nō satisfaciendo facit præiudiciū defuncto.qui ī vno fuit negligens in restituendo:vt.s̄. de rapto.ī.c.literis.per Abb.in nu.2.& in nu.4.Si verò non mandauit restitui, tūc cùm decesserit in peccato mortali:non est amplius sperandum de salute sua vt.s̄. eo.c. quia ex omnibus. per Abb. ibi. in ver.ex p̄dictis. & eo casu quo tenet hæres: licet defunctus non mādauerit, non est vt exoneret cōsciētiā defuncti:sed qa cēsetur obligat⁹ ex cōtractu.vt. s̄. nu.1. no.quo casu nō tenetur nisi pro rata sua vt.l.j.& n̄.C. de hęre. act.& ista distinctio est vera sicut de⁹ est in cœlis. Tene mēti. Aeneas de falco.

✠SEBA.SAPI.
c ¶De suo.de isto articulo vide latissimè per Areti.& Moder.in rub. ff. de acquir.hæredi.

d ¶Nō tenet.Adde Anc.cōs.ccccxxx.

✠SEBA.SAPI.
e ¶In foro animæ. Vide Fel.in.c. canonū statuta. col. xn̄.ver.tertius casus.s̄. de constitu.

ísti tales non sunt puniendi: & hoc ideo. quia ex forma non apparet contractus vsurarius, nec interuenit aliqua pactio vel exactio. & hoc indubitatum, vbi iste creditor negat habuisse intentionẽ corruptam, sed si confiteretur: tunc dicit Host. quòd si petitio emanauit, vt cogeretur tanq̃ reus vsurarius, esset absoluendus propter ineptam petitionẽ. nisi aliud diceremus fauore animæ. & hoc plus placet: nam ideo iste tex. dicit de iudicio animæ: qa in foro contentioso non iudicamus de occultis: sed vbi habetur confessio, factũ est notorium. & tex. damnauit nõ solùm pactum sed spem. vt in litera. sed si iste negaret, tunc clarum est q̃ sequi debeat absolutio, si tamen fuisset petitũ, vt condẽnaretur quasi vsurarius: tunc in dubio est condemnatus, ex quo apparet de intentione. & idem dicendũ in alijs duobus articulis. de quibus in text.

7 ¶ Quæro. † quid intendat litera, dũ dicit q̃ creditor nolebat dare parabolam iuramẽto &c. Solu. quandocunq̃ contingit q̃ debitor iurat restituere mutuũ intra mensem, & adueniente termino non valens commodè soluere, rogat creditorem vt differat terminũ: ille malitiosè non vult ꝓrogare: vt prius aliquod lucrũ inde recipiat: ex lucro percepto prorogare terminum. iste talis tenet. videtur enim percipere lucrũ pro termino prorogato. ¶ In gl. in ver. *sperantes*. in fi. no. sing. glo. nam tenendo contrarium multi illaquearent

8 ¶ † An autẽ debitum naturale possit licitè deduci in obligationem ciuilem: vt puta mutuo tibi. x. volo deducere in pactum vt tenearis alia vice mihi mutuare alia. x. Dosto. tenent q̃ non. [a] quia non sequor lucrum. nam ex illa obligatione naturali non poteram te compellere. secus vbi intercedit obligatio ciuilis. & de hoc. xiiij. q. iij. c. j. in fi.

a

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij manifesti à quibus repetuntur vsuræ, nõ possunt appellare, quando appellatio est friuola vel contra ius. 2.*

2 *Appellare non possunt manifesti criminosi: quãdo scilicet appellatio est friuola.*

¶ CAP. XI.

QVàm pernicio-

sum. ¶ † Manifest⁹ vsurari⁹ appellans ad subterfugiẽdum restitutionem, audiendus nõ est. h. d. Cõmunis diuisio. Secunda ibi: *Mandamus*. ¶ Casus literalis. Aliqui sunt manifesti vsurarij. quorum quidam publicè renuntiauerunt vsuris. cum isti vsurarij manifesti conueniebantur super vsuris, appellabant. Quæritur an appellationib⁹ ipsorum sit deferendum. Mandat Papa prælatis quatenus manifestos vsurarios & præcipuè illos quos constiterit publicè renũtiasse vsuris: cũ quis eos conuenerit, non permittant appellationis beneficio se tueri. Ber. ¶ † Not. j. ex text. casum in quo denegatur appellatio. & dicũt quidam hoc esse speciale in odium vsurę. nã & raptori non est interdicẽdum appellationis remedium. argu. in. c. in literis. de restitu. spo. Sed communiter tenetur vt in hoc nulla sit differentia. nam text. non ponit aliquam specialitatem in vsurario: loquitur enim in manifesto: sed quilibet criminosus manifestus non auditur appellans: vt in. c. cùm sit romana. de appel. & idem in raptore manifesto vt ibi. Et intellige tex. quando appellatio est manifestè friuola. vt quia dicit se non vsurarium, vbi manifestè constat de contrario. vel appellat ne cogatur ad restitutionem quod est contra iuris pręceptum secus dic quando appellatio possit esse iusta. vt quia conuenitur sub vno, & condemnatur ab alio. nam hoc casu non sequitur erat vsurarius manifestus: ergo extorsit vsuras ab isto. Item vbi voluit reprobare testes, & non fuit admissus. Et idem est vbicunq̃ grauetur. nam grauato quantumcunq̃ criminoso non denegatur appellatio. sicut nec alia defensio. vt in. c. inter. de excess. pręla. & in c. vt debitus de appel. quod etiam sensit glo. hîc.

¶ Not. vnũ effectũ obligationis antidoralis: quia si antidora deducãtur in pactũ, nõ cõmittit vsura de cui⁹ veritate vide latè hîc p̃ do. Lau. de rodulpho. de flo. ĩ sua no. repe. in. j. col. & ad hoc vide qd̃ not. gl. in ver. onera, de vsu. quod est not. ad materiã. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.

7

SEBA. SAPI.

b ¶ Repeti vsuræ. Vide Card. flo. in clem. j. q. xviij. de vsur. Pau. de ca. & Alex. ĩ. l. si nõ sortem. in prin. ff. de cõdi. inde. & Ale. remissiuè in cõsil. ix. in. iiij. vol. & in cõsi. xcj, col. ij, ĩ ij. vo. & Ias. in. l. quoties. co. ij. C. de iudi. Lãfrã. de oria. in cle. dispendiosam, col. v. in vers. punctus quæstionis, de iudi.

8

c ¶ Modo potest. Adde q̃ cũ vsura petit tanq̃ interesse. q̃ illa põt peti corã iudice seculari. vt voluit Lappus alleg. lv.

d ¶ In mercimonijs. Sed vtrũ iudæi possint exercere vsuras, & facere societatem inter se de faciendis vsuris. vide Ioan. de imo. in. vj. cõsi. & vtrũ si accidat casus aduersus excusetur socius. vide ibi. And. barb.

1

SVMMARIVM.

1 *Iudæi coguntur restituere vsuras coactione causatiua videlicet quia priuantur mercimonijs & communione fidelium.*

2 *Vsuræ possunt repeti coram iudice seculari, vel ecclesiastico ad libitum.*

Vsura tunc cognoscitur in foro ecclesiastico: quando dubitatur an sit vsura vel non.

3 *Iudei & christiani, an licitè conuersantur in mercimonijs, dummodo non sit nimia familiaritas inter eos?*

4 *Iudæi excommunicantur indirectè inquantum priuantur communione Christianorum.*

5 *Vsuram exercere cum hostibus est prohibitum.*

6 *Iudæi possunt compelli in vtroque foro restituere vsuras.*

7 *Iudæi committentes contra eorum legem in mortalibus subiacent iudici ecclesiastico.*

¶ CAP. XII.

1 POst miserabilem. ¶ † Per subtractionem communionis christianorum per principes seculares cogendi sunt iudei ad vsuras restituendas. hoc dicit. Ponit duplicem prouisionem contra iudęos vsurarios. Secunda ibi: *donec*. ¶ Casus literalis. Quærebatur qualiter iudei conpellendi sint ad vsuras restituendas vel remittendas. pręcipit Papa iudęos compelli ad remittendas vsuras christianis per principes & potestates seculares. & donec eis remiserint vel restituerint, ab vniuersis fidelibus & mercimonijs & alijs iubet papa per excommunicationem omnem communionem eis donegari. Bern. ¶ † Nota primò. tex. fingu. & apertum in argu. quòd coram iudice seculari possunt repeti vsuræ. seu agi ad remissionem vsurarum promissarum. nam sicut Iudæi possunt compelli per potestatem seu principem secularem, ita & christiani. Est ergo istud crimen mixtum, seu mixti fori. vt possit fieri restitutio seu appetitio tam in foro seculari quàm ecclesiastico. & hoc vbi non dubitatur contractum vsurarium esse. si autem dubitaretur cognitio pertineret ad forum ecclesiasticum vt plenè not. in. c. cùm sit generale. de fo. compe. & c. si Iudex laicus. de sen. excom. lib. vj. & in. l. titia. ff. sol. ma. Et tene mẽti in hoc istum tex.

2

quia multi tenuerunt quòd Iudex secularis nullo modo post [c] se intromittere de vsuris. vt plenè dixi in. d. c. cùm sit generale. & vi de gl. in cle. dispendiosam. de iudi. ¶ † Secundò not. arg. à contrario. q̃ christiani non peccant communicantes iudæis in mercimonijs [d]. nam in pœnam interdicitur eis communio. vt hîc. ergo regulariter non est interdicta: sed nimia familiaritas & conuersatio bene interdicitur. xxviij. qõ. j. c. fæpe. & c. nullus. & s̃. de iudę. in. c. ad hæc. cum si. ¶ † Item not. q̃ in crimine vsurarum ecclesia potest indirectè excommunicare iudæos, interdicendo eis communionem christianorum. ¶ † Vltimò potest intelligi q̃ iudæi peccant exercendo vsuras etiam contra christianos. ipsi tamẽ putant oppositum. per id quod habetur deutero. xviij. c. fratri tuo non feneraberis &c. quia dicunt q̃ contra gentes alterius fidei liceat feneràri. Ad idem tex. opti. in. c. ab illo. xiiij. q. iiij. vbi dicitur q̃

contra

contra hoſtem poſſumus licitè exercere vſurã:cũ licite poſſumus aduerſus eos gladio militare,& bona eorum occupare.fortius licet exercere vſurã contra eos.Et eſt caſus in quo vſura nõ eſt peccatũ: &eſt addẽdus iſte caſus ad alios quos dixi in.c.cõqueſtus.s.eo.ſed certè iudei ex hoc non excuſant à peccato excercẽdo vſuras contra chriſtianos.primò per id quod habetur deutero.xxviij. c.alienigena fenerabitur tibi:tu autẽ nulli.Itẽ in pſal.ge-
a neraliter dicit.q̃ ille habitabit in regno dei [a] q̃ pecuniã ſuã nõ dederit ad vſurã:& ſic lex antiqua indiſtinctè p̃hibet vſurã.Nõ obſtat prima authoritas.quia illa nõ facit niſi per contrariũ ſenſum.& arg.à cõtrario nõ valet: vbi cõtrariũ eſt alibi exp̃ſſum.vt in.c.à nobis.ij.de ſent. excõ.Nec.ob ſecundũ qd̃ dicitur de hoſte: qa chriſtiani nõ ſunt hoſtes iudeis:imò eos tolerãt ex humanitate vt in.c.& ſi iudeos.de iude.Itẽ iudei ptãtẽ indicendi bellũ nõ habẽt ergo cõcludit iudeos peccare exercẽdo vſuras
b cõtra chriſtianos, [b] & quòd poſſunt ab hoc crimine cõ
6 peſci.¶ †In gl.j.in fi.Et licet iudei in tẽporalib9 ſubſint principi ſeculari,non tamen intelligas q̃ eccleſia nõ poſſit eos cõpellere ad vſuras reſtituendas.nã cùm hoc crimen ſit eccleſiaſticũ & vt iudei peccant cõtra legẽ eorũ & cõtra naturã exercẽdo vſuras , licite poſſunt cõpelli per iudicẽ eccleſiaſticũ.vt not.Inn.in .c. quod ſuper his. de voto.Pro hoc facit iſte text.in fin.vbi eccleſia interdicit eis cõmunionẽ chriſtianorũ.Nec ob.ſi dicat ,quare Papa mãdat eos cõpelli per iudicẽ ſeculare,ſi ipſe poteſt?Reſpõdeo quòd facilius poſſunt compelli per ſeculare habẽtẽ homines armatos:nã eccleſia nõ habet arma & de iuriſdictiõe ſpirituali parũ curãt iudæi.ideo vt facilius coganẽ habeẽ recurſus ad principẽ ſeculare. Simile in.c.poſtulaſti.& quod ibi dixi.s.de iudæis . & quod dicã in fine.¶ In gl.fin.ibi. *pœna corporali puniantur.* ſed hoc facit cõtra id quod dixi in præce.gl.nam ſi poſſunt corporaliter puniri per eccleſiã,quare Papa mãdat eos cõpelli per ſeculare ptãtẽ.Sed poteſt rñderi quòd eccleſia hoc facit vbi habet iuriſdictionẽ tẽporalẽ , licet vbi habet ſpiritualẽ poſsit idẽ facere inſpectãtibus ad forũ ſuũ inuocato auxilio brachij ſecularis.Itẽ hîc non negat quin eccleſiaſticus poſsit.nã hoc crimẽ eſt mixti fori:vt
7 s.dixi.¶ †Et in fi.gl.Not.bñ gl.quòd iudæus ratiõe delicti ſortitur forũ eccleſiaſticũ & intellige de delictis cõtra legẽ eorũ in moralibus:vt ſicut chriſtiani ſortiũtur forũ eccleſiaſticũ ſi delinquunt cõtra legẽ diuinã,vt cõtra iuramẽtũ,vel quid ſimile.ita iudæi.nã nõ debẽt ipſi gaudere maiori prerogatiua.nã(vt dicit in euangelio) vnũ debet eſſe ouile,& vnus paſtor.Itẽ qñ iudæi & alij infideles peccãt cõtra naturam.nam ſicut deus tales pu-
c niuit,Genẽ.vij.ita & eius vicarius poteſt eos punire [c].vt not.Inno.in.c.ſuper.de voto.inquãtũ gloſſ.dicit, quòd ratione delicti ſortiuntur forum : idem dic ſecundùm Hoſt.ratione rei,vel contractus,vel domicilij.cùm iſta equiparentur :vt.s.de foro competen.c.fina.quod tenementi.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Iuramentum de non repetendis vſuris non efficit quin vſurarius poſsit compelli ipſas reſtituere.*
2 *Iuramentum de non repetendis vſuris non inducit liberam remiſsionem vſurarum.*
3 *Vſurarius poteſt compelli non ſolum vſuras exactas reſtituere ſed exigendas exigere.*
4 *Iudex poteſt ſuum officium nobile impartiri ad vtilitatem priuatam vbi vertitur periculum animarum.*
5 *Iurans non repetere vſuras poteſt abſolui à iuramẽto,& ipſas poſtea repetere.*
6 *Denuntiatio euangelica non poteſt per iuramentum remitti.*

¶ CAP. XIII.

IVas.¶ †Vſurarius qui fecit debito
1 tẽ iurare de ſoluẽdis vel de non repetẽdis vſuris,eccleſiaſtica cenſura cõpellitur ab exactiõe deſiſtere , & exactas reſtituere.h.d.vel aliter & ſic.Nõ obſtante iuramẽto de non repetendis vſuris per debitorẽ præſtito:poteſt Iudex ex officio ſuo vſurariũ ad reſtituendas vſuras cõpellere.hoc dicit.Cõmunis diuiſio.Secũda ibi:Nos.¶ Caſus literalis.Quidã vſurarij faciũt iurare illos quibus mutuant pecuniã quòd vſuras nõ repetent ab eis,& ſuper ſolutis nullã mouebunt quæſtionẽ.Quę ſitũ fuit à Papa qd ſuper hoc fit agẽdũ. Reſpõdet Papa Epiſcopo dioceſano vt vſurarios ipſos monitiõe præmiſſa per cen.ec.app.re.cõpellat ante ſolutionẽ vſurarũ deſiſtere ab earum exactione, vel reſtituere ipſas poſtq̃ fuerint perſolutæ:ne de dolo ſuo & fraude videant cõ-
2 modũ reportare.Ber.¶ †Nota primò ex tex.quòd iuramẽtũ præſtitũ de vſuris nõ repetẽdis nõ inducit liberã remiſsionẽ vſurarũ.imò vſuræ videnẽ magis extortæ.cùm iuramẽtũ non præſumat interuenire ex libero
3 cõſenſu iurãtis vt in.c.ſuper hoc.de renuntia ¶ †Nota ſecundò.iudicẽ poſſe ex ſuo officio ſupplere nedũ poſt vſuras ſolutas,vt earũ fiat reſtitutio : ſed etiã ante ſolu
d tionẽ, [d] vt earũ nulla fiat exactio.põt em̃ Iudex præuenire ante cõſummationẽ peccati,cũ iudex videt aliquẽ in prẽcipitio peccãdi.de quo vide bo.gl.ĩ.c.ex literis.s.
4 de ſpõ.¶ †Itẽ no.caſum.in quo Iudex ſupplet ad cõmodũ priuatarũ perſonarũ,cùm mãdat vſuras reſtitui:ſed hoc facit potius ꝓpter vtilitatẽ publicã & animarũ,vt b obuiet periculis & peccatis.aliâs nõ faceret.vt not.in.c. ad noſtrã.s.de iureiur.& in.l.j.§.hoc aũt iudicium.ff.de
5 dã.infect.¶ †In gloſ.j.ibi. *relaxato prius iuramento.* Iſta ſuppletio ad literã eſt poti9 quędã extortio.nam ſi hoc c eſſet neceſſariũ,Papa dixiſſet in tex.ar.c.ad audiẽtiã .de deci.Et ideo dic melius.q̃ aut Iudex ꝓcedit ex officio nõ implorato per iſtũ iurãtẽ,& tũc nõ eſt opus hãc abſolutionẽ facere.qa in nullo venit iſte cõtra iuramentũ. d quia iurauit nõ repetere.nõ aũt iurauit vſuras nõ recipere ſi redderent:& in hoc caſu propriè loquit iſte tex. Aut iſtemet qui iurauit intẽdit repetere.& tũc ꝓcedit quod dicit gl.vt prius petat relaxatio iuramenti:vt in.c. j.de iureiur.Et no.gl.q̃ iurãs nõ repetere,põt petere ab ſolutionẽ,licet abſolutio ordinet ad finẽ repetendi : & hoc ideo:qa primũ factũ eſt dãnatũ.& ideo reſtringen-
6 dũ ad terminos tantũ.¶ †Et in fi.gl.Sed quęro quid ſi iurauit non denũtiare?dic q̃ nõ valet iuramẽtũ:quia nõ potuit ſe obligare cõtra bonũ charitatis,diſpoſitionem euãgelicã ſi peccauerit &c.fundat enim ſe denuntiãs ſuper peccato creditoris & ſalute anime illi9,& nõ ſup ꝓ prio cõmodo.de quo vide qd̃ no.in.c.ad noſtrã.ij. &.c. quẽadmodũ.de iureiu.teneas bñ mẽti.Et de materia petẽdi hãc ſolutionẽ dixi plenè ĩ.c.j.&.c.debitores.de iure.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Vſurarius non poteſt repetere vſuras quas alius ſibi extorſit niſi ipſe reſtituat quas alij extorſit.*
2 *Auxilium legis non debet quis inuocare ſi in legem committit. vide plenẽ j.nu.5.*
3 *Vſurarius non repellitur à limine iudicij exercẽdo actiones quæ ſibi competunt.*
4 *Vſurarius poteſt ab alio vſurario excipere nedum de vſuris extortis de ſe,ſed à quibuſcunque alijs.*
6 *Fruſtra:Iſta dictio quid importet.*
7 *Exceptio criminis an habeat obſtare proſequenti ius propriũ?*
8 *Contra vſurarium non poſsunt excipere conuenti ab eo quòd non reſtituerit vſuras.*
9 *Exceptio quam vnus vſurarius opponit contra alium eſt dilatoria,& ante litem conteſtatam opponenda:& intra octo dies probanda.*

✠SEBA. SAPI.
a ¶In regno.dei.De iſtis vide latè etiã copioſè ꝓ Io.bap. de ſancto ſeuerino in repe. l. cunctos populos . C . de ſum.trini . & fide chatho.& ibi nun quid liceat retinere iudæos mutuantes ſub vſuris . de quo etiã ꝓ Iaſ.ibi.
¶Chriſtianos. Add de quòd idem tenet Io.de Imo.cõſi.vj.Alexã. conſi. lxxx.iĩj.lib.
¶Punire . Adde Pe.de ancha.conſ. xiiĩj.Oldr. conſil. vltimò.
¶Ante ſolutionẽ. Adde q̃ ante receptionem vſurarũ nõ poteſt dici vſurarius.vt dicit Ludo. Ro. conſil.cc-xxxviĩj.

¶ CAP. XIIII.

1 QVia frustra. ¶ † Non audiť vsurarius repetens vsuras, nisi priº restituat ex ortas per se. h. d. Ponit statutũ cuiº causam prẽmittit ibi: *Statuimus*. ¶ Casus literalis. Quia frustra legis auxilium implorat qui committit in legem. statuit Papa vt si aliquis vsurariº literas impetrauerit super restituendis sibi vsuris, vel fructibus cõputãdis in sortem authoritate illarum literarũ nullatenº audiať, nisi prius restituerit vsuras quas ab alijs noscitur extorsisse. Ber.

2 ¶ † Not. primò principiũ tex. quod solet quotidie alle-

a gari: ꝙ nõ est dignus auxilio [a] legis qui cõmittit in legẽ. facit qđ not. in. c. ij. de consti. &. c. cùm oẽs. eo. tit. patere

3 legem quam ipse tuleris. ¶ † Secundò nota quòd nec repetens vsuras nec petẽs cõputari fructus in sortem audi-

b ri debet, nisi prius restituat [b] ipse vsuras quas ab alijs extorsit. Et ex hoc põt colligi arg. qđ ab alijs ciuilibº actionibus vsurarius nõ repellit antè q̃ restituat vsuras: arguẽdo per locũ à speciali. nam speciale est cũ repetit vsuras, vt nõ audiatur nisi restituat per se extortas: ergo in alijs actionibus audiri debet hac exceptione non obstante.

4 ¶ † Vltimò no. ibi: *alijs &c.* quòd vsurarius ab alio vsurario põt excipere nedũ de vsuris extortis à se, sed à quibuscunq; alijs. & sic audiť allegans de iure tertij. & hoc fit in odiũ vsurarij, vt prius sit purgatum crimen quàm alium de ipso arguat. ¶ Sed dubium est quid fiet cũ vsurario excipiẽte contra vsurarũ. non procedit in causa, remanebit ne peccatũ primi vsurarij impunitũ? nã ex hoc iste vsurarius prius cõuentus reportabit commodum. & sic vterq; retinebit vsuras. qđ videtur absurdum. Sol. doc. intelligunt mirabiliter hunc tex. ꝙ Iudex ex officio suo repulso actore cõpellet conuentũ ad restituẽdas vsuras non isti actori: sed illis qui debent recipere vsuras ab illo actore: & iste actor tenebitur postea hoc habere ratum. cũ negotiũ suũ vtiliter gestum sit. l. si pupilli. ff. de nego. gest. facit qđ no. in. c. intelleximus. de adulte. & facta integra restitutiõe audietur actor. In istis enim mul-

5 tum exuberat officium iudicis. arg. ſ. c. proxi. ¶ † In glo. prima in fin. de hac materia vide qđ no. Inn. in. c. intelleximus. de adul. & Cy. in. l. ij. C. q̃ sit lon. cõsue. vltra mediũ. Hosti. hîc sequit gl. dũmodo iste nõ peccauerit erga fidem. ad hoc j. de reg. iur. c. defleat peccator. &. ij. q. vij. c. nõ potest. Vin. in. c. fi. de immu. eccle. dicit. ꝙ aut quis deliquit contra legem generalem, & generaliter perdit auxiliũ legis: aut contra legẽ specialẽ, & non perdit beneficiũ aliarũ legum. nisi vbi iure cauetur. arg. in aut. qua in prouĩcia. C. vbi de cri. agi oportet. Et in veritate hęc via brocardica est. Vnde nõ põt dari inuariabilis doctrina: sed secũdũ casus contingentiã & qualitatẽ iudicandũ est: satis tn̄ põt teneri pro quadã regula generali cõclusio gl. cũ dictis doc. præcedẽtiũ. Et ad. l. auxiliũ. alleg. pro contrario. Dic ꝙ non est propriè delictũ qđ facit perdere illud beneficiũ: sed qa in delicto cessat ratio beneficij concessi. nã cõceditur beneficiũ restitutionis minori læso ob suã facilitatẽ: q̃ ratio cessat in delicto, cũ delictũ non sit sine dolo. Non ob. c. dilectis filijs. de appel. qa ibi ideo auditur appellans qui non detulit appellationi aduersarij. qa suę appellationi fuit delatũ per iudicẽ, vnde posito ꝙ sit frustratoria, tn̄ propter delationẽ deuoluit causa ad superiorẽ. vt in. c. cũ appellationib⁹. de ap. li. vj. Non ob. l. filio patroni. §. j. vbi dicit ꝙ si patronus ducit libertam ignominiosam in vxorẽ, perdit beneficiũ alterius legis, qua cauet vt patrono viuo non possit liberta diuertere ab eo, loquit enim in odiũ patroni contrahentis cũ ignominiosa: vel illud est propter coniunctionem & connexitatem quam habet cum facto principali. ¶ In glo. in versi. *restituerit.* ibi: *restituere saltem pauperibus si nullus appareat.* hoc intellige verum quando nescitur vbi sit cui fienda est restitutio: si autem esset absens, & de proximo venturus, tunc de pecunia illa debet consignari & deponi. argu. in. l. acceptam. C. de vsuris. ¶ In ea. gl. ibi. *si vsurarius impetrator appellat.* secus ergo sentit gl. si aduersarius appellat. Et põt esse ratio diuersitatis. qa cõtra impetrãtẽ est præsumptio ꝙ vsuras extorsit. ideo nõ audiť interim volẽs vsuras ab alio repetere: sed qn̄ alius appellauit, est p̃sumptio pro eo ꝙ habeat iusta causam. Nec ob. si dicať appellatiõe pẽdẽte nihil innouandũ: qa illud verũ in præiudiciũ partiũ. sed ista est causa separata. & hoc dictũ gl. est satis æquũ. licet nõ iure probeť. ¶ † Et in fi. gl. No. fi. gl. iũcto tex. ꝙ verb. fru-

6 c stra: qn̄q; referť ad id qđ tenet, sed elidiť p exceptionẽ. [c] & solet ad materiã facere. l. pẽ. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. vbi diciť ꝙ in criminali causa frustra interuenit procurator, quasi per hoc verbũ necessariò nõ cõcludať processum esse nullũ: sic hîc per hoc verbũ nõ ĩducit nullitas literarũ. sed in effectu respõde vt dixi in. c. veniẽs. de

7 accu. ¶ † Extra glo. opp. cõtra tex. Videť eñ ꝙ exceptio criminis nõ habet obstare prosequẽti iuspropriũ. iiij. q. vj. c. omnibus. nã quantũcunq; criminosus audiri debet petẽs iustitiã: vt ibi. So. dicũt quidã hoc speciale in odiũ vsurarij, vel ꝙ repetens vsuras fundat se super peccato. ideo excipiť de peccato consimili. sed prima sol. verior. qa ista sunt diuersa facta: vnde nõ recipiũt cõpẽsationẽ:

8 vt dixi in. c. intelleximus. de adul. ¶ † Sed quæro. vtrùm alij à reo conuenti possunt proponere hanc exceptionẽ contra impetrantem? docto. cõiter cõcludũt ꝙ nõ: quia ad eos nõ extẽdiť virtus literarũ: sed ipse reus potest bñ excipere de vsuris: etiam ab alijs extortis: vt hîc in text.

9 ¶ † Vltimò quæritur qn̄ hæc exceptio est proponẽda? cõmuniter cõcluditur ꝙ ante li. cõtesta. qa est exceptio dilatoria. vt patet in fin. Vbi *nullatenus audiatur.* si ergo fuit auditus, non potest amplius excipi. & debet probari hæc excep. intra. viij. dies secundùm Hosti. arg. c. pia. de exceptio. lib. vj. Tene menti.

SEBA. SAPI

a ¶ Dignus auxilio, Vide qđ p istã regulã dicit Fed. de senis in consil. lxxxix. refert do. Abb. in. ca. j. ſ. de iureiur. vbi multum extollit.

b ¶ Restituat. Adde videndum Lap. alle. xciij. Ro. cõsi. xxxiiij.

SEBA. SAPI.

c ¶ Per exceptionem. de hoc late videas per Felin. in. c. Roduphus, co. xx. ver. frustra aliquid fieri. ſ. de rescrip.

ff. de iudiciis magistratum.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij manifesti dicuntur etiam illi qui licet non possint conuinci testibus, conuincuntur alijs præsumptiõibus. & subiacent pœnis prout verè manifesti.*

2 *Vsurarij dicuntur manifesti ex fama iunctis certis alijs præsumptionibus. 5. 6.*

3 *Contra vsurarios potest iudex ex officio suo procedere.*

4 *Vsurarius notorius etiam notorietate facti permanentis dicitur quando habet mensam paratam ad mutuandum omnibus.*

5 *Notorium facti permanentis, & facti interpellati procedunt à pari.*

6 *Vsurarium quem fuisse quomodo probabitur: quando tractatur maximè de validitate testamenti ab eo conditi sine aliqua cautione.*

7 *Statutum episcopi per quod conuincitur vsurarius per vnum testem vel per plures de auditu: vel per eius confessionem extraiudicalem non valet.*

¶ CAP. XV.

1 CVm in dioceſi. ¶ † Manifesti vsurarij etiã nullo accusante possunt cõpesci p pœnã lateran. cõsilij. h. d. Vel aliter & sic. Cõuictus de vsuraria prauitate p famã & alia argumẽta, põt manifestari vsurariº, & tãq; manifestº vsurariº cõpesci secũdũ dispositionẽ lateran. cõsilij. h. d. nota bilr secũdũ verũ ĩtellectũ. c. nã primũ summariũ Io. anparũ habet dubij. Secunda pars ibi: *Fraternitati.* ¶ Casus literalis. In altisiodorẽsi dioceſi plures erãt vsurarij, de qbº nõ dubitabať quin essent vsurarij manifesti. sed ꝓpter timorẽ potẽtũ qui defendebãt eosdẽ nullus accusator cõtra eos apparebat, nec etiã p sniam condemnati fuerũt: q̃sitũ fuit qđ de illis fit agẽdũ. Respõdet papa diocesano. Ẽpo q̃is cõtra eos non appareat accusator, tn̄ si alijs

alijs argumẽtis cõſtiterit illos eſſe vſurarios manifeſtos pœnã laterañ.cõſilij poterit cõtra illos exercere. Bern.
2 ¶ †No.j.ex tex.ſcdm vnũ intellectũ qui ſatis eſt verꝰ in
a ſe quod ſola fama nõ facit vſurarium manifeſtum[a] etiã quo ad pœnas laterañ.cõſilij:ſed vltra famã requirũtur alia argumẽta.Et in hoc iſte tex.eſt ſing. & alibi nõ probatur ꝙ per ſolã famã & argumẽta poſsit quis cõuĩci, & condẽnari de vſuraria prauitate,vt ſic cõuictꝰ & cõ-
3 dẽnatus dicaſ manifeſtus:qđ intelligo vt j.dicã.¶ †No. ꝙ nemine iſtãte cõtra vſuariũ nihilominꝰ debet ordinarius cõtra eũ ſuum officiũ exerecere. ¶ †In glo.ij.in
4 fi.hæc glo.tendit ad declarationẽ. c. & obſcure aliquantulũ loquiſ:& pro intellectu põt ſic opponi. videſ eñ iſte tex.ſibi cõtrarius.nã in prin.dicit quod minimè dubitabaſ quin iſti eſſent vſurarij manifeſti: & tñ poſtea dicit in ver. *frater.* quod ſi alijs argumentis illos cõſtiterit eſſe manifeſtos.ſi ergo erãt manifeſti & notorij, nõ debẽt requiri alia argumẽta: vt.in.c. euidẽtia. de accu.ſi aũt capiſ manifeſtũ prout differt à notorio:vt dicatur illud quod probari põt tunc nõ debent ſufficere argumẽta:ſed requiritur euidẽs probatio.nã probatio, debet eſſe nõ præſumptiua:ſed neceſſariò cõcludẽs, vt in.c.in præſentia.de proba.glo.ſoluit duobꝰ modis.Primò ꝙ principiũ tex.debet intelligi de manifeſto.i.notorio:ſed quia hoc notoriũ nõ eſt permanens in vſurario,ſed eſt facti trãſeuntis, cum nõ ſemper mutuet ſub vſuris:ideo requirũſ alia argumẽta vltra illã notorietatem.& ſi glo.eſſet vera multũ foret notãda.& pro hoc vide ꝙ no.gl.ij.q.j.c.de manifeſta.ſed Io.an.nõ videſ eã ſequi.nã ex quo vſurarius habet mẽſam paratã, et exhibuit ſe paratũ ad mutuãdũ omnibꝰ: ſatis dicitur notorius & vſurarius.& hęc opi.mihi placet.nã iſtud nõ eſt notoriũ facti trãſeũtis ſed facti permanẽtis :quia habet menſam paratã ,vel eſt notorium facti interpolati: vnde de eodẽ iudicãdũ:vt de notorio facti permanẽtis & ſic vbi adeſſet hæc notorietas alia requireręt̃ur argumẽta pro hoc.c.quanquã.et.c.j.e.tit.li. vj. & in cle.eos.
5 de ſepul. ¶ †Secũda ſol.gl.eſt ꝙ prima pars.c. intelligaſ de manifeſto per famã & cõem opi.quę non ſufficit ad cõuincendũ quẽ de hoc crimine .& ideo requirũſ alia argumẽta.quibꝰ inſertis poterit iſte dici manifeſtus:qđ intelligit Hoſti.poſt manifeſtationẽ factã per iudicẽ vñ exponit tex:manifeſtos.i.manifeſtãdos.q.d. ꝙ poſt q̃ Iudex,receptis his arg. iſtũ declarauerit vſurariũ põt dici
b tũc manifeſtꝰ[b] & eſt dictũ ſatis notabile.nõ eñ ẽ officiũ priuatarũ perſonarũ iudicare per argumenta quẽ manifeſtũ. ¶ †Et faciunt hęc ad quęſtionẽ quotidianã & no-
6 tabilẽ.Quidã vſurarius cõdito teſtamẽto deceſsit nulla
c cautione de reſtituẽdo præſtita:opp:poſt mortem[c] de nullitate teſtamẽti:quia erat manifeſtus,& nõ præſtita cautionẽ,ad probandã hanc publicitatem:articulatur: de fama & alijs argumentis.nunquid poſt mortẽ ſufficiat iſta probare ad nullitatẽ teſtamenti. reperio quoſdam ſummos viros conſuluiſſe quod ſit per iſtum tex. ſed non fecerunt mentionem de conſil.Fede. cõſil.lxii. vbi apertè conſuluit contrarium.Ad. iſtum tex. rñdet reſtringendo dupliciter primò quod loquitur vt pœna lateranenſis.conſilij poſsit exerceri in iſtos.nam hoc caſu agitur de modico præiudicio & expedit ad ſalutẽ animarum vſurariorũ.ideo ſufficit iſta modica probatio per famã & argumenta. ſecꝰ ſi ageretur ad nullitatẽ teſtamẽti quia cum teſtimonium ſit res fauorabilis : vt in.capitulo.fin.de re.iudi.nõ debet dici nullũ niſi aperte conſtet teſtatorem tũc fuiſſe vſurariũ manifeſtum. Item iſtud.c.dicit iſta argumenta cũ fama ſufficere ,vt manifeſtetur per iudicẽ ſecũdũ lectu. Hoſti.ante ergo quã Iudex manifeſtet nõ põt dici qđ teſtiñ fuerit cõditũ à manifeſto vſurario & certe iſtæ duę ſunt maximè reſtrictiones ad iſtũ tex.& ſunt valde notãdæ in practi-

a ¶ Quis dicatur vſurarius manifeſtus & qũo conuincatur.Vide Ang. de Are. in.§. ex maleficijs.in.ĩ.col.inſt. de actio.& Bal.in.l.j.C.de fal. cauſa adie.le.& in.l.j.in viĩ.q.ĩ.de teſta. vbi inquit ꝙ ad probãdum in ſpecie illum contractum eſſe vſurarium, teſtes ſingulares non admittuntur:ſed ad probandum quem eſſe vſurarium teſtes de vno quoq; actu ſingulariter deponẽtes iungentur vt faciãt plenam probationẽ quia videmus ꝙ in probatione alterius facti habẽtis tractũ ſucceſsiuũ nõ momẽtaneũ teſtes ſingulares de vno quoque actu de per ſe deponẽtes faciunt plenam probationẽ.Inno.in.c.qualiter & qñ.de accu. Ioan.and.in.c.j.de arb. in.vj. Bal.in.l. de quibus prope. fi.de legi.Inno.ĩ.l. j.§.ſi ſtipulet.ſi.de verbo. oblig.& an in cauſa vſurarium exiſtente ſolum fama ſit deferendũ iuſiurandum in ſuplemẽtum probationis vide tex.reputatum ſi. ſcdm vnam lect.in.c.ex literis. ſ. de iure iurã.& ibi per doct. ¶ Adde quis dicatur manifeſtus vſurarꝰ q̃ poſuit. ſ. c. quia in omnibus. quo verò ad dicta huius addẽtis vidẽ. Alexan.conſi. lxxĩj.j.li.

ca.Sed dubito nũquid de iure procedãt & vtrũ admitterenť in iudicio.& ſic etiã dubito de elec. Hoſt . nam iſte tex.dicit: *ſi conſtiterit iſtos eſſe vſurarios manifeſtos per alia argumenta &c.* ergo ante ſententiam iudicis poſſunt dici manifeſti:& tũc poſt mortẽ poterit fieri ꝓbatio ad declarãdũ qđ erãt manifeſti.Itẽ vſurarij nõ poſſunt de facili cõuinci.ideo ſufficiũt arg.cũ fama.arg. in cle.j.e.ti.q̃ poſſunt eſſe iſta argumẽta doc.ponũt multa exẽpla pone ꝙ vltra famã apparet ꝙ iſte vẽdebat cariori prætio qa differebat ſolutionẽ vt in.c.in ciuitate ſ.e.vel emebat cũ pacto de retrouẽdẽdo cũ maiori p̃tio vł reperiũtur iſtrumẽ.vſuraria. ¶ Itẽ puto ſi reperiũtur ſui libri in quibꝰ ſunt rõnes vſurariæ . arg. in.d. cle.vna licet gl.ſentiat oppoſitum in.c.ſanè.xxiiij.q. ij.
7 ¶ †Sed quęro quia.ſ.dixi ſufficere argumẽta cũ fama:
d nũ qđ valeat ſtatutũ[d] epiſcopi vt per vnũ teſtẽ vel per tres de auditu vel p̃ quatuor teſtes ſingulares vel p̃ cõfeſsionẽ factã extra iudiciũ coram quocũq; poſſit cõuĩci de vſura.Fed.cõſi.xvĵ.cõſuluit quod nõ vt cõmuniter tenetur:quia epiſcopꝰ nõ põt tollere diſpoſitionẽ iuris cõmunis cũ ſit inferior.pro hoc quod no.Io.an.in ſimili .in.c.fi.de appel.libro.vj.&.c.vlti.de offi. Archipreſby.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Maritus nõ tenetur fructus pro dote promiſſa in ſortem computare.2.ſecus eſt in ſuo hærede.4.*

3 *Si pro dote promiſſa muneranda certo tẽpore dentur tot ſolidi pro centenario ſingulis menſibus,an ſit vſura?*

4 *Pro dote ſoluto.ma.reſtituenda ſi detur vxori aliquod pignus tenetur fructus pignoris in ſortem cõputare.*

5 *Statutũ quòd donec reſtituatur dos mulieri ſoluto.ma.teneatur hæres mariti certũ quid dare vt poſsit inde ſe alere: valet eo caſu quo tenetur hæres ipſam alere donec reſtituerit dotem aliâs ſecus.*

7 *Hæres mariti tenetur alere vxorẽ mariti defuncti donec reſtituerit dotem:ſi non habet vnde aliunde ſe alat:aliâs ſecus.*

¶ CAP. XVIII.

1 **S**Alubriter. ¶ †Maritus fructꝰ rei dotalis ,vel obligatæ pro dote non tenetur in ſortem computare. Vel aliter & melius .Maritus recipiens pignus pro dote promiſſa non tenetur fructus in ſortem computare.& eſt caſus ſingu.& alibi non probatur.hoc dicit.Primò ponit dictum & eius cauſam aſsignat ibi.*Cum frequenter.* ¶ Caſus literalis. Aliquis accepit aliquam in vxorem certa dote ſibi à ſocero cõſtituta:ſed quia ſocer ille pecuniã tunc temporis non dedit,& cum genero ſponſam tradidit,quaſdam poſſeſsiones pro dote dedit ſibi in pignus quouſq; dos fuerit ei perſoluta.quæritur vtrùm fructus percepti de iſtis poſſeſsionibus pignori obligatis debeant cõputari in ſortẽ? & reſpõdet Papa qđ nõ: cũ frequẽter fructꝰ dotis nõ ſufficiãt ad onera mr̃imonij ſupportãda.Ber. ¶ No.Primò ex tex.qualiter mari
c tus lucraſ fructꝰ dotis hoc eñ inductũ fuit ꝓpter one-

✣SEBA.SAPI.
b ¶ Manifeſtꝰ.Ex qbus conuincatur manifeſtus vſurarius & vide Ang. de are.in.§.ex maleficijs ĩ.ĩ. colum. inſtit.de act. Ale. in conſi.clxxĩj. ꝑ totum in.ĩ.parte. Lanfran.de oria ĩ cle. diſpendioſam col.viĩ.& in ver. tertia cõcluſio . de iudi.And . Siculũ in rep.rub.de fid. inſtru.chart. xvĩj. in vl.col. Fulg .in conſi.cxxxviĩ. incip.viſis præcepto. colum.ĩ.vbi dicit quòd fama cum aliquibus adminiculis probat vſurarium manifeſtum. & allegat not.hic et idem dicit Abbas in conſilio .lxxxj.incipiente.ex themate.in .ĩ. vo.

¶ Poſt mortem. Adde videndum eundem Abb.con
c ĩ.ĩ.lib.vbi eadem verba ponit.& vide eundem cõſi.j.lxxxj.cxiĩ.&.cxiiĩ.e .lib.

¶ Valeat ſtatutum. Vide Petrũ:da ancharan.in.c.canonum ſtatuta.in.iĩ. princip. q.in ver.accedatq̃.de coſti .vbi ponit an valeat ſtatutũ epi ꝙ p vnũ teſtẽ deponẽtẽ de veritate poſsit plenè cõuinci vſurarꝰ.& latè diſputat Ang. in.q.p eũdiſputatã q̃ ĩ.c. Aſtẽſis.miles.xxij.co.& duabꝰ ſe. poſt Fe.de ſeñ.ĩ loco ibi.p eum al.cum alĩs multis ibi per eũ adductis.
d

SEBA. SAPI.
a ¶ Pecuniæ, vide. Bald. nouellum in tracta. de dote in, vñ. parte primi tẽporis. in. iñ. priuilegio. Pet. de ancha. in. cõsil. cl. inci. in qõne que vertitur. Alexã. in. cõsi. xlj. inci. viso themate. in .v. volu. Paul. de ca. in. l. īsulã. §. vsuras. ff. soluto matri.

SEBA. SAPI.
b ¶ Et faciũt. Vide Paul. de ca. ī. l. j. C. de sum. tri. & fide. cath. Bal. in. l. fi. §. ꝑterea. C. de iure do. Ias. in. d. l. j. in vtraq; lectura. & in. l. de qbus. ff. de legi. & in. §. fuerat ff. de act. Are. in. l. diuortio. in princ. ff. so. ma. Paul. de ca. in. l. titia. ff. de sol. & Fel. in. c. cõsultationib⁹. de offi. dele. practi. pa. ī forma libelliquo agit ad dotis restitutionẽ. & Alex. ī cõsi. lxiij. ī. iiij. vo.

c ¶ Cõcludit statutũ nõ valere. & ita exꝑsse ẽt determinãt Bal. & Pau. de ca. ī. l. j. C. de sum. tri. cõtrariũ tenet idẽ Bal. in. l. fi. §. ꝑterea. C. de iu. do.

SEBA. SAPI.
c ¶ Persoluatur. Ad hãc materiam vide Alex. ī. cõs. c. ī j. vo. & in cõs. xlviij. ī. iij. vo. & ī cõs. xxvij. ī. iiij. vo. & ī cõs. lvj. et īcõs. cxxxiij. ī. iij. vol. & in cõs. lxxiij. & cõsi. cxlij. et cõsi. clvij. ī .v. volu.

e ¶ Et Adde Bar. & alios in. l. insulã. §. vsuras. ff. solu. matri. ī. d. at q natura. §. nõ tm. ff. de neg. ge. & in. cõsi. inci. Frãsisc⁹ vxorem quadã noïe thomasiã. & multũ latè et diffusè Lud. Rot. cõsi. ccccvij. inci. In cã ꝓpositæ cõsultationis circa celeberrimorũ do. consilia. &c. Pe. de anch. in cõ. cxxxviij. inc. In. q. quæ vertitur inter nobilem. d. & .d. Alexan. in cõsi. cciij. ī ci. Viso. processu cansæ vertẽtis inter Ioannẽ.

¶ Adde eñdẽ Abba. cõsil. lxxxiij.

animaduerti ad qualitatem & quantitatem delicti,& ad animum delinquẽtis,& ſecundũ hoc pœnam imponere,quandoq; accerrimã,quãdoq; grauẽ,quandoq; leuẽ: facit quod no.in.l.hodie.& in.l.aut facta.ff.de pœn.&.l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.facit. xxiiij.q.j.in.c.non afferamus. ¶ † Et no.etiã ex gl.fi.Epiſcopum poſſe cũ ſortilegio diſpenſare.ſ.vt non deponatur:ſed vt imponat ſibi alia pœna. ¶ † Vltimò hîc quæri poteſt nunquid per ius canonicũ ſeu ciuile ſit prohibita ſcientia aſtrologiæ,& nunquid eam exercẽtes peccent? Ioã.an.latè proſequitur hîc,& ad primũ concludit ꝙ hæc ſcientia non eſt in ſe mala,nec prohibita.cùm ſit vna de ſeptem artibus liberalibus:& iura præmiant has ſcientias exercẽtes.l.j.ff.de var.& extraord.cog.& facit tex.in.l.eorum.C.de male.& ma.ſed abijt hæc ſciẽtia in diſſuetudinẽ:quia ex eius occaſione homines quandoq; incidebãt in idolatriam[a] quia credebãt homines neceſſitatos eſſe corporibus ſupercæleſtibus.vt dicit Greg. xxvj.q.ij.in.c.ſors non eſt.§.his ita. ¶ † Ad ſecundũ.nunquid exercentes peccent:reſpondeo ꝙ ſi volunt prædicere ea quæ cauſantur ex corporibus ſupercæleſtibus, vel eclypſim lunę,ſeu ſolis ſiccitatem,vel abundantiam frumenti,non peccãt,dummodo nõ credant neceſsitatem ineſſe:quia Deus põt aliter facere q̃ aſtra indicẽt: Et ideò dicit gl.ino.in.c.non licet.xxvj.q.v.ꝙ medici in dando medicinam,& ruſtici in ſeminando &c.nõ peccant inſpiciendo curſum lunæ,vel ſtellarũ, dummodo non credãt neceſsitatem ineſſe:quia iſtã corpora ſuper cæleſtia ſunt ſigna rerũ:& non cauſæ.Itẽ beatus Tho. ſecunda ſecũdę.q.xc.art.v.Aut volunt iſti aſtrologi prędicere caſus fortuitos hominũ certitudinaliter hoc aſſerentes,& peccant:quia licet corpora ſupercæleſtia habeant inclinationẽ:non tamẽ neceſsitatẽ: quia homo licet inclinetur ſecũdũ diſpoſitionẽ corporis ad aliquod vitium:tamẽ per rationem liberi arbitrij põt aliud facere:anima enim nõ ſubijcitur iſtis corporibus ſupercœleſtibus:Sed quia pleriq; homines ſequuntur vires ſenſitiuas & appetitus naturales,& captiuant liberũ arbitriũ & rationem intellectus:& ideò quandoq; aſtrologi dicunt verum.dicendo ꝙ talis diſpoſitus eſt ad tale vitiũ. Sed ſi aſtrologi dicunt quẽ inclinatũ ad tale vitium, vel quia aſtra inclinant ad tale quid,nõ tamẽ imponunt neceſsitatem,nõ peccãt. ¶ † Sed iuxta prædicta põt quęri de alia quæſtione quã facit & ponit Old.conſi.lxix.nunquid alchimia ſit prohibita,[b] & ſic nũquid exercentes eam peccent? videbaſ ꝙ ſic:quia vna ſpecies cõuertitur ſeu trãſmutatur in aliã,cùm plumbũ efficiatur argentũ vel es aurũ &c.Sed citra deũ nemo poteſt vnã ſpeciẽ in aliam trãſmutare.vt.xxvj.quæſtio.v.in.c.Epiſco.§.quiſquis ergo.Old.tamẽ cõcludit oppoſitũ:quia in hoc vna ſpecies non mutaſ in aliã diuerſam:cùm omnia metalla procedant ex eodẽ fonte.videlicet ex ſulphure & argento viuo.ſed vbi eſt melior influentia aſtrorũ.ibi producitur metallũ pretioſius.Vnde per influentiã aſtrorũ & cum herbis & lapidibus quibus inſunt multæ virtutes poteſt naturaliter vna ſpecies metalli conuerti in aliam ſpeciem magis pretioſam.quod eſt notandum.

SVMMARIVM.

1 *Electio prælatorum,vel aliorum ſimilium vt iudicum,eſt prohibita fieri per ſortem:quia per rationes de quibus j.nu.3.inter laicos:tamen huiuſmodi electio non prohibetur.3.*

2 *Actus explicandus collegialiter debet fieri omnibus in vnum conuenientibus.adeò quòd non valeret,ſi omnes per ſe dicerent votum ſuum.*

4 *Electores poſsunt vnum ex eis eligere.*

5 *Electio facta per ſortem eſt nulla.*

6 *Sorte dirimi quando ſit prohibitum etiam inter laicos: vide hic plenè.*

¶ CAP. III.

1 Eccleſia. † Non ſolùm electio per ſortes fieri non debet,ſed etiam electiones cõpromiſſariorum per ſortes aſſumi nõ debẽt.hoc dicit.In prima ponitur electio.In ſecũda electionis proſecutio,examinatio,& reprehenſio.In tertia gratioſa confirmatio,& ſortis prohibitio.Secũda ibi: *Procuratoribus.* Tertia ibi: *electionem.* ¶ Caſus literalis. Vacante Lucana eccleſia canonici cõuenientes in vnũ de futura paſtoris electione tractaturi,elegerunt vnũ ex ſe per ſortem,qui vice capituli tres elegit electores,per quos vice omniũ prouideretur eccleſiæ de paſtore.quorum duo ex illis tertiũ ex ſe magiſtrum.R.ſcilicet elegerunt. quod expreſſè licebat eiſdẽ:quia ſub hac forma eis data fuerat eligendi poteſtas:vt ex ſe vel ex alijs eligere poſſent.Electionem iſtã per nuntios ſuos præſentauerunt domino Papę petẽtes eã cõfirmari.Dominus Papa examinato tali proceſſu digno multa reprehẽſione: pro eo quòd ſors in talibus interuenit,electionẽ celebratam de prędicto magiſtro ad gratiã confirmationis admiſit:ſortis vſum in electionibus perpetua prohibitione condẽ-
2 nans.Ber. ¶ † No.j.ex tex.ibi: *conuenientes in vnum &c.* argumentum ꝙ actus pertinentes ad collegiũ debẽt expediri collegialiter:& per congregatos in vnũ.De quo vide quod not.per gl.in.c.j.de rebus eccle.non alie.lib.
3 vj.& latius dico in.c.cũ omnes.de conſti. ¶ † Secundò
c no.ꝙ ſors [c] nullo caſu poteſt interuenire in tractatu electionis,& ratio eſt,quia poteſt aſſumi indignus,cũ ſors poſsit ſuper eum cadere.Item per ſortẽ tentatur Deus. quia volunt facientes ſortẽ ꝙ Deus inuiſibiliter reuelet meliorem:nam debẽt ipſi ex quo poſſunt eligere meliorem,& nõ tentare Deum eligendo & promouendo.Et intelligo hoc ſecundũ doc.in electione ad officia eccleſiaſtica:ſeus autẽ inter laicos, vel inter clericos quo ad temporalia.quia hîc vſus ſortis nõ reperitur in illis prohibitus,ex quo tantùm ſubijciunt ſe fortunæ: & ita in multis locis faciũt laici eligentes officiales per ballotas ſeu breuia:quod not.melius tamen puto abſtinendum:
4 quia militant rationes ſuperius allegatæ. ¶ † In glo.j.in fi.Communiter tenetur opi.cõtraria.quòd etiam data poteſtate ſimpliciter poſſunt eligere vnũ ex ſe:de quo dic vt plenè no.in.c.cùm in iure.de electio.& in regula in toto.de reg.iur.lib.vj.in mercu.vbi ponitur quæſtio notabilis:Nunquid ſi in vniuerſitate ſint tantùm duo,
5 poſsit vnus eligere alium. ¶ † In glo.in ver. *ad gratiam.* in fin.No.gloſ.quòd electio debet caſſari, vel potius eſt nulla,quando ſors in ea interuenit:nam eſt facta contra diſpoſitionem iuris,& contra formam.c.quia propter.
6 ſ.de elec.vbi datur forma electioni fiendę. ¶ † In glo.fi. in fin.Et quare prohibetur ſors in electionibus.ſ.tetigi. In alijs autem dicit Ioan.andr. ſecundum legiſtas.quòd aut factum eſt incertum,aut ius.Primo caſu in iudicio non admittitur ſors:ſed dicenti incumbit onus probandi:vt.l.ei qui.ff.de probatio.&.vj.q.vlti.c.actor.Si verò ius eſt incertum,ſed factum certum:& tunc aut tractatur de præiudicio alterius quàm cõtendentium:& tunc ad petitionem illius Iudex facere poterit fieri ſortem. argu.in.l.huiuſmodi.§.fi.ff.de lega.j.vt quia duo ſucceſſerunt in locum legatarij,& vnus vult intentare vnam actionem,& alius aliam pro eadem re: aut tractatur de præiudicio contendentium,& ſi volunt fortunam iudicem diſcordię eligere,non compelluntur:ſed mutuò ſe impediunt:vt.l.ij.ff.quibus modis vſuſfructus amittatur.Sed ad petitionem alterius Iudex compellit ad ſortem:vt.l.ſi & ambo.&.l.ſi duobus.allega.in gl.Et de hac materia vide gl.in.l.j.C.vti.poſsid.& ca.licet.ſ.de probatio.& iſta procedunt in iudicialibus:ſed in extraiudicialibus ſors non eſt prohibita.Conſulerẽ tamen abſtinendum.per

a ¶ Vtrum admittantur plures simul ad accusandũ aliquem. Et de hoc vide per gl. in ver. accusatores. in. c. inprimis. ñ. q. j. Quidam autẽ econtra. vtrum vnus possit accusare plures in eo. libel. vide gl. in. c. prohibẽtur in ver. quęsitũ. ñ. q. j. & per gl. in ver. libelli. in. c. maximianus. lxxxj. di. Et adde quod his & similibus cuilibet est licitũ accusare plures. Vide Bart. in. l. j. §. accusatorẽ. ff. ad turp. & in. l. hos accusare. ff. de ac. Item vide Bar. in. l. nihil interest. ff. de adulte. Itẽ de q. hic posita p glo. vide Inn. i. c. olim. in ver. idoneos. de acc. & q pluresad mittantur ad accusandum. est text. in c. eupheminum. ñ. q. iñ. quem ad hoc ibi põderat Arch. qui etiam dicit q Goffre. hic. & in. c. cùm dilecti. circa princ. de do. & cõtu. intelligit tex. illius. c. euphemiũ. q vbi vnus tantũ erat accusator. sed alĩ erant infligentes qui inciderant in turpillianum sicut accusator, si in calumnia deprehẽdatur. Et q possit simul de pluribus criminibus accusari. tenet Arch. in. c. lator. circa princi. xvj. q. v. & alleg. c. placuit. iñ. q. x. & c. si quis. ñ. q. vj. & idem tenet glo. iñ. q. x. in sum. quòd Archi. in. d. c. placuit. circa prin. Itẽ vide Archi. in ca. epiphanium. q. v. vj. vbi dicit quòd si plures vellent accusare. tamẽ nõ debẽt admitti, nisi se inscribãt. Et an possit simul cõmo uere inquisitionẽ contra vnum. vide latè per. d. Mari. in repe. c. qualiter & quãdo. in. xj. q. vj. q. princ. de accu. & an possit quis con tra plures in eo. libello agere. vide tex. in. c. literæ. de dil. & vltra ibi no. vide per Ang. in. l. si idem cũ eodẽ. in prin. ff. de iur. om. iud. vide text. in. l. si quis cum procu ratore. §. j. & ibi põderat Barto. ff. de procu. in authẽ. & in corp. vnde sumitur. C. de duo. re. et per Bart. in. l. iñ. §. pe. ff. de duo. re. in l. si plurib⁹. in prĩ. ff. de le. ñ. vbi concludũt q sic. si agatur ex ea causa. sed nendum. per ea quæ no. in. c. j. s̃. eo in glo. nisi necessitas aliud inducat.

De collusione detegenda. Rubrica.

¶ Quia in collusione inest falsitas: ideò subñcitur hæc rubrica de collusione &c. De materia rubricæ respectu quo colludens preuaricatur, habetur. ñ. q. iñ. in. c. si quem. §. fi. facit tex. in. c. ñ. in fin. de procura. libr. vj. & in cle. constitutionem. §. sanè. de electio. Et collusio est inter actorem & reũ latens & fraudulenta conuentio: vt voluit gl. in. c. iñ. j. eod. in versicu. collusione & vide glos. ij. q. iij. c. si quem. §. notãdum est. dicitur colludẽs falsum committere. quia aliud agit, & aliud simulat.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Accusator si desistat ab accusatione, debet Iudex perquirere an fecerit per collusionem.*

2 *Accusatores criminaliter efficiuntur inimici accusati.*

3 *Accusatores plures super eodem crimine, an & quando debeant admitti?*

4 *Eleemosyna data ad pompam, potius demeretur: quàm meretur.*

Missa si audiatur vt facilius quis possit fœminas videre, potius est peccatum quàm meritum.

5 *Liti quibus modis quis possit renuntiare: & quando non?*

Agere quibus casibus quis compellatur?

6 *Transactio non potest interuenire in causis spiritualibus: vel popularibus: intellige vt j. c. audiuimus. in. j. nota.*

7 *Transactio potest interuenire in causis vbi venit imponẽda pœna sanguinis: præterquam in adulterio.*

8 *Transactio in quibus causis criminalibus admittatur?*

9 *Pœna sanguinis, an imponatur de iure canonico?*

Transactio quid operetur in causis criminalibus.

Dans pecuniam ne accusetur, non censetur fateri crimen.

¶ CAP. I.

1 SCripta. † Si accusator ab accusatione desistat, debet Iudex inquirere an per collusionẽ hoc faciat. Ita summatur cõ muniter: Sed ego sic summa rem videlicet. Accusatore desistente ab accusatione, potest Iudex ex officio suo inquirere super crimine illato: quod intellige: vt infrà subijciam. Primò ponit factum. Secundò decidit quæstionem circa factum ibi: *quia*.

¶ Casus literalis. Quidã accusauerunt Adrianum Episcopum: tandem accusatores cũ eodem in amicitiam conuenerunt desistendo ab accusatione: significatum fuit domino Papæ quod per collusionem desisterẽt ab accusatione: Vnde Papa scribit Episcopis de Corinth. super hoc, dicens q̃òd qualitas facinoris nuntiati ipsum inducit vt talia dissimulare non debeat, præsertim cùm gratiam inter se feciſſe dicantur. Vnde mandat hoc diligenter inquiri, ne fortè huiusmodi cõcordia nõ ex charitate, sed ex præmio sit comparata.

2 Bernar. ¶ † Not. j. ex tex. quòd plures accusa
a tores[a] seu denuntiatores possunt admitti cõtra aliquem. & dic melius: vt infrà dicam in glo. j. Secundò not. quòd per sortes, seu pretium non est licitum desistere ab accusatione: quod intellige: vt infrà subijciam. ¶ Item nota quòd accusatores criminaliter in dubio efficiuntur inimici accusati. facit tex. in. c. cũ p. s̃. de accusa. & statim cùm desistunt, reuertuntur in amicitiam: vt hîc dicit tex. Et dicitur accusatio id est illaudabilis intentio: vt in c. si quis Episcopus. ij. quæstio. vij. & Iudex ex officio suo debet inquirere de modo desisten
3 di scilicet an sit licitum vel non. ¶ † In glossa prima in fin. Not. glos. & dic latius quòd aut interest omnium accusatorum æquè principaliter: & tunc omnes admittuntur ad accusandum: vt. l. iij. §. si plures. ff. de sepul. vio. quisq; enim debet admitti ad prosequẽdum ius suum proprium: Aut prosequuntur vin-
b dictam publicam,[b] & tunc Iudex debet eligere idoneiorem: vt in. l. si plures. ff. de accu. sed si non excipitur, nec iudex eligit: & tunc valet iudicium cum omnibus agitatum: vt voluit ista glo. & benè not. in. d. l. si plures. & hoc colligitur intelligendo text. in accusatoribus: sed potest intelligi in denuntiatoribus: & pro hoc text. ibi. *nũtiati facinoris*: & tunc argu. gloss. non colligitur: sed potest colligi
c quòd plures admittuntur ad denuntiandũ[c] licet non ad accusandum. æquum tamẽ esset etiam in prosequenda denuntiatione eligere vnum propter faciliorem expeditionem causæ. arg. in. c. olim. de accu. & de pluribus procuratoribus. vide tex. in. c. si duo. de procuratoribus libro sexto & c. penulti. de electionibus eodẽ libro sexto. ¶ † In glo. ij. in fin. not.
4 bene glos. quia quotidie allegatur. & pro hac glos. optimè facit text. iuncta gloss. in. c. vide quantum. j. q. j. vbi dicitur quòd dans eleemosynam, vel sustinens martyrium ad pompam peccat: ita quòd non meretur: sed demeretur: quod bene no. ad idem facit tex. cum glo. in. c. odi & proieci. xxiiij. q. j. vbi gl. arguit cõtra scholares qui vadunt ad ecclesias non vt audiant missas & diuina: sed vt videant dominas. & facit. c. relegãtes vigesimatertia quęstio. quinta. ¶ In gloss. in versicu. *feciſſe gratiam*. No. glos. & maximè not. etiam inquantum dicit quòd secundum ius canonicum omne crimen censetur quasi publicum. & idem no. ij. quæstio. iij. in. c. si quẽ. §. vlti. vbi est etiam bona glo. de hac materia: & fortè ideò censetur quasi publicum: quia ius publicum non solùm intendit prouidere hominibus, vt sit concordia inter eos: sed etiam vt secus si ex diuersis: vt. l. ad officiũ. quã ibi ponderat Bal. C. cõmuni di. & l. hos accusare. §. j. & ibi no. ff. de accu. de quo vide pulchrè per Spec. in tit. de libel. cõcep. §. fi. ver. sed pone cũ duobus seq. & per Bart. in. l. inter liberas. §. fi. ff. de adul. per Cy. & Bal. in. l. quãuis. C. si cer. peta. per Bal. in l. edita. in repe. perusina. in. xxv. col. C. de eden. & in. l. ab eo in. iñ. col. C. quo. & quãdo iu. & per Ang. in. l. j. §. fin. ff. si pars hæpe. & per doc. in. c. j. vel. ij. de libel. ob. & de illo arti. an in vna accusatiõe de crimine alius admittatur ad accusandum de eodem crimine. vide per Spe. in tit. de accusato. §. j. in. j. colũ. ver. item q nõ potest quis. & ver. se. & in ea. col. ver. sed an in eo libẽllo potest quis. De illo autem arti, an quis possit plures ĩ eo. libello accusare. vide per Spec. in. d. ti. de accusato. §. j. circa princi. & ibi omnino latè Ioan. an. in addi. & an liceat in eod. libello similiter accusare mascũlũ & fœminãq; similiter delinquunt. tex. est in. l. reos. C. de adul. sed secus in crimine incestus. text. est in. l. qui pupillam. §. j. ff. de adult. & in. l. vim passam. §. incesti. eo. titu. in crimine tamẽ adulterij. licet similiter ac cusare illũ qui prę buit domum text. in. l. nihil. §. fi. ff. de adulte.

✠ SEBA. SAPI.

b ¶ Publicam. quòd multa admittãtur parte nõ opponẽte quæ aliàs nõ admitterentur. vide cumulata in. c. ĩter monasterium. col. xvj. de re iudi. & in. c. pastoralis. co. pe. & vlti. s̃. de except.

✠ SEBA. SAPI.

c ¶ Ad denuntiandum. Hanc differẽtiam inter accusantes & denuntiãtes ponit gl. in. c. quoties. j. de purga. can. sed cõtrarium tenet Abba. & alĩ in. c. i. s̃. de accusa.

a ¶ Est popularis. Vide Bar.ī dispu-
tatione incipiente Iudex maleficiorū vbi allegat istum text.sed Pe.de ancha. ponit in.c.fe. And.Barb.

b ¶ An in criminali causa liceat transigere.Et adde gl.in c. præuaricator.ij. q.iij.in glo.mag.in c.j.de iura.calū.itē adde hic quōd no. Anch.& Ioā.an.in c.j.de accu.in.vj. vbi dicunt de Epi scopo q dedit pecuniam ne accusaretur de crimine. ꝙ licitè hoc potuit facere ante litē motam:itē in illo art. vtrum liceat transigere in criminali. vide Lu.ro.in suis singu.incip. quæro an liceat trānsigere.& vide gl.in l.j.C. de pœ. iudi. qui ma.iudi.& an si ex statuto pro pœna corporali īponitur pœna pecuniaria possit interuenire transactio.vide Albe.in ij.parte.sta.q.ccxxvj.Itē vide Arch. in.ij.§.in omnibus causis.c.fi quē quę stio.iij.vbi dicit ꝙ cum in foro ecclesiæ non habeat locum pœna sanguinis, non potest secundū canones in criminalibus trānsactio fieri,sed gratuita pactio: & vide quod de hoc no.Archi. in.c.studendū. xc.di. quia illud idē quod dicit Archi.in.d.§.in oībus.repetit ipse Archi.in.c. primates.q.quęstio.ij.itē vide omnino quæ de hoc multū latè scribit Imol. in.c. proxim.& beatus Tho.in secūda secundæ.q. lxix. ar. ij.& tex.& Bar.& Bald.& ibi omnes legistas latissimè in l. transigere. C.de transact.& Spe.in tit.de accu.§.j. vj. col.ver.item reperitur accusator. si iam trānsegit.text. in.l. crimen adulterij.C.de adulte.
¶ Adde an valeat transactio in criminali de iur.ca.Pau. de ea.consil.cxix.

eos dirigat ad deum:& in puniendo delictū habet principaliter respectum ad deum : vt in capi.nouit.de iudi. ¶ † Et pro intellectu materiæ huius glo.concludendo aliqua breuiter.quia materia esset satis longa, præmitte quòd multis modis potest quis à lite recedere. Primò propria authoritate siue proprio motu:quia sic sibi placet.Secundò per gratiam.vt quia ad preces rei vult recedere à lite.Tertiò per transactionem: vt quiá recedit à lite aliquo sibi dato vel retento.nā ista est propriè trānsactio:vt in.c.super eo.de transactio : vt in.c.super eo.de transact.Quartò per abolitionem.videlicet impetrando à iudice facultatem recedendi : & vt accusatio aboleatur & deleatur,& canceletur ex aliqua causa,quia per errorem vel calore iracundiæ eum accusauit, vel ex aliqua causa legitima: vt.l.ij.C.de aboli.vide tex.cum glo.ij.q.iij.in c.si quem pœnituerit. Et ex his præmissis. dic quòd aut quærit nunquid liceat recedere à lite in causa ciuili,aut criminali. Primo casu:ante oblatum libellum licitum est regulariter recedere etiam motu proprio.Item per gratiam & transactionem, quia nemo inuitus compellitur agere.C.vt nemo inuitus.in rubro & nigro.& no.in.c.causam.de dolo & contu.quandoq; tamē ratione infamiæ: quia vel reus vult recedere de ciuitate,actor compellitur agere:vt in.l.diffamari.C.de inge.manu.&.c.conquerente, secundum vnam lect. de offic.ordi.& quod no.glo.in.l.j.C.vt nemo inuitus.Post oblatum verò libellum, & fortius post contestationem litis non licet recedere ab ea propria authoritate imò compellitur agere:vt in.d.c.causam.& in authen. qui semel.C. quomodo & quando iud. nisi vellet renuntiare liti,& causæ in totum:vt.l. postquàm liti.C.de pact.sed per gratiam & transactionē,licitus est recessus, nisi sit actio famosa vt actio furti.vt in.l.furti.alleg.in gl. nisi sit talis causa quæ non dependeat à libera voluntate litigantium : & sub hoc membro potest comprehendi causa matrimonialis. ¶ † Item alia causa spiritualis.in qua non potest interuenire transactio strictè sumpta:vt in.c.super eo præalle.Item si causa est popularis[a].non enim licet transigere nisi deferendo iuramentum:vt in.l.eum qui.in.§.in popularibus.ff.de iureiuran.Secundo membro principali . quando causa est criminalis:[b] & tunc aut agitur de crimine ciuiliter. & dicendum : vt.§.dixi in causa merè ciuili: aut agitur de crimine criminaliter, & tunc aut vult desistere ante inchoatam litem,vt puta antequàm se inscripserit ad pœnam talionis:& potest: vt in.c.licet.de accusatio. & in.l.quæsitum.& quod ibi plenè no.ff.ad turpil. Aut vult desistere post inchoatam litem: & aut motu proprio,& non potest : & desistens incidit in turpillianum,& pœna turpilliani est:quia punitur in quinq; libris auri,& efficitur infamis,& potest proprio motu & arbitrio iudicis coherceri:vt in.l.iij.ff.de prę uarica.& in.l.ij.C.ad turpil.Si verò crimen est priuatum,& tūc non punitur pœna turpilliani,sed arbitrio iudicis:vt in.l.si quis repetere.ff.ad turpil.& sentit hîc gl.quòd non efficiatur infamis.Sed aliud sentit gl.in.d.c.si quem pœnituerit.& facit text.in.d.l.ij.C.ad turpil.quæ loquit indistinctè.& quæ dicātur priuata delicta,& quę publica.vide in Spe.de accu.§.ij.in princi. ¶ † Aut vult desistere per transactionē.Et tūc aduerte ad duas regulas quę in hac materia tradūtur in.l.trāsigere.C. de transact. Prima regula affirmatiua est.ꝙ vbicunq; venit imponēda pœna sanguinis,licitum est trāsigere.Fallit in crimine adulterij.Ratio regulę est:quia licitū est quocunq; modo redimere sanguinē suū,& ratio exceptionis est frequentia delicti, & in odiū eius. vnde vt adulteriū prohibeat:& ne ita frequēter cōtingat fuit sancitū vt nō liceat super eo transigere.Secūda regula est ꝙ in omni causa vbi nō venit imponēda pœna sanguinis non est licitū transigere.Fallit in crimine falsi.Ratio regulæ est ne crimina remaneāt impunita.nā publicæ vtilitatis est vt crimina puniantur:vt in.c.vt famę.de sentē.excō.Ratio exceptionis est,quia condēnatus de falso est quasi mortuus cū multi homines detestentur hoc crimen:& nulla fides isti amplius adhibetur. vnde tenēt multi quos sequitur Barto.in.d.l. trāsigere.ꝙ in crimine falsi potest indistinctè transigi quęcūq; pœna veniat imponēda prę dicta ratione. ¶ † Et per hoc infert ad.q.de iure canonico nunquid imponat pœna sanguinis:sed habemus aliquas pœnas quasi similes, quando videlicet pōt tradi curiæ seculari: & tunc satis credere ꝙ admittat trānsactio quod videtur sentire Gof.in sum.de trāsact.Idē putarem vbi venit imponēda pœna perpetuę detrusionis:licet contrariū senserit hîc.d.Ant. Sed primū tenet do.Card.in.d.c.fi.de transa. Et hoc dictū satis mihi placet,per no.per Inno.in.c.qualiter & quādo.el.ij.de accu.vbi dicit ꝙ ista pœna equiparatur mortuo.Itē quia sicut in crimine falsi licitū est tranfigere,hac ratione vt dixi:ergo & in ista pœna,quę videtur grauior.Et circa hoc pōt quęri quid in criminibus priuatis:nūquid admittat transactio indistinctè:& credo gl.hîc sensisse ꝙ sic: dum dicit ꝙ de iure canonico omne crimen censetur quasi publicū:ideò nō licet per trānsactionem recedere &c.quasi innuat ꝙ in priuatis licet trāsigere:& fuit ista quorundā opinio.no.in.d.l.trāsigere.Sed glo.ibi & Bart.& cōmuniter alij tenēt oppositū, vt etiā in priuatis delictis nō liceat trāsigere,nisi secundū regulas prædictas. ¶ † Quid autem operatur transactio vbi licita est.Breuiter dic quòd respectu Dei operatur vt ab isto actore non possit amplius molestari.Item finitur instantia,sed non præcluditur alijs facultas accusandi eundem de eodem delicto:nec etiā iudici quominus possit ex officio suo inquirere,super noua tamen instantia.& hoc in casibus in quibus iudex potest ex officio suo inquirere.ita concludit Barto.in.d.l.transigere.Ex quo infero.ꝙ de iure canonico post transactionem in casu licito factam non potest iudex inquirere de illo crimine,nisi præcedat infamia.Ex parte accusatoris operatur transactio:quia non punitur pœna talionis, nec efficitur infamis secundum quosdam:sed bene incidit in turpillianum.vnde debet in v.libris auri puniri si publicum est delictum: vel extraordinariè,si priuatum.vt no.Bar.in d.l.transigere.

in.j.impressis.
¶ Pro hoc facit in fi.glo.in.l.ij.C.qui testa.fac.pos.
¶ Tu dicas ꝙ imò ibi non equiparat hanc pœnā morti: sed pœnæ dānationis in metallū.quę non est pœna mortis,sed bene genus pœnę capitalis.vn de pro saluādo dicto & opi.d.Card. &.d.Ab.hic. dicas ꝙ doct.s.relati dū dicūt ꝙ pœna sanguinis,rectius dicerent pœnā capitalem.pro hoc pondera tex.in.d.l.trā sigere.C.de trāsac. dum dicit crimen capitale.& sic dicēdo saluatur opi. prædicta do.Car. relata ad theoricā Inno.in.d.c.qualiter el.ij.de accu.
¶ Adde pro equiparatione pœnarum Pe.de ancha. consi.clvij.

hæc abb. traditio est magis cōtra improbata. sm Paull. in l. transigere. 3.2. n. 415

d.l.transigere.Item reus non habetur pro confesso. Sed vbi aliâs transactio nõ esset permissa,habetur pro cõfesso:vt in.l.quoniã. &.l.furti.§.pactus.ff.de his qui not.infa.Item hoc casu posset iudex procedere super instantia inchoata,& punire reum.l.ij.C.de aboli.Sunt & alij defectus.de quibus not.in.d.l.transigere. Aut vult discedere à lite per pactum seu gratiam,& non licet transigere.& tamen hoc casu reus paciscens non habetur pro confesso. vt in.d.§.pact9.Aut vult recedere impetrata absolutiõe. & potest vt in.d.l.ij.C.de aboli.Et per hoc patet clarè & succinctè materia huius gloss.

SVMMARIVM.

1 *Accusator si desistat ab accusatione,an possit iudex ex officio inquirere,siue delicta sint prolata,siue non:siue sit finita instantia, siue nõ.*

¶ CAP. II.

a Crimina. b Desistente accusatore & accusato iudex prosequitur .h.d. non patitur congruam diuisionem. ¶ †Not.j.ex text. ꝙ regulariter de iure canonico recessus à lite per gratiam seu transactionem non impedit inquisitionem per iudicem fiendã.Sed tu intellige hoc.c. secundum materiam quam tetigi in.c.præcedenti.Vnde Hosti.ponebat duplicem intellectum ad hoc.c.Primum.vt intelligatur litera quando crimina erant probata:& tũc debet tex.exponi.*semel audita*.i.probata:& ibi. *indiscussa*. ideſt impunita: vt sit sensus quòd postquàm crimina sunt probata iudex potest procedere ad punitionem,licet accusator desistat quod not.pro hoc facit text.in.l.quãuis.C.de adult.Secũdus intellectus,vt litera intelligatur propriè quando accusator desistit ante probata delicta:& tunc potest iudex inquirere ex officio:quod intelligo si fama subest. Sed tu dic melius& latius:vt dixi in.c.præcedenti.nam vbi nõ est licita trãsactio,si accusator recedit à lite potest iudex procedere ad vlteriora etiam super illa instantia,quantuncunqũe non præcedat infamia:quia aut interuenit transactio,& reus habetur pro confesso: vt in.l.furti §. pactus.ff.de his qui not.infa. Aut non interuenit transactio,sed gratuita pactio vel propria authoritate accusator recedit à lite inchoata:& tunc super eadem instantia iudex procedere potest.vt.l.ij.C.de aboli.& dic vt dixi in.c.ꝑ præcedẽti.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium si efficiatur censuale per collusionem fraudulenter factam clericus priuatur ipso beneficio.*

¶ CAP. III.

1 Audiuimus. ¶ †Beneficio suo priuatur qui per collusionem illud constituit censuale. hoc dicit. Vel generalius & sic colludens in causa beneficiali priuari beneficio debet.h.d.Primò refert collusionem. Secundò illum priuari mandat.ibi. *Vnde*. ¶ Casus literalis. Quidam clerici super beneficijs quæ possident se permittunt & sustinent ab alijs molestari, & postmodum vt quęstioni cedant, & illi quietè possideãt quasi noïe trãsactionis soluũt alijs de ipsis beneficijs annuam pensionẽ,vt post mortem eorũ in beneficijs illis super quibus facta est collusio ius sibi valeãt vẽdicare. Peruenit hoc ad notitiam dñi papæ. Vnde mandat diocesano episcopo quatenus si cõstiterit ei clericos suæ iurisdictionis per collusionẽ fraudem huiusmodi cõmisisse,eos bñficijs illis super quibus collusum est non differat spoliare,cũ satis esset indignũ si fraus:& dolus quæ in præiudicium sui iuris & aliorum nituntur cõmittere, in eorũ incõmodum & iacturã non redundarẽt.Ber.¶ Not.j.ex tex.ar. à cõtrario.ꝙ super beneficijs licita est transactio vbi cessat collusio:sed dic ꝙ istud argumentũ à cõtrario nõ est verũ. quia habemus ius expressum in contrariũ.vt in.c.super eo.de trãsac. vñ cõclude ꝙ ista transactio non valebat etiã si collusio cessasset,nisi iudex ex offõ suo fecisset istã trãsactionẽ & cõpositionem: vt est bo.tex.in.c. nisi essent.de prębẽ.¶ †Secũdò not.pœnã cõlludentium super beneficijs,qñ per collusionẽ volũt trãsferre beneficia in alium modo illicito.Debent enim priuari huiusmodi bñficijs.

SVMMARIVM.

3 *Accusator per collusionem si desistat ab accusatione, non impedit facultatem iterùm accusandi.3.4.*

2 *Inquisitio cõtra prælatũ nõ debet fieri, nisi præcedente infamia scãdalosa aut periculosa.6.*

3 *Absolutus legitimè per viam inquisitionis, non debet amplius super dictis criminibus impeti,licet remaneat aliqualis infamia:secus si fuerit absolutus per collusionem.1.4.*

5 *Testium examinatio vel inquisitio,an possit alteri committi?*

7 *Actiones plures siue pœnales siue persecutoriæ, si cõpetunt: an si vna intentatur censeatur alteri renuntiatum?*

Cumulatio diuersarum actionum vna prius intentata,an fieri possit?

¶ CAP. IIII.

c 1 Intantum. b ¶ †Itẽ rũ cõtra illũ inquiritur de crimine qui per collusionẽ fuit absolutus vel sic. Absolutio de criminibus illatis per collusionẽ facta nõ impedit facultatẽ iterũ accusandi & inquirendi de illis criminibus.h.d. Diuidit.Nã prĩò ponit commissam inqsitionẽ relatã collusionẽ,& ipsi9 exitũ.Secũdò ponit bimẽbrem cõmissionẽ. Secũda ibi.*Discretioni*.¶ Casus lrãlis.Archiepiscopus Archerõtinus sup simonia & alijs criminibus intantũ fuerat infamatus,ꝙ sine scandalo & periculo nõ poterat ipm vlteri9 dissimulare.Vnde papa multorũ clamorib9 excitatus horũ inquisitionẽ cõmisit,sed propter tergiuersationes ipsius & calliditates cũ ipsis inquisitoribus & examinatoribus(vt dicebatur)collusionẽ fecerat:& testes duxerat corrũpendos.ita ꝙ nõ solũ ꝑdicti excessus remanserũt hactenus incorrecti,verũ etiã peiora priorib9 cõmittere nõ expauit. Vñ mandauit pa.qbusdã quaten9 si de hmõi collusione ac corruptiõe cõstiterit ex ĩtegro sup̃ primis excessibus & alijs alioqn super nouis dũ taxat inqratis q̃ videritis inqrẽda.B. †Not. j.ex tex.qualis debet eẽ ĩfamia:ad hoc vt fiat inquisitio cõtra ꝑlatũ.debet em̃ esse scandalosa vel periculosa.& idẽ vult tex.in.c.qualiter.el.ij.de acc.& declaravt ibi dixi.¶ †Scdò no.ꝙ absolutus legitimè per viã inquisitiõis non debet amplius super eisdem criminibus impeti.qd no.pro extentione.c.de his.s̃.de accu.& videtur optimè probare ista litera.ꝙ licet per absolutionem infamia non fileat:nõ est tamen licitum de nouo inquirere:quod no.& intellige nisi per collusionẽ fuerit absolutus.¶ †No.iij.ꝙ snĩa lata ꝑ collusionẽ.i.ꝑ frauduloſã cõuẽtionẽ nõ tollit facultatẽ iterũ accusandi & inqrẽdi de illis criminib9:perimit tñ instantiã.Nã papa hoc casu mandat integrè ꝓcedi.¶ †Vltrìòpõt colligi ibi.*corruptis examinatoribus*. ꝙ inquisitio põt cõmitti & examinatio testiũ.de quo tñ dicendum vt no.in aut.apud eloquentissimũ.C.de fi.instr. & dic vt dixi in.c.cũ cãm.de testi. ¶ †In gl. in ver. *scandalo*.ibi.*quæ scandalũ generat*. hoc est verũ in inqsitione fiẽda cõtra prẽlatũ tãtũ:sed cõtra subditum nõ requirit talis infamia scãdalosa:sufficit em̃ sola ĩfamia.Et ratio diuersitatis ponit in.c.qualiter.allegato ĩ gl. & dic vt ibi dicit per me. ¶ In gl.fi.in fi.hãc materiã plenè expediui ĩ.c.de his.de accu. & dic vt ibi dixi.¶ †Extra gl.Inn. posuit hîc ilã materiã quando alicui competunt plures

a ¶ Crimina. Vide Bal. in.l.athletas. §.fi.ff.de his q no. infa.& bar.in.l. q reus.ĩ fi.ff.de pub. iudi.

ZACHARI.

b ¶ Iudex prosequitur. Tu dic idẽ eẽ si in totũ non desistat,sed differat tãtum.ita not. Inn. in.c. cũ oporteat. s̃.de accusa. Bal.in sua marga.in ver. iudex. ver.xv.& ĩ l. si accusator.C. de accusa. & in authen.de sen.episc. §.fi.qd limita vt ꝑ Ale.ĩ l.fi.de accu. vt ꝓcedat ĩ casib9 in qbus iudex põt inquirere, vel quãdo accusat9 est in carcere. vt.l.j. de custo.reo.

c ¶ Pro intellectu huius decre. Vide omnino quæ scribit do.Anto.&.d. Archi.in.c.si quẽ pœnituerit.ñq.iij. & qd no.etiã Arc. in .§. in omnibus causis.

SEBA. SAPI.

a Plures actiões. Vide no.in.l. qđ ĩ hę redē.§.j.ff.de tributo.& latè doc.ĩ.l. edita.ĩ materia cumulationis .C. de edē.vbi Alex.col. iĵ.ver.ñ.fallit Bal. & alios . in le.j.C. de furtis.

b ¶ Vtrũ pueris posſit dari corpꝰ christi. Vide p sanctũ Tho.in. iiij.sentē. distī.ix. q.j .artī.v. circa fin .Et an & qñ minor ætas excuset vel nó,vide oĩno latè p Arch. in.c.q bõa.§.si ergo.ĩ.xj.&.xiiĵ.co. xvĵ.q.j. vbi ĩ hoc ar.alle.gl .ĩ.ver.minor ętas. in.c.ĵ.de apostola .Itē adde hic tex.cũ gl.in.c, pueri.j.q.j.Itē vide Bal.ĩ.l.data opera, ĩ.iiij.co.C. q accu. nõ posſ.Itē vide Salic.in.l.j.in vlt.co, ver.no.xvj.&ver. itē dicit Cy.q domus.C.de fal.mo. & ibi in versſ.vlterius.p hũc tex.istę opi.Sali.in.l.incapax.quo ad delictũ.Itē vide Do. ĩ.c.j .§.q verò ver. op.q minor.de regu.in.vj . Itē vide tex.in.c.j.& ibi oĩ no qđ not . domi. Anto,& do.Abb. circa prĩ.j.de sent. excom, & Lapus alleg.xciĵ.

SEBA,SAPI,

c ¶ Quod pueri.Vide Ang .are. in tractatu maleficiorũ in verbo scienter. vbi Augu.ari. dicit q si puer aliquē occidit nõ debet decapitari.videCoñ.ĩ cõs.xcv. vbidicit q si mĩor rapuerit mulierē debet mitiꝰ puniri.& dicit Pet.de anc.ĩ cõ.cclxxxiĵ. inci.ĩ restricto. circa fi.q sola miseratio ętatis attenuat culpas . & dicit Bart.vero.in cõsi. xxx.inci. Regatĵ scholariũ. ĩ fi.q si maior qnq eēt relegādꝰ ꝓpter aliqđ delictũ, ob illud minor nõ debet ita puiriſicut maior sed iudex posſet illud tēpus abbreuiare.

¶ Doli capax.Pone actiones,[a] nũquid vna intenta tollaĩ reliqua. & solet multũ allegari,& verè extracta fuit hæc gl.Innoc.ex dictis Accursij.instit .si qua. pau.fe.di.& clarius & ordinatius loquiĩ ibi Accur.q̃ hic Innoc.Io.an.remittit ad not.per se in.c.cùm dilectꝰ.de reli.do.sed ibi nihil dicit de suo:sed refert tãtùm ista gl.Inn.hîc.Vnde dic clarius post gl.allegatã.q aut cõpetũt alicui plures actiões pœnales:aut rei persecutoriæ:aut vna est pœnalis alia rei persecutoria.Primo casu. cũ omnes sunt pœnales,aut oẽs oriunĩ ex eodē delicto:& tunc vna tollit aliã per perceptionē nõ per cõcursum,nisi in id quod aliã excedit.tũc em̃ in id quod excedit nõ tollitur: pone exẽplũ.Aliquis per violentiam subtraxit mihi librũ.Ex hoc delicto cõpetunt mihi duæ actiones pœnales contra istum.Primò actio furti.quia cõtrectauit rẽ meam me inuito : & si furtũ est occultũ,cõpetit actio in duplum.Itē quia violētiã intulit:Cõpetit actio vi bo.rapt.& ista daĩ in qua druplum:Et sic ex eodē facto cõpetunt mihi contra illũ duę actiões pœnales:si ergo prius intentaui actionem furti & cõsequutus sum pœnam dupli:possum postea agere actiõe vi bo.rap.vt cõsequar vsq ad quadruplũ:& inquãtùm excedit aliam,secus autē si prius intētassem actionē vi bo.rap.& fuissem consequutus quadruplum:quia tunc nõ agã actione furti:quia illa excedit istã: de hoc est text. in.l.j.ff.vi bo.rapto.Si verò oẽs actiones poenales surgũt ex delictis vniuersis: tũc vnã nõ tollitur per aliã etiã perceptã: vt in.l.nũq̃.ff.de prius delic.Exemplũ:Surripuisti mihi seruũ, & occidisti:qa surripuisti,cõpetit mihi actio furti.quia occidisti,mihi cõpetit alia actio, Vnde licet intētauerim vnã actionē , & percęperim duplũ vel quadruplũ : nõ tollitur alia actio.& hoc quo ad primũ.Secundo casu qñ sunt rei persecutoriæ:Aut competunt cõtra eundē,& tunc vna tollitur p aliã pceptionē, & nõ per cõcursum.vt in.l.si merces.§.culpę. ff.locati.Exemplũ. Locaui titio possessionē meã:ipse verò incidit multas arbores : & sic dedit mihi damnũ : tunc multæ actiones ad consequēdũ ęstimationē dãni cõpetũt mihi contra eum.nã possum agere actione locati: qa malè versatus est in re locata . Itē actione leg.aqlię q̃ daĩ pro dãno dato cõtra quēlibet extraneũ.vt.ff.ad.l.aql.per totũ.& etiã aliæ cõsimiles cõpetũt.vt ĩ.d.§.culpæ.Si ergo priꝰ intētaui actionem locati,& cõsequutus sum ęstimationē dãni.nõ possum postea intentare actionē.l.aqui. qa iã percepi estimationē damni per vnã actionē.Si verò competũt cõtra diuersos,& tunc vna non tollitur per aliã etiam perceptione.vt in.l.locũ.§. condemnatio.ff.de tab.exhi.vt si contra subtrahentem tabulas testementi egi ad damnum, & consequutus sum ęstimationem,possum nihilominus postea agere pro legato mihi facto. ¶ In tertio mẽbro.qñ vna est poenalis & alia rei persecutoria : Aut est poenalis originaliter, & tunc vna non tolliĩ per aliã etiã perceptione.Exẽplũ.Subtraxisti mihi librũ furtiuè.& egi cõtra te rei vẽdicatiõe prosequẽdo ipam rem:licet eam sim consequutus nihilominus possum postea agere actione furti.& sic ad poenam:& idē ecouerso:vt est text.in.l.si pignore.§.cum furti.ff.de fur.Fallit qñ vna actio esset ex iure ciuili, alia ex bñficio prætoris.Exemplũ.Cõtra nautam competũt mihi plures actiones pro rebus meis ibi subtractis.Primò actio furti, que est de iure ciuili.Alia actio nau.cau.stabu.q̃ fuit ĩdulta ex bñficio p̃toris.hoc casu vna tolliĩ per aliam.vt.l.iij.&.l .licet.ff. nau. cau.stabu.nec ob.c.cõstitutus.de in integ.resti. vbi nedũ succesſiuè,imò simul fuit intentata restitutio in integ.quæ est de iure speciali ex iudicis officio.Nã secũdùm Inn.ibi non cõpetebãt simul illæ actiones.Imò propter dubiũ intentauit illas alternatiuè.Si verò poenalis est accidẽtaliter & nõ originaliter:tunc vna tolliĩ per aliã.Exemplum:Contra auferentem mihi rem per me tamẽ cõpetit mihi actio qđ me.cau.q̃ accidentaliter est poenalis:& etiã competit rei vendicatio:tunc si ego intentaui vnã .& cõsequutus sum rem,non possum intentare aliã.l.metum.§.licet. ff.quod me. cau.

De delictis puerorum. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Pueri dicũtur vsque ad annum.xiiij.in masculo.in fœmina vsque ad.xij. aliquando tamen sumitur vsque ad annos.xvij.& .xviij.*

¶ Supra visum est de quibusdam delictis.Verum quia dubitatur an talibus puerilis ætas implicetur meritò annectitur hæc rubrica. Materia habetur.xv.quæstio.j.per totum,& iiĵ.quæstio .ĵ.c.j.& .xxiiĵ.q. v.c.paruuli.cum duobus ca.sequenti. ¶ †Sed quæro pro declaratione rubricæ qui dicantur pueri.Solu,secundum Ioã.and.Regulariter pueritia incipit in septēnio,& finitur in masculo.in.xiiĵ.& in fœmina in.xĵ. anno.nam hac ætate homines pubescere solent.l.fin.C.quando tuto,vel curat.essẽ desie.& quod not.in.c.puberes,de despon.impub.quandoq; tamen pueritia extenditur vsque ad .xviĵ. annum in masculo , fauore alimentorum:vt quando alimenta legantur vsque ad pubertatem : vt plenè not.in.l.mela.ff.de alimen.& ciba.lega.quandoque vsque ad.xvĵ. vt respectu exercendi officium aduocati.vt in.l.j.ff.de postu. quandoq; & seruientes dicuntur pueri.vt. ĵ .quæstio.vij.c.cum pastoris. & quod ibi nota.

SVMMARIVM.

1 *Pueri puniũtur ex omni delicto præterquàm in vitio carnis.*
2 *Puer non potest accusari de adulterio.*
3 *Pueri ex eorum delictis non puniuntur ita grauiter sicut maiores.videĵ. c.proxi .nume.4.*
4 *Puer potest esse doli capax regulariter supra septennium:sed etiam intra aliquando.5.*
5 *Irregularitatem põt incurrere infans doli capax.6.*
6 *Irregularitatem incurrit iudex si faciat aliquem decapitari,etiã iustè.*

¶ CAP. I.

b 1 Veris. [b] †Impuberes prẽter vitium carnis delinquere possunt,puniuntur tamẽ mitius quã adulti.Primò ponit dictũ qđ secundò reprobat ibi. *Quod meritò.* ¶ Casus literalis.Quidã nolebant pueris etiam grãdiusculis peccatum attribuere:nisi post.xiiij.annũ. cũ incipiant pubescere.dicit grego. Istud meritò crederemus si non essent alia peccata nisi quæ de genitalibus committuntur:sed furta:mẽdacia:periuria sunt peccata.& puerilis ętas plena est his veruntamen non ita punienda sunt in his vt in maioribus puniũ tur.Bern. ¶ No.j.ex text.quòd in.xiiij.anno quis efficitur ꝑpubes quod procedit in masculo.nam foemina pubescit in.xij. anno.vt in iuribus alleg.s̃.in rubrica.& quandoque ista ætas præuenitur. 2 vtĵ.dicam cum glo. ¶ †No.ij.regulã.q puero attribuiĩ oẽ peccatum præter delictũ carnis.nã præsumiĩ inhabilis ad coitum . Et ideo dicit lex q maio.xij.an.non põt accusari de adulterio.tex.est 3 in.l.minor.ff.ad.l.iul.de adul. ¶ †Tertio not . aliam regulam. q c pueri [c] ex eorum delictis nõ debent ita grauiter puniri sicut maiores.concord.in.cĵ. ꝓxi.c.fi ĵ.de sen.excõ.& l.auxilium.ff.de mino. 4 ¶ †In gl.j.in fi.Et dic cõmune eẽ vt ĩ septẽnio quis sit doli capax.nam

dera bene:quia text.dicit grandiusculis. & glos.dicit doli capacibus? & restringitur in septennio .quia pro certo glos.& doct.malè dicunt ex eo qa tex.ĩ.l.hæredibꝰ.ff.de dolo.dic tqñ est proximus pubertati. & dicit Ang.in.l.impuberẽ.ff.de fur.& ita intelligit illã.l.inquantũ dicit ꝙ pupillus doli capax. tenet furti,vt intelligat quãdo est proximus puber tati. Item põdera aliud: qa iste text. a debet intelligi grã diusculis. i. ꝓximis pubertati p d.l.hæredibus:sed qñ dicat ꝓximus pubertati.glo.ĩsti. de inuti.stip.in.§. pupillus.in versi. proximus.dicit in x.anno cũ dimidio.vide quę remi si ad Io.de imo.ĩ.l. ad testiũ.§.cõditionẽ.ff.de test .sed in 5 materia criminali nõ bñ dicit p text. in.l.excipiunt.ff. ad fil.vide ibi Bal. 6 Ego dico hîc fore casum nouũ & singularẽ pro grãdiusculis quãdo sunt proximi pubertati.Itẽ malè dicit hîc.do.Abb.ꝙ in infante dolus sup pleat ętatẽ tex.est in cõtrariũ in.l.impuberẽ in ver.infans.ff.de fur.qui ad hoc nõ allegat. Itẽ.d.Card.hîc dicit.ꝙ apud Gregoriũ non repit illud r qđ dicit gl.ĩ sum. xx.q.j.tu vide Io. an.ĩ.c.puberes. de despõ.impu.& in c.fi.de eo q cog.cõ sangui.sue.vbi alle.gl.inde summa. vide Hieronimũ ĩ epistola tex.vbi refert de salomone. ꝙ habuit in.x.anno filiũ ex filia regis pharaõis.&ibi dicit ꝙ illa nutrix infantuli exposiți quæ eum cùm eẽt

pax[a].nã & accidẽtaliter ꝑt añ illã ętatẽ eẽ doli capax.narrat eñ hîc Io.an.Greg.in dialogo dixisse quẽdã puerũ quinq annorũ solitũ iurare,blasphemare,& detestari fuisse à diabolo raptũ.vñ sicut pubertas ꝓueniri pot: vt j. dicã:ita & doli capacitas:nã infantes ideo nõ tenent ex delicto:qa nesciũt qđ agunt.vt.l.j. C.de fal.mo.q rõ cessat in doli capacibus. Et ex ꝓdictis posset multũ singulariter limitari text.in cle.vnica.de homi.q dicit infantes nõ incurrere irregularitatẽ si cõmittũt homicidiũ.vt intelligat nisi sint doli capaces.de quo dic:vt ibi no.¶ †In gl.ij.ibi. *præsumitur*. bene dicit ꝓsumit.nã vt le.in dialogo.& no.gl. xxj.ĩ sum.qdã pueri.x.ann.nutricẽ ꝓpriã reddidit ꝓgnantẽ .ꝑt ergo ꝓueniri ista pubertas: sed regulare est.vt.s.dixi.¶ †In gl.ĩ ver. *peccata*. b in fi.dicit tn Host. ꝙ licet infantes nõ puniant de delicto:tn si aliquos occidãt incidũt ĩ irregularitatẽ:qa irregularitas causat ex delicto.vt ĩ iudice:sed hoc dictũ hodie reprobatũ est ĩ cle.si furiosus.de homici.vbi dicit ꝙ nullã irregularitatẽ ĩcurrit:& ꝑt esse rõ diuersitatis ĩter iudicẽ & infantẽ.Nã licet Iudex nõ peccet faciẽdo aliquem decapitari: tñ ipe intẽdit illud factũ cõmittere:& videt qui dã error vt talis ꝓmoueat:sed ifans nõ cõsentit cũ nõ habeat cõsensum quod tene menti.

SVMMARIVM.

Puer percutiens vel interficiens aliquẽ debet puniri secundum consuetudinem loci.

2 *Statutum exigens pœnam pecuniariam pro homicidio est irrationale.*

4 *Pater non tenetur pro delicto filij etiã in legitima de iure communi.*

3 *Si aliquis mitius punitur ex aliquo delicto an incurrat pœnam statutariam?*

Puer verberans clericum,incidit in pœnã canonis si quis suadente:licet pro absolutione nõ debeat ire ad sedem apostolicam.

Participans cũ excõicato per metũ incidit etiã in excõicationẽ:licet metus attenuet culpam.

Cessio bo. admittit in delictis,sinõ habet vñ soluat.

Filiusfamiltas obligatur ex contractu & delicto.

decẽ annorũ induxit ad libidinẽ:adeò ꝙ spatio duorũ mẽsiũ cõtinuãdo emisit ille infans sparma. Itẽ põdera qa bene dicit dominus Abbas limitãs de cle.j. de homi.ꝙ in cõtrariũ videt tex.in.d.l.impuberẽ. And.Barb.

a ¶ Et circa iuramẽta pupillorũ. Vide oĩno Bal.in.c.ad nostrã.ñ.in vlti.colũ.vers.q̃ro nũq̃d pupillus. de iureiurã.& qđ le.& no.ĩ.c.pueri.&.c.paruuli.xxñ.qõ.v. Et pro intellectu istius gl.cũ tex. vide oĩno.Pau.de cas.in d.l.q iurasse.in prin.hic alle.in gl.ista.& ibi habebis veritatẽ huius artí. & vide tex.in.c.tribus.xxñ.qõ.iiñ.& tex.cũ gl.in ver. potuit.ĩ.l.fi.§.j.ff. de li.causa.& vide beatũ Tho.ñ.ñ.q̃stio. lxxxix.artį.v.cir.fi.vbi dicit ꝙ pueri habẽtes vsum ratiõis obligant suo voto vel iuramẽto quo ad deũ licet quo ad ecclesiã nõ obligent ante.xiiñ.annũ. Sed tu vide Imo.in rep. c.cũ cõtingat.in.iiñ.col.de iureiur.vbi post Hostiẽ.per istũ text.tenet ꝙ dispositio autẽ.sacramẽta puberũ.&.c.paruuli.xxñ.q.v.loquũtur in pubere doli non capace.& pro hoc facit illud singu.dictũ Guil.de cu.in.d.l. qui iurasse.in prin.ff.de iureiurã.de quo ita ibi exclamat Paulus de cast. quòd in eisdẽ terminis latius firmat idẽ Imo.in ea.repe. c. cũ cõtingat.in xxxj.char.ver.itẽ põt dubitari.ita dicẽs tenere Bar.in dicta autẽ.sacramẽta:licet multi alĩ contra.vbi etiam vide do.Ant.in.fi.j.colum.

b SEBA.SAPI.¶ Referente.vide Roma.in singulari vltimo incip. Item audiuisti.vbi alleg.hũc tex.ad hoc ꝙ quando statutũ vel cõsuetudo punit aliqd quod de iure cõi non est punibile non includit minorẽ.

c SEBA.SAPI.¶ Statuta. An valeãt hmõi statuta & cõsuetudines, Vide Feli.in rubri.s.de homi.Alexã.in.l.j.col.iiñ.qđ q̃sq iuris .Are.ĩ cõs. lviñ.inci.diligenter.col.vj.latè allegat præceptorẽ & affinem meum do. Rochũ Curtium in repe.c.fi.colũ.xxj.versi.ñ.infertur.s.de consuetudi.

d ¶ Est irrationabile statutum imponens pœnã pecuniariã pro furto,vel homicido.& idẽ tenet Hosti.in sum.de cõsti.& in.c.fi.de cõsue.& ibi oĩno.Bal.in.j.col.& Dom̃.in.c.ñ.in.j.col.de cõsue.in.vj.& per eũdẽ.in.c.fi.

c ¶ Referẽte. †Impubes pcutiẽs,als interficiẽs 1 aliũ nõ debet puniri poena pecuniaria scdm consuetudinẽ terræ. Nec ob hoc ꝙ põt exigi à prẽ:vel sic.Pater ex delicto filij ipuberis nõ tenet.vl tertiò.Puer nõ debet ita seuerè puniri sicut maior.Primò ponit appellãtis qrela. Secũdò iudicis datio. ibi. *Vnde*.¶ Casus literalis.Quidã puer.x.an. dũ cũ alijs pueris sagitaret: quendã aliũ fortuito casu sagita ꝓcussit,et mortuꝰ fuit.propter qđ Abbas sancti Remigij à prẽ ipsiꝰ pueri.c.solidos instãtius reqrebat scdm cõsuetudinẽ illiꝰ terrę.vñ dictꝰ.H.pr̃ pueri appel.ad pa.Sup hoc scribit pa.hermonen. eꝑo dicens ꝙ qa pueri nõ ita puniunt scdm leges sicut illi q sunt maio.ęta.Mãdat si cõstiterit filiũ dicti.H.intra annũ.xiiij.dictũ excessũ cõmisisse ꝓdictũ Abba. moneat,&cõpellat vt ab eodẽ H.ꝓdicto.c.solidos propter aliquã cõsuetudinẽ nõ exigat:nec reqrat protpali poena.Ber.

2 ¶ †No.j.ex tex.ꝙ ex cõsuetudine ciuita. põt pro delicto exigi poena pecũiaria ẽt ꝓ iudicẽ ecclĩasticũ.cõcor.c.dilectꝰ.de of.or.Ho.tn dicit hoc no.verbũ ꝙ cõsuetudines & statutad ponẽtia poenã pecũiariã ꝓ homicidio,furto e vel fitibus sunt irrõnabilia:[e] qa hoies exponũtur venales ad deliquẽdũ:nã talis timebit poenã mortis,seu corporalẽ,q de poena pecuniaria nõ timebit seu curabit dummõ satisfaciat volũtati sue.ar.in.l.in seruorũ.& in.l. aut facta.ff.de poe.et ĩ aut.de mã.prin.in.§.oportet Nõ ob.iste tex.debet eñ ĩtelligi qñ cõsuetudo erat vt possit exigi pecunia ex post facto: sed añ factũ delictũ nõ debet pecũia taxari ꝓ hoc 3 tex.xj.q.iij.ĩ.c.paup.†No.ij.prẽm n̄ teneri ad penã pecũiariã ĩ qua filiꝰ cõdẽnabit vñ tractat spec.ĩ ti.de sen.exc.ĩ.§.seq̃.in ver.qđ si filius. f nũqđ pr̃ teneat saltẽ in ltima[f] filij,vel ex alijs alimẽtis filio debitis soluere cõdẽ.filij&cõcludit ꝙ nõ .nã viuẽte prẽ legitĩa nõ põt separari à bonis prĩs.l.j.§.si ipuberi.ff.de colla.bo.facit qđ no.gl.& Bar.in aut.si qua mulier. C.de sac.san.ec.Quid aũt si subest statu.sicut ĩ mul

lo.an.ĩ.c.fi.de eo.li .& ꝓ Ioã. de ana. in rub.de homi. vbi dicit ꝙ bene valet statutũ imponẽs pœnam pecuniariam pro homicidio effectuali tãtũ: qa ibi etiã dicit ꝙ valet statutũ super homicidijs iam commisis.qa tũc videtur dispẽsare,secꝰ esset sup cõmittẽdis.Et ad.q.hîc posita vide no.per Ioã.de lig. in.c.ex ꝑte.de cõsue .vbi q̃ritur vtrũ valeat cõsuetudo ꝙ pro delicto imponat pœna pecuniaria. Et adde quòd nõ credo valere statutũ qđ imponit pœnã pecuniariã pro homicidio tm̃ :qa illud statutũ est cõtra verbũ Christi. qđ habetur ĩ euãgelio passiõis dñi cæ,qui dicit:q gladio ferit gladio peribit.& vide Io.de lig.in.d.c.fina. de cõsue.circa prĩ.& ibi Inno.sed ꝙ valeat istud statutũ tenet Ludo.Ro.in suis singu. & dicit de hoc esse tex.singu.in.§. pœna.ibi propter os fractũ numerariæ pœnę. insti.de iniu .& de q.hic posita vide per Albe.in.ñ.ptę sta.q.cxxiij. Et ꝙ pro homicidio ꝑ statutũ possit imponi pœna pecuniaria pro cõstãti ponit Bar.in.l.pe.§.ad crimẽ. vltra mediũ.ver. q̃ro extra gl.qđ si pro homicidio imponatur pœna pecuniaria.ff.de pub.iud.& in.l.ij.circa prĩ.eo.tit.sed ꝙ nõ valeat statutũ imponẽs pecuniariã pœnã firmat Bal.ĩ.c.ad nostrã.circa mediũ.de prob.Itẽ ꝙ valeat statutũ imponens pœnã pecuniariã pro homicidio pro cõstãti:ponũt Ang.& Sal.& Pau.de ca.ĩ.l.j.in prĩ.ĩ quadã.q.ff.ꝙ quisq̃ iur.de quo per Bal.fi.ĩ.l.j.C. de sum.tri.& ꝓ Pe.de Anch.hic ꝑ Ant .in.l.is q cũ telo.C.de sica. Bal.in l.gracchus.C.de adul.in.c.j.§.furtum.de pa.iur.fir.Itẽ vide Spec.in titu. de accu.§.j.in.ij.col.ver.qd si Iudex ipm.vbi dixit ꝙ valet consuetudo ꝙ qñ debet ĩponi pœna corporalis ĩponat,pecuniaria.Itẽ vide oĩno ꝙ elegãter de hac.q.hic posita põit bal.ĩ aut.cassa.ver.iij.q̃ro.C.de sac.san.ec. ADDE an valeat statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio.Fran.deare.consi.lxxiij.

e ¶ Pater non tenet pro delicto filij etiã quo ad legitimã,vel quo ad ea q̃ debent ei rõne alimẽtorũ.Et idẽ tenet Bal.ĩ.l.lege corne.ff.de vul.& pu. vbi etiã dicit ꝙ bñ valet statutũ ꝙ pater teneat ꝓstare legitimã fisco propter delictũ filĩ,alle,gl.formalẽ in rub.C.de decu.lib.x.vbi etiã no.dicit ꝙ stante dicto statuto pater tenetur ꝓstare legitimã de bonis q̃ habebat tpe delicti nõ de postea quæsitis.& sequit ibi Imo.de.q.hic posita.vide latè ꝑ Albe.in.j.parte sta.in.q.inci.Itẽ q̃ro an statutũ valeat.& est in ordine. qõ.xlviij.per Pet.de ancha.in repe.c.canonum statuta.de consti.in iij.princ.q.in.vj.col.illius.q.ver.quæro etiam an statutũ.Et aliud ad materiam istam dixit Pau.de ca.in.l.si filiosa.ff.so.ma.ꝙ si filiof.sit soluta

dos, & repetiť ab eo,& nõ ſit ſoluẽdo,ꝙ pater nõ teneť ẽt ẽ̃tũ ad legitimã ipſi⁹ filij.niſi ſtatutũ aliter diſponere qđ dictũ eſt intelligẽdũ qñ filio ſoluta eſt dosſine cõſẽſu patris. per tex.ĩ.l.ſi cùm dotẽ.§. trãſgredia mur.ff.ſol. mat. &alle.iſtũ text.Pau.de caſ.ĩ.d.l.ſi filio.& ſi dicit ſtatutũ ꝙ pater teneať ꝓ delicto filij,dubita tur an eo caſu pater teneať ꝓ delicto filij naturalis.

c tum de credulitate: [c] quando q̄ tamē poſſunt teſtes iurare de veritate: vt quādo negatoria eſt reſtricta ad certū locum, vel perſonam, vel tēpus: vt puta accuſatur titius de homicidio cōmiſſo in calēdis Iunij hora.xix. nā teſtes tunc bene poſſent deponere de veritate, iurando ꝙ illa die & hora fuerunt ſecum, & nō potuiſſet committere delictum quin vidiſſent: ſed hoc caſu non requiritur iuramentum de purgādo: quia plenè probaretur innocentia. de quo in.c.clerici.lxxxj.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus concurrit cum omnibus curatis in adminiſtrandis ſacramentis hominibus diœceſis.*

2 *Matrimonium non dirimitur ex eo quòd coniuges aßerāt aliquod impedimentum ſanguinis.*

3 *Appellari poteſt ab his quæ conſiſtunt in arbitrio iudicis.*

¶ CAP. VI.

NOs inter. Epiſcopus parochianū ſuū infamatū cōpellit ad ſe purgādū, niſi ab eo legitimè appellauerit. Communis diuiſio. Secunda ibi: *Conſultationi &c.* ¶ Caſus literalis. Aliq̄s parochianus ep̄i infamatus eſt de aliquo crimine eccleſiaſtico: quęritur vtrū epiſcopus deficientibus teſtibus poſsit illum compellere ad purgationem præſtādā. Reſpondet Papa ꝙ ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, deficiētib⁹ prędictis perſonis epiſcopus pōt eum cōpellere ad purgationē, niſi fortè ad ſuperiorē duxerit appellandū & ſi appellauerit, eius parebit iudicio ad quē
1 appellauit. Ber. ¶ † No.primò ex tex. ibi: *parochianū.* ꝙ quilibet de diœceſi pōt dici parochianus ep̄i. nā ep̄s concurrit cū quolibet curato in adminiſtrandis ſacramentis hominibus diœceſis: vt in.c.ij.de pœni. & remiſ. lib.vj.
a Ad idem.c.apoſtolicę.de dona.cū ſi. ¶ No.ſecūdò ꝙ ap parētibus accuſatore & teſtibus, infamato non eſt indicenda purgatio. pro hoc.c. cùm dilectus j. eo.&.c. ad noſtram.de ꝓb. ¶ Sed quęro. quid ſi cauſa eſt matrimonialis, nunquid ſit indicenda purgatio? Solu. dicit Inno. ꝙ aut agitur ad diſſolutionē mutuæ ſeruitutis, & tunc ſi vxor eſt infamata de adulterio, poteſt ſibi indici purgatio: in qua ſi defecerit, punitur vt conuicta: qa ſeparabit
2 matrimoniū quo ad torū. ¶ † Si verò agitur de diſſolutione cōiugij, tunc nō eſt indicenda purgatio: qa etiam expreſsè confitendo non poſſunt coniuges præiudicare matrimonio: vt in.c.ſuper eo.de eo qui cog. cōſan. vxo. ſuę. ¶ In glo.j.in fi.no.glo.iuncto tex. ſolet enim quotidie allegari:& hanc concluſionem glo.ſequitur Inn. hac ratione: purgatio nō indicit nisi in defectū probationū: vt in tex. ſed probationes nō poſſunt indici ſuper quolibet crimine corā iudice eccleſiaſtico cōtra laicum: ergo nec purgatio indici poteſt laico per ep̄m ſuper quolibet crimine. Archi.in.c.iij.de cōſue.lib.vj. tenet cōtrarium: quia epiſcop⁹ debet inquirere cōtra quēlibet de dioceſi ſua,& punire: vt in.c.de offi.ordi. Item iſte tex. loquitur indiſtinctè. intelligendus eſt ergo indiſtinctè.xxxj.q.j.c. qđ ſi dormierit. Concor. Hoſti.& bene ꝙ aut epiſcopus vult indicere purgationē laico infamato ad pœnā iudicialiter imponēdā:& non pōt, niſi in criminibus ſpectā-
c tibus ad eccleſiā. de quib⁹ in.c.cū ſit gn̄ale.de foro cōpe. aut vult indicere purgationē ad pœnitētiā imponendā. & procedat opi. Archi. Nam poteſt Iudex eccleſiaſticus quēlibet notū criminoſum compellere ad pœnitētiā: vt in.c.j.de ſpon.facit.c.nouit.de iudi. eodē modo pōt infamato indicere purgationē: qa nō debet pati vt laicus ſtet in peccato: ne ſanguis eius ex manib⁹ eius requirat.xliij. di.c.epheſijs.& ī.c.irrefragabili.s̄.de offi.ordi. ¶ In gl.fi. ibi: *quia excedit modum.* puta recepit teſtes indignos, vel
3 inimicos, vel nō vult recipere teſtes bonę famę. ¶ † Idē credo vbi epiſcopus nimis grauaret eū in numero purgatorū. nā licet numerus ſit arbitrarius tn̄ debet arbitrari vt bonus vir:& ſi aliter arbitratur, pōt ab eo appellari ſicut dicimus in dilationibus. qa licet ſint arbitrarię, tn̄ poteſt appellari, ſi iudex nimis decurtat dilationem. vt in.c.j.de dila. Idem vbi iudex arbitratur pœnam. nā pōt appellari ſi malè arbitretur: vide bonam gloſ. in.c. ſuper his.de accu.& text.cum glo.& Barto.in.l.ſi qua pœna.ff. de ver.ſig.

a ¶ Extraiudicialis confeſsio in criminibus facit indicium ſufficiens ad torturā:& illud dictū dicit.d. Albe. in.c. in hoc.de ſimonia.& in.c.fin. de confeſ.

ZACHARI.

¶ Adde ꝙ not.in apo. ad iſtū in.c. de hoc.nu. vij. in apo.in ver.ad ſup ponēdū torturæ. s̄.de ſimo. & in.c. q̄ ſit graue. nu.ij. in apo.in ver.torturę .s̄. de exceſ. præla.

¶ Adde de extraiudiciali confeſsione in criminali videndū Lud. ro. conſi.vij.& conſi. xciij.j.lib.

SEBA.SAPI.

¶ Extra iudiciū. Idē tenet Abb.in c.fi.s̄. de cōfeſ. cū alle.p Feli.in.c.de hoc.s̄. de ſimo. & Ange.are. in trac. malefi.in ver.necnō ad denūtiationē.ver.q̄ro an poſſeſsio. & p Fran. bru.ī trac. de iud. & tortura. colū. xliij. Pe. de anch. in cōſi. cclxxxvj. inci. ex prædicta.

ZACHARI.

b ¶ An & qn̄ debeat tangere. Tu dic de hac qō. vt plenè no. Lāfran. de ori.in.c. qm̄ cō tra falſam.§. Statuimus.ver. teſtiū depoſitiones. nu. j.ver. circa prædictū.& ibi plenè in apoſt. Cel.ī ver. tactis ſcriptis .s̄. de proba.

SEBA.SAPI.

c ¶ De credulitate. Caſus in quibus admittit teſtimoniū de credulitate ponit Iaſ. in rub. ff.de iureiur. colū. iij.cū ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus deficiens in purgatione, punitur vt conuictus.*
2 *Testes deponentes super vita & moribus alicuius, debent illũ cognoscere, aliàs nõ admittitur eorum dictum: an autem sufficiat cognouisse de futuro? vide j. nu. 5.*
3 *Infamatus, quomodo dicatur in purgatione deficere.*
4 *Absens infamatus, quomodo potest de infamia conuinci.*

¶ CAP. VII.

SEBA. SAPI.
a ¶ Infamatus. Qñ quis dicatur conuictus de crimine, & quomodo differat à cõfesso, declarat Deci⁹ post alios in c. at si clerici. col. ñ. ĩ. ij. not. s̃. de iudi.

1 CVm. p. ¶ † Compurgatores debẽt esse honesti, & notum habere eum quem purgãt, nec debent à iudice vel alio impediri: & deficiens in purgatione punit vt conuictus. h. d. Secunda pars ibi: *vt autem*. Tertia ibi: *deficientem*. Quarta ibi: *præcauens*. & est pars. c. cùm. p. s̃. de accu. ¶ Casus literalis. Petrus mãconella infamatus erat de simonia, pro qua fuit sibi indicta purgatio: quęrebat quales testes debeat habere ad ipsum compurgandum? Rn. pa. ꝙ purgatores illi debent talis honestatis & opinionis esse, quòd nõ sit verisimile eos odio, vel amore, aut obtẽtu pecuniæ deierare. & necesse est vt vitam & conuersationem illius cognoscant quem purgare debẽt. ¶ In fi. dicit ꝙ qui deficit in purgatiõe, ab officio & beneficio ecclesię est priuandus. Dicit etiã ꝙ ille qui in purgatione sua noluerit assistere, nullam maliuolentiã vel indignationem incurrere ostendat, nec impediat eos, nec ab alijs inquantum
2 in se est impediri permittat. Ber. ¶ † Not. j. ex tex. ꝙ cõpurgatores debent agnoscere vitam eius quẽ purgare volunt: & in hoc differunt isti ab alijs testibus. nam deponentes super contractibus vel alijs, nõ est necesse ꝙ cognoscant vitam eorũ contra quos vel pro quibus deponunt, nisi deponãt de qualitate inherẽte personis. de quo in. c. cũ causam. s̃. de testi. sed isti compurgatores cũ habeãt deponere de credulitate super vita & moribus purgandi, non possunt deponere, nisi habeant notã vitã &
3 mores eius. ¶ † Secundò not. ꝙ deficiens in purgatione priuandus est omnino officio & beneficio. Sed contra hoc oppo. de. c. ij. s̃. eo. vbi tantũ suspenditur. & melius facit. c. significasti. de adul. vbi text. propriè loquitur in deficiente, & non mandat eum nisi suspendi: ad idem. c. accedẽs. s̃. de accu. vbi non fit depositio. Sol. intellige hoc c. secũdũ casum. c. cũ. p. s̃. de accu. cuius est pars. nã ibi accusatio præcesserat de simonia: de qua conuictus deponendus est ab officio & beneficio: vt in. c. de hoc. & in. c. insinuatum. s̃. de simo. & in. c. inquisitiõis. s̃. de accu. ideo deficiens in purgatione in hoc delicto, perinde debet puniri ac si fuisset verè cõuictus: vt. d. c. de hoc. & . c. insinuatũ. secus aũt vbi quis deficeret in purgatione super alijs criminibus non exigẽtibus depositionẽ. de qua materia dic vt plenè dixi in. d. c. accedens. Et concludendo dicta doctorũ distingue hîc quo ad propositum. ꝙ aut negligit se purgare, seu venire ad se purgandum: & tũc nõ habet pro cõuicto: sed põt suspendi vel excõmunicari donec se purgauerit: & sic põt intelligi. c. excõicamus. el. j. §. qui aũt. s̃. de hęreti. & . c. ij. s̃. eo. Item vbi offert iuramẽtũ suum de præsenti: sed non põt habere compurgatores, sperat tñ de breui habere. & tũc ratione infamię põt suspẽdi donec se purgauerit. & hoc modo secũdũ Inn. põt intelligi. c. ij. s̃. eo. aut purgatione recepta purgandus deficit in ea: vt qa cõpurgatores non deposuerunt pro eo: & tunc iste debet puniri vt conuictus: vnde si delictum super quo erat infamatus & modus procedẽdi ante purgationem indictã exigebãt depositionem, iste deponet: si verò aliam pœnam, illa imponetur dũtaxat: & ita intel
1 lige hoc. c. & . c. accedẽs. præalleg. Idem dicendum vbi terminus peremptorius præfixus fuit ad se purgandum: tũc enim si intra illum terminum non comparet & se purgat, habetur pro conuicto secundũ Inn. hîc: sed pro hoc allego tex. no. secundũ vnã lectu. iij. qõ. ix. c. decernimus.
4 ¶ † Et ex hoc potest intelligi vnus singularissimus modus cõuincendi absentem de crimine lite nõ cõtestata. vt
a si est infamatus, [a] vel vehementer suspectus de crimine, citetur peremptorio præfixo ad se purgandum intra illum terminum, non autem ad comparendum tantùm. & tunc si non præstiterit purgationem intra terminum præfixum, habebitur pro cõuicto: quod tene perpetuò menti: nam limitat not. in. c. veritatis. de dolo & contu. & esset modus non exquisitus de iure ciuili. Habemus etiam secundum modum conuincendi absentem lit. non conte. vt contumax super crimine excommunicetur, & si steterit in excommunicatione per annum, tunc habet pro cõuicto super illo crimine, & potest puniri ac si verè fuisset conuictus. vt in. c. rursus. & in. c. quicunq; xj. q. iij. quod sic debet intelligi vt plenissimè tango in. c. j. de iudi. & de illis modis procedendi contra absentem not.
5 in. d. c. veritatis. & hæc dicta sufficiant quo ad tex. ¶ † In glo. j. in fi. Not. glo. nam videtur intelligere. c. interj. eo. vt procedat generaliter in quocunq; purgando, vt compurgatores habeant notam vitam purgandi nedum de præsenti, sed etiam de pręterito: sed Hostiã. in. d. c. inter. dicit sufficere vt habeant notitiam de pręsenti: & ꝙ ibi ponitur casus specialis. Nam (vt ibi videbitur) multa specialia concurrunt. Reducerem hæc dicta sic ad concordiam. ꝙ aut crimẽ de quo iste est infamatus fuit iãdudũ perpetratum: & tunc nõ sufficit habere notitiam de præsenti. nam ille potuit se corrigere, & viuere honestè. arg. in. c. interj. e. in fi. & maximè in iuuene qui de facili se corrigit: & hoc casu procedit ista glo. aut delictum fuit perpetratum de pręsenti: & tunc procedit opinio Hosti.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de graui delicto potest incontinenti suspendi ab administratione diuinorum: si delictum est enorme: aliàs secus. 3. videj. c. inter.*
2 *Infamia semel purgata non debet amplius purgari: nisi de nouo oriatur.*
3 *Lite pendente non debet quis impediri in possessione sua. Appellatione pendente non debet appellans spoliari re super qua fuit sententiatum.*
4 *Infamia facti in crimine successiuo tollitur per cõtrariũ factũ.*
5 *Infamatus si se purgauerit: an postea poterit de illomet crimine accusari.*

¶ CAP. VIII.

EXtuarum. Absolutio facta secũdũ purgationem vulgarem non tenet: & ea nõ obstãte potest indici de nouo purgatio, & admittitur accusatio. h. d. Cõmunis diuisio. Secũda ibi: *quia verò*. ¶ Casus literalis. Quidã presbyter. H. nomine infamabat de homicidio: propter quod episcopus suus ab officio sacerdotali suspendit eundem: ipse quasdam literas exhibuit antecessoris ipsius episcopi, in quibus continebatur ꝙ iudicio aquę frigidę suam innocentiam purgauisset, & episcop⁹ ipsum absoluisset: & quæsitum fuit à Papa vtrũm talis purgatio sufficit. Quia verò peregrina iudicia sunt inhibita: dicit papa quòd prædicta purgatio insufficiens fuit. vnde mandat episcopo. quatenus si accusatores idonei non apparuerunt cum. vij. manu, aut quinta sui ordinis, debeat se purgare: qua præstita suspẽsionẽ sine difficultate relaxet, & eũ boni testimonij
1 denuntiãs ab infamia homicidij absoluat. Ber. ¶ † No. j. ex tex. ꝙ infamatus de crimine graui potest incontinẽti suspendi ab officio donec se purgauerit. nã infamatus de graui delicto nõ debet interim administrare diuina, ne
2 scandalum oriatur in populo. ¶ † Secundò not. ꝙ semel absolutus

absolutus per purgationem canonicã non tenetur amplius se purgare, vt colligit hîc à cõtrario sensu. Quod intellige quando Iudex vellet iterum indicere purgationem vigore infamiæ, vel iudiciorum præcedentiũ: secus si infamia oriatur de nouo: qa oportet ꝙ ista purgaret. Ad hoc. c. fi. de collu. dete. & quod no. in. l. j. & l. repeti. ff. de quæstio. ¶ Tertiò no. modum procedendi purgatione præstita: nam debet absolui & denuntiari boni testimonij: & sic tollitur infamia seu effectus infamiæ facti. ¶ † In glo. j. ibi: *propter enormitatem delicti &c.* Ideo glo. hoc dicit: qa infamatus de delicto non debet à principio suspendi. qa pendente lite non debet quis impediri in possessione sua. imò si fuisset cõdemnatus & appellasset, debet integer remanere status suus pendente appellatione: vt in. l. vna. §. integer. ff. nil no. ap. interpo. qđ procedit etiam in clerico deposito: vt est glo. no. c. sæpe. s̃. de appel. ad hoc. c. significasti. s̃. de adulte. & ibi suspen fio fit post q̃ purgãdus deficit in purgatione. Sed quãdo tanta est infamia quæ generat scandalum, vel delictum est valde enorme, tunc potest à principio suspẽdi ab officio. vt hîc, & etiam à beneficio: vt j. eo. c. inter. Et vide quod no. Io. and. in. c. j. de accusa. lib. vj in nouella. ¶ † In gl. in ver. *absoluas.* ibi: *solius dei est.* D.ic hoc verum intelligendo infamiam precisè sine alio facto, sed per contraria bona opera de facili tollitur infamia[a] facti: quod intelligitur in crimine successiuo: vt patet in. c. inter j. e. in fine. Et in fine glo. hæc cauda gl. non facit ad propositũ quæstionis. est enim quæstio separata nunqid periurus puniatur ab homine. de quo plenè dicam in. c. fi. de iureiurã. & no. in. l. ij. C. de re. credi. ¶ † Sed quo ad principalem quæstionem glo. nunquid post purgationem[b] admittat accusator: variè loquuntur doc. & vide glo. in c. habet. ij. q. iiij. Et capiendo veriores opiniones concludendum est ꝙ aut purgatio non fuit canonicè præstita, & admittitur accusatio, vt hic non obstante purgatione, aut fuit canonicè præstita, & tunc aut interuenit accusator vt quia testibus deficientibus ratione infamiæ fuit indicta purgatio & tunc regulariter nõ admittitur accusatio. vt hîc in glo. in prin. & c. de his. & qđ ibi dixi. de accu. Aut non interuenit accusator: & tunc si terminus prius præfixus fuit omnibus accusare volentibus cũ clausula decreti. s. ꝙ post terminum non audietur accusator, tũc nõ debet admitti. arg. in. c. fi. qui ma. accu. pos. Aut non interuenit illa clausula decreti: & tunc si purgatio est præstita sed absolutio adhuc nõ interuenit, debet admitti accusatio: qa nihil obstat. arg. in. l. admonendi. ff. de iureiur. Aut absolutio est præstita: & tunc si accusator vult eum onerare onere se purgandi: & non põt arg. hic. Aut suscipere in se vult onus probandi: & debet admitti non obstante absolutione prius præstita. & est ratio: quia illa absolutio fuit facta per probationes non integras: nam testes iurauerunt de credulitate tantùm. & vbi absolutio fuit facta ex probatione non integra, non obstat absolutio reperta de nouo probatione integra: vt in. d. l. admonendi. & not. in. c. fi. s̃. de iureiuran. facit quod dixi in. c. proposuisti. de proba. de materia an & qn̄ obstet absolutio: dic vt dixi. in. c. de his. de accu.

¶ *CAP. IX.*

CONstitutus. Sufficit quòd cõpurgator sit toleratus ab ecclesia bonę famę nec de crimine suspectus cõdemnatus. In prima facti narratio & reprehensio. In secunda prouisio ibi: *Sanè.* ¶ Casus literalis. Quidam diaconus. P. nomine infamatus erat de aliquo crimine, episcopus indixit ei purgationem: obtulit purgatores episcopo: ipse cœpit eos ita diligẽter examinare ac si esset ordinatione facturus nolens eos recipere: vnde diaconus accessit ad do. papam sibi exponens prędicta: vnde scribit papa eẽpo dicens ꝙ multùm miratur ꝙ purgationem oblatam recipere noluit nisi prius probasset hoc & examinasset nomina singulorum, tan q̃ esset ordinationes facturus, vti nam sic discuteret ordinandos: satis enim sufficit in huiusmodi purgationibus si purgatores sint bonę famę in suis ordinibus ministrantes, & ab ecclesia tolerati, nec sint in iudicio de crimine condemnati. vnde sunt admittendi. Bernar. ¶ No. j. ex tex. quatuor requisita in purgatoribus. Primum est vt debeant iurare secundùm conscientiam & opinionem eorum ꝙ credunt illum verum iurasse. Secundum vt debeant esse tolerati ab ecclesia. Tertium vt sint bonę famę. Quartum ꝙ non fuerint de criminibus condemnati. Et ex hoc nota ꝙ prętextu criminis de nouo obiecti nõ potest compurgator repelli: secus si opponat infamia. vt patet ibi. *sint bonæ famæ &c.* Requiritur & quintum vt habeant notam conuersationem illius quem purgare volũt. de quo dic vt in. c. cùm p. s̃. eodẽ. ¶ Tertiò nota casum in quo testis iurat. secũdum opinionem suam & non secundũ veritatem. ¶ In glo. fi. in fi. quidam tenent contrarium. videlicet ꝙ non sunt repellendi: quia tex. requirit condemnationem: sed repulsus prætextu criminis obiecti non dicitur cõdemnatus: vt in. c. ij. de ordi. cog. sed teneo opi. glo. nã glo. nõ dicit oppositũ: sed vult istos repelli si ex illa repulsione sequuta est infamia, vel grauatio opinionis. nam tũc nõ repellentur isti prętextu condẽnationis seu repulsionis, sed prætextu infamiæ quia debent esse bonæ famę: vt hîc in tex. & hęc infamia surrexit ex probabilibus coniecturis. nam probationes inductæ super exceptionibus vel inter aliquos inducunt cõtra absentem aliquam præsumptionem: vt no. in. l. luci[9]. in fi. ff. de his qui not. infa. & facit quod not. glos. in. c. at si clerici. de iudi. & ij. q. j. c. multi.

SEBA. SAPI.

[a] ¶ Tollitur infamia. Qũo tollatur infamia facti, & infamia iuris, & per quas psonas. vide latissimè ꝑ Fel. in. c. testimoniũ. col. vj. s̃. de testi.

[b] ¶ Post purgationem. Vtrùm absolutus de crimine quia se purgauit, possit modo de eodem crimine accusari. Et de hoc vide per glo. in. c. mennã. ij. q. iiij. & per do. Anto. in. c. ad nostrã. circa prin. de ꝓba. ver. ꝓ hoc dicit Spe. de quo vide oĩno p archi. in. c. habet hoc ꝓ. prium. circa fi. ij. q. iiij. vbi concludit ꝙ non põt accusari, nisi in certis casibus, de quibus ibi p eum. de isto articulo vide etiã in. d. c. mẽnã. circa med. & etiã in eo. c. circa finẽ. vbi dicit ꝙ est inquũ ꝙ accusetur. & dicit qđ de hoc not. Ro. in libello iuris. ĩ rub. de effe. pur. sed de hoc vide oĩno per Inn. j. eo. in. c. peruenit in glo. in ver. incestus.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de aliquo enormi crimine, licet se purgauerit: tamẽ temporaliter ab administratione officij suspenditur.*
2 *Clericus suspẽsus ab officio, an censeatur suspensus à beneficio*
3 *Infamatus ex eo quia ipse dedit causam infamiæ licet se purgauerit, non tamen est sopita infamia contra eum, secus si ipse non dedisset causam.*
4 *Contra infamatum quomodo procedatur.*
Terminus an & quando debeat dari per iudicem parti vel accusatori intra quem habeat accusare, aliàs termino elapso non auditur vlterius?
5 *Appellari põt de illis rebus quæ remittuntur arbitrio iudicis si iudex transgrediatur: secus si committatur eius conscientiæ.*
6 *Statutum puniens conuictum tali pœna: non comprehendit illũ qui reputatur conuictus ex hoc quod non se purgauit.*
7 *Testes si ex aliqua causa non possunt esse fœminæ, tamen illæ admittuntur quando in illo casu alij non reperiuntur.*

¶ *CAP. X.*

INter. ¶ Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest nedum ab officio sed etiam à beneficio, donec se purgauerit. hoc primò. & augetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundò. Ex causa interdum post gationem præstitam suspenditur quis ad tempus. hoc hoc tertiò. & deficiens in purgatione punitur vt conuictus. hoc quartò. Secunda pars ibi. *attendentes.* Tertia ibi: *ita tamẽ.* Quarta ibi: *purgatione.* Quinta ibi: *quòd si.* ¶ Casus literalis. Decanus. Senon̄. erat grauiter infamatus de hæresi ex eo ꝙ cum hæreticis nimiam familiaritatẽ habebat in quadã villa: ꝓpter qđ Archiepus Senon̄.

ſuſpendit ipſum ab officio & beneficio, quãuis contra ipſum nullus apparuit accuſator: tamẽ ex officio ſuo fama publica deferente voluit de hoc inquirere veritatẽ, teſtes ſuper hoc cõtra ipſum decanum recepit. poſtmodum decanum ipſum cũ atteſtationibus miſit ad domi. Pa. Ipſe verò intellecto negotio & viſis atteſtationibus, ſcribit Archiepo dicẽs q̃uis cõſtitutio eccleſiaſtica doceat tales ab officio tantũ vſq; ad purgationẽ canonicã ſuſpendendos, qa tamẽ ipſum à beneficio propter enormitatẽ criminis ſuſpendit, non vult improbare nec etiã illud improbat q; teſtes ex officio ſuo cõtra ipſum decanum recepit, licet null9 apparuerit accuſator. Papa verò conſideras vulgatã infamiã & graue ſcandalum & vehementẽ ſuſpitionẽ ex dictis teſtiũ cõtra ipſum decanum obortam, cùm propter eorum quodlibet eſſet ei purgatio indicenda, & ſeruans iuſtitiam & moliens rigorẽ purgationem. xiiij. manus ſui ordinis indixit eidem remittendo ipſum ad eꝑm vt ibi purgaretur vbi noſcitur infamatus mãdans Archiepo Senon. adiunctis ſibi duobus epiſcopis vt purgationem ei indictã recipiat, & qui ad ipſum purgãdũ acceſſerint ſint catholici & vita probati, qui vitã & conuerſationẽ eius cognouerint præteritã & preſentem. qua recepta beneficium ſibi reſtituat: ab officio tamen maneat ſuſpenſus propter familiaritatem quã habuit cum hereticis, donec ſcandalũ ſopiatur hereticorum familiaritate publicè abiurata. Et iniungat eidem q; in prędicta villa & alijs circũpoſitis villis profiteatur & prędicet fidẽ catholicã: & deteſtetur hæreticam prauitatem, & taliter deinceps vitam ſuã bonis informet operibus vt infamia conuertat in bonam famã, & cõmune ſcandalũ & ſuſpitio de catholicorũ mentib9 tollat: q; ſi in purgatione defecerit, ab officio & bñficio depoſitus ad agendũ pœnitẽtiã in arctũ monaſteriũ detrudatur. Ber. ¶ No. j. ex tex. q; prelatus etiã Papa debet eſſe valde ſolicitus ad inueniendum hereticos, & procedendum contra eos. de quo. s̃. de hæreti. per totũ. ¶ Secundò no. q; infamatus non debet regulariter ſuſpendi à beneficio antè quã deficiat in purgatione. ſed ratione enormitatis criminis, vel ſcandali imminentis poteſt ſuſpendi etiam à beneficio, donec ſe purgauerit: & eſt in hoc iſte tex. valde not. & quotidie ſolet allegari: & vide glo. ij. q. iiij. c. preſbyter ſi. & per Ioã. and. in. c. j. de accu. lib. vj. ¶ Tertiò no. ibi: *ab officio tantũ &c.* q; q̃nq; quis eſt ſuſpenſus ab officio & nõ beneficio, & ſic acceſſoriũ non ſequitur principale. de hoc an ſuſpenſus ab officio cenſeatur per cõſequẽtiã ſuſpenſus à beneficio. vide gl. no. in. cle. cupientes. de pœnis in gl. non nouam. Vlteri9 no. quòd ſi per modum inquiſitionis crimen nõ potuit probari plenè, nõ eſt reus ſimpliciter abſoluendus: ſed ſi remaneret infamia, vel ſcandalum, vel vehemens ſuſpitio, põt compelli ad ſe purgandum. Et not. ex hoc & ex tex. ſingulariter tria quorum quodlibet ſufficit ad purgationẽ indicendam: vt eſt vulgata infamia, graue ſcandalum, quod intelligitur etiã ſine infamia, vt differat à precedenti, & vehemens ſuſpitio[a]. & ſic ſufficit ſola vehemens ſuſpitio: ſed tex. adduco in oppoſitum in. c. tua. de coha. cle. & mu. in fi. vbi tex. fing. dicit q; oportet ſuſpitionem eſſe tantam vt generet ſcandalum. de quo plenè dixi in. c. qualiter & quando. de accu. Et quantùm ad propoſitum conclude q; aut iſte eſt vehementer ſuſpectus apud eꝑm, ſeu iudicem: & tunc nõ requirit ſcandalum: & ita intelligo iſtũ tex: nã iſta ſuſpitio hîc erat orta ex dictis teſtium. vt in litera iſta: aliâs nõ differret à ſecũdo modo, cũ ſupra premiſerit de ſcandalo. Aut eſt quis ſuſpectus alij q̃ ſuperiori. & tunc non ſufficit ſuſpitio ad indicendam purgationem: niſi ſit tanta q; generaret ſcandalum & ita intelligo. c. tua. preſalle. Et ex ſupradictis no. q; vehemens ſuſpitio ſolius iudicis ſufficit ad indicẽdam purgationem. quod tenet hîc Inno. & ſatis mihi placet & videtur iudicio meo text. hîc: quia ex teſtiũ dictis erat iſta ſuſpitio orta: de quo tamen vide bonum tex. cũ glo. ij. q. v. c. omnib9. & quòd dixi in. d. c. qualiter. ¶ No. purgationem eſſe præſtandam in loco infamię: nam alibi facili9 reperiret compurgatores, nec eius præſtatione deleretur infamia vel ſcandalum. ¶ Not. ibi: *quàm tranſactio &c.* quòd compurgatores debent habere notam conuerſationem purgãdi nedum de preſenti ſed etiam de preterito. ſed limita iſtum text. prout dixi in. c. cùm p. s̃. eo. ¶ No. effectum purgationis preſtitę. nam debet abſolui purgatus, & reſtitui ſibi beneficium ſi ab eo fuerat ſuſpenſus: ſi verò deficit in purgatione, debet puniri vt conuictus: vt in fi. ¶ † Sed oppo. contra text. in verſi. *in pœnam.* vbi præſtita purgatione remanet ſuſpenſus quo ad officium donec ſcandalum ſopiatur. quod eſt contra. c. ex tuarum. s̃. eo. vbi ſi denuntiatur boni teſtimonij, abſoluitur ab infamia, & relaxatur ſuſpenſio. vt ibi. Sol. dicunt hîc cõmuniter doct. q; ſpeciale eſt in crimine hereſis, vel in alio graui crimine. contrarium procedit regulariter. Ego hoc dictum non admitterem, ſed dico tex. procedere, quando iſte purgãdus, ſeu purgatus preſtitit cauſam ſcandalo: vt qa cõtraxit familiaritatem cum hæreticis: vt hîc dicitur: vnde ſi ponderetur hæc litera, non remanet iſte ſuſpenſus propter enormitatem delicti. vt dicunt doct. ſed propter familiaritatem cum hæreticis. & ideo aſſumo nõ exceptionem ſed regulam ex tex. q; vbicunq; infamatus malè viuendo per actus illicitos & à iure reprobatos dedit cauſam infamiæ & ſcãdalo, licet præſtet purgationem, debet tamen remanere ſuſpenſus ab officio donec ſopiatur ſcandalum: vt ſic illicita eius opera præcedentia puniantur. & ita propriè loquitur iſte tex. ¶ † In glo. j. in fi. multa hęc gloſ. inuoluit & ponit ordinem nõ omnino neceſſarium: & licet doc. hîc in multis tranſeant cum glo. tamen alibi iſte ordo in parte reprobatur, & in parte limitatur: & ideo concludendo veritatẽ diſtingue ſic: cũ quæritur de modo procedendi contra infamatum. quòd aut epiſcopus ſeu ſuperior habet probationes promptas: & tunc non eſt neceſſe nec vtile ſtatuere terminum accuſare volentibus: quia poſſet ſupponi amicus, & fieri colludium. Item qa non apparente accuſatore via inquiſitionis eſt ordinaria contra infamatum de iure canonico: vt probatur in c. qualiter. ij. de accu. & ibi etiam glo. dixit quòd non eſt vtile præfigere talem terminum. Item & vide latius per Io. and. & Spe. in tit. de inqui. §. nunc tractemus. ver. porrò. ſi verò non habet probationes promptas, poteſt ſi vult ſtatuere terminum accuſare volentibus: ſed non eſt neceſſe: ſatis enim eſt q; accuſator ſe non offerat: vnde ſatis eſt quod poteſt procedere ad purgationem indicendam: vt patet in. c. ex tuarum. s̃. eo. Et de modo indicendi: licet gl. hîc dicat admonitionem debere præcedere: dic melius vt dixi in. c. ij. s̃. eo. quod aut eſt infamatus de delicto ſucceſsiuo. & tunc ſunt neceſſariæ illæ admonitiones: quia poteſt ſe corrigere deſiſtendo ab actibus ſuſpectis. Aut delictum eſt momentaneum, vtputa homicidium, vel furtum, vel ſimonia. & tunc fruſtra fieret admonitio vt ſe corrigeret: & ideo hoc caſu nõ requiruntur illæ admonitiones: ſed poteſt Iudex procedere ad purgationem indicendam: & vbi enormitas delicti vel ſcandali non ſubeſt, non debet ante purgationem præſtitam aliquam ſuſpenſionem facere: vt in. c. ſignificaſti. de adul. ſed expectare exitum. vt ibi: ſed vbi ſubeſſet ſcandalum, vel graue delictum: poteſt à principio ſuſpendere ab officio donec ſe purgauerit: vt in. c. ex tuarum. s̃. eod. & etiam à beneficio. vt hîc. Et ſi præſtat purgationem, fit abſolutio, prout ſuperius dixi. vel condemnatur prout dixi in. c. cùm. p. s̃. eod. & plenius in. c. accedens. de accu. Et inquantùm glo. hîc in fi. dicit iſtum eſſe modũ ꝓcedẽdi cũ ꝓceſſus incipit à cõtumacia: nõ rectè loquitur:

SEBA. SA PI.

a ¶ Suſpitio. Quod poſsit indici purgatio etiã vbi eſt ſuſpitio ſiue infamia, tenet. d. Ant. in. c. tua. de coha. cle. & mul. & alĩ relati per Felin. in c. literas. colũ. pe. ver. in gl. ĩ verbo vehemẽtem. s̃. de præſum.

a ¶ Remaneat infamatus. Circa hoc vide glo. in ver. nõ deiecit. & ibi. do. Abb. qui eam appellat singularem. in. c. super his. de accu.

b ✠ SEBA. SAPI. ¶ Bonus vir. quomodo hoc procedat vide Feli. latè in. c. exceptionẽ. col. iĳ. cũ seq. s̃. de exce. & in. d. c. super his. col. iiij. ver. in glo. in ver. vltimo. s̃. de accu.

c ¶ Probatio præsumptiua. Circa hoc vide qd̃ not. Inno. in. c. qa verisimile. de præsum. c. afferte. eo. ti. per do. Anto. & vide etiam oĩno quod latè scribit Do. Ab. in. c. accedẽs. ĳ. s̃. de accu.

d ¶ Statutũ disponens q̃ conuictus de crĩe puniat̃ tali pœna nõ habet locum in illo q̃ habeat̃ p̃ cõuicto. qa deficit in purgatione. Et de hac qõne vide per. d. Ant. j. c. at si clerici. in prin. de iudi. in. vj. colũ. vbi idẽ dicit: sed cõtra hãc opi. videlicet q̃ imò habeat locũ statutũ in eo q̃ deficit ĩ purgatiõe alle. tex. ĩ. c. adaudiẽtiã. & in. c. cũ dilectus. de cleri. non resi. vbi est tex. q̃ statutũ intelligiẽ secũdũ ius cõe. nõ mirũ si ibi recipit interpretationẽ à iure cõi etiã quo ad casum: sed pro isto. d. c. do. Abb. optimè facit qd̃ no. Bar. ĩ. l. j. §. hoc interdictũ. ff. de sentẽ. vbi dicit q̃ statutũ imponens pœnã mulieribus perlas seu gẽmas portantibus, non habet locũ in mulieribus perlas seu geminas cõtrafactas portãtib⁹. Itẽ ad hoc facit qd̃ no. do. Abb. post Io. an. in. c. sicut dignũ. s̃. de homi. in q̃õne statutũ loquẽs in faciẽte an habeat locũ ĩ mãdãte. & vide qd̃ plenè notaui. Et adde hic Ange. in cõsil. clxxxiĳ. & ĩ cõs. ccxxxiĳ. vbi dicit q̃ statutũ loquẽs de cõtumace habet locũ ĩ vero cõtumace nõ in ficto: & facit qd̃ no. Bal. in. l. trãsigere. in. v. co. C. de trãs. vbi dicit q̃ statutũ loquẽs de homicidio nõ habet locũ in eo q̃ fuit cõdẽnatus de homicidio ex ficta cõfessione: qa statutũ debet intelligi de homicidio verò cũ ius cõtrariũ videtur dicere Bal. in. l. qm̃. C. de insa. vbi dicit q̃ ficta confessio inducta per statutũ ęquiparat̃ veræ factæ in iudicio. vide tñ Barto. Ang. & Imo. in. l. ex cõsensu. ff. de appel. Et adde hĩc oĩno qd̃ late notaui post do. Abb. in. c. ex parte. de sponsa. qd̃ no. post do. Ant. in. c. ad audiẽtiã. de cle. nõ resi. Et adde q̃ licet de iure agẽtes & consentiẽtes pari pœna puniant̃: vt in c. j. de offic. deleg. tñ statutũ loquẽs de agente cũ debeat strictè intelligi, non habet locũ in cõsentiẽte. vt dicit do. Abb. ĩ. c. cũ volũtate. j. de sen. excõ. Itẽ ad prędicta facit qd̃ not. Bar. in. l. trãsigere in. v. co. C. de trãs. vbi dicit q̃ si statutum dictat q̃ de oĩbus delictis possit fieri pax & cõcordia præterq̃ de homicidio, intelligiẽ statutũ illud de homicidio vero. & ideo dicit ibi Bal. q̃ sup homicidio fĩcto poteritfieri cõcordia & gñaliter an statutũ loquẽs de casu vero extẽdat̃ ad fictũ. vide p̃ Bart. in. l. oẽs populi. ff. de iu. & iur. vñ. q. prin. & p̃ Io. an. in regula p̃ possessore. ĩ mercu. p̃ Bal. habet̃ in. l. si qs seruo. C. de fur. p̃ Bal. & Imo. ĩ. l. j. §. lex fal. ff. ad leg. fal.

¶ Adde an in statutis habeat locũ fictio. Frã. de are. cõsi. cxlvĳ. Cepo. consil. xlj. Ludo. ro. consil. cv. Ful. cõsi. cxvj. Alex. in pluribus cõsilĩs. vt in eorũ tabula videre poteris.

¶ De hac ratione. vide latiꝰ per do. Abb. in. c. insinuatum. s̃. de simo. & facit quod no. idẽ d. Abb. in. c. vno. circa fi. de plꝰ pet. vbi dicit q̃ statutũ loquens de conuicto nõ habet locum in illo q̃ confessus fuit.

¶ Perfecerit delictum. Hoc dictũ refert ẽt. d. Abb. ĩ c. mulieres. de sen. excõ. & idẽ tenet Bal. in. §. itẽ. l. cornel. insti. de publ. iudi. & vide Pet. de anc. in repe. c. canonũ statuta. de cõsti. ĩ. vj. principali q̃sito. in. xxxj. co.

loquit: qa iste processus fit rõne infamiæ, nõ rõne contumacię: sed tñ de modo procedẽdi tam in ciuili q̃ in criminali alibi plenius est prouisum vt in. c. tuę. & in. c. qm̃. vt lit. nõ cõtest. & in. c. j. de iud. & xj. q. iij. in. c. rursus. & c. quicũq̃. ¶ In glo. ij. ibi: *si inde remaneat infamatus*[a] *&c.* Inno. dicit hoc procedere q̃n directè crimẽ p̃batũ est cõtra aliquẽ per viam exceptiõis, vt puta cõtra accusatorẽ qui fuit ĩ iudicio, cui etiã data est copia se defendẽdi: sec⁹ si se cõtra testẽ q̃ nunq̃ fuit ĩ iudicio. qa magis excipiẽ cõtra partẽ p̃ducẽtẽ q̃ cõtra testẽ. Mihi plus placet dictũ gl. indistinctè. nã ex quo orta est infamia ex satis probabilib⁹ coniecturis, indici põt purgatio vt illa aboleat̃: nã (vt dixi in. c. p̃ce.) licet probatiões inductę cõtra testẽ nõ faciant plenã fidẽ cõtra eum in alio iudicio, inducũt tñ præsumptionẽ quãdam. & pro hoc facit. c. cũ tu. s̃. de testi. vbi dicta testiũ reducunt̃ ad concordiam, ne reatu periurij notent̃ de facto: & idem q̃ ista glo. expressius tenuit gl. in. c. cũ dilectus. de ordi. cog. ¶ In glo. iij. in fi. Not. ex hac glo. q̃ licet numerus cõpurgatorũ fit arbitrarius regula riter, tñ est maior numerus adhibendus in maiori, & minor in minori. Et põt esse ratio diuersitatis: qa maiores habẽt notitiã pluriũ, & facilius propter potentiã inueniũt cõpurgatores. minores ergo nõ habent tot notos, nec de facili p̃nt alios inducere ad se purgandũ. nã isti compurgatores sunt volũtarij. & nõ p̃nt compelli sicut alij testes. vt not. in. c. seq. facit. c. cũ. p. & c. ex tuarũ. s̃. e. Ex p̃dictis habes modũ cognoscendi an superior in indicenda purgatione excedat modũ & arbitriũ boni viri: vt consideret̃ qualitas personę criminis, & infamiæ, & alia circunferentia. nã si numerus nimis excederet̃, posset appellari. ¶ † Quia in cõmissis arbitrio appellat̃ si nõ facit vt bonꝰ vir. [b] vt in. c. j. de dila. & leg. & not. in. l. si qua pœna. ff. de verb. sig. & in. c. super his. de accu. secus si cõmitteret̃ cõscientię: nõ debet tñ intelligi de cõsciẽtia vulpina vt dicit Bal. in. l. ij. C. de fideicõ. licet in lectu ris cõmuniter nõ habeat̃. vt in. c. statutũ. in. §. assessorẽ. de rescri. li. vj. & ibi gl. qd̃ tñ limita: vt no. glo. sing. in cle. j. de iurepat. ¶ In glo. fi. Ex hac glo. possunt colligi duę solutiones ad cõtrariũ formatũ in principio glo. Prima est vt deficiens in purgatione in crimine hęresis nunq̃ tradat̃ curię seculari: qa hęc est p̃batio præsumptiua,[c] & nõ vera & directa. Scda sol. q̃ ideo non tradit̃ hĩc curię seculari: qa volẽs redire ad fidẽ debet recipi, & parcit̃ sibi quo ad mortẽ. Hanc sol. vltimam tenẽt Hosti. & cõiter doc. & est in se verisima. nã si verè cõuictus vel confessus põt redire ad fidem, & non tradi curię seculari: fortius idem dicẽdũ in conuicto interpretatiuè. Sed prima sol. gl. cõiter non recipitur. vnde concludunt doct. & maximè Hostien. q̃ ad quãcunq̃ pœnam agatur deficiens in purgatione debet puniri vt conuictus. ¶ Et ex hoc dicto infertur q̃ si iste aliâs incidisset in hæresim, & nunc ex deficiẽtia in purgatione haberet̃ p̃ conuicto & p̃ relapso, deberet tradi curiæ seculari: vt in c. accusatus. de hæreti. lib. vj. qd̃ est notandũ nam ex dicta glo. concluderetur oppositum.

6 ¶ † No. tamẽ rationem glo. nã potest adduci
d ad statutũ [d] quo cauetur q̃ conuictus de tali crimine puniat̃ tali pœna q̃ deficiens in pur-
e gatione non debet puniri illa pœna[e] statutaria: quia illa non est vera conuictio, sed p̃sumptiua & interpretatiua. & statuta habẽt locũ dũtaxat in casu vero. ff. de neg. gest. l. iiij. & in c. in nostra. de iniur. facit qd̃ no. Bar. in. l. j. ff. de fica. q̃ cũ statuta hodie puniant cõiter maleficia, non incidit quis in pœnã statutariam
f nisi perfecerit delictum.[f] Et ideo nõ sufficit acceptasse seu fecisse actũ propinquũ, sicut de iure videbatur sufficere. l. si quis cũ telo. C. de fica. cũ si. canonizata. de pe. di. j. ¶ Extra gl. quęro quid si nõ reperiant̃ tot compurgatores: nunquid iste debeat haberi pro conuicto? Host. dicit q̃ si non põt habere. q̃ de eo testes nõ confidunt, seu nõ est fides in alijs de eo qd̃ tunc habetur pro cõuicto & deficiẽte in purgatione: aut nõ reperit, quia pauper est seu extrane⁹, ita q̃ nõ habet notos in ciuitate & hoc casu est sibi subueniendũ arbitrio iudicis considerata qualitate personæ, criminis
7 & infamiæ, & ita cõiter trãseũt doc. ¶ † Sed tu dic q̃ vbi ex istis causis nõ possunt haberi cõpurgatores clerici, debet adhiberi laicus, etiã fœminæ si non possunt haberi viri: & si etiam laici ex hac causa deficerent, credendũ est soli iuramento ipsius: vt est glo. not. in. c. cũ. p. de accu. & in. c. in decima. xviij. q. ij. & c. cùm in iuuentute ĩ. eo. in glo. fi. & vide etiã bonam glo. in. c. clerici. lxxxj. dist.

✠ *SVMMARIVM* ✠

1 *Artifices experti in aliqua arte quibus iudex iniungit vt debeãt aliquid æstimare an cogantur siue possint cõpelli deponere secũdũ cõsciẽtiã.*

¶ CAP. XI.

Cum dilectus.

e ¶ Breue est, nec põt aliter summari. ¶ Not. j. ex text. vnam bonam qualitatem requisitã in cõpurgatoribus, vt sint vicini illius quem purgare volũt: & quoad hoc põt saluari hoc. c. de superfluitate. nã vicini p̃sumunt̃ melius scire cõditionẽ & qualitatẽ vicinorum: vt in c. quosdã. & c. quantò. de præsum. puto tñ q̃ vbi ex causa non reperirentur vicini: vt quia f ex aliqua causa sunt sibi exosi. q̃ sufficiat habere alios. ad hoc ĩ proxi. ¶ Sed quæro nunquid compurgatores possint cõpelli ad purgandũ aliquem? doctores dicũt q̃ non. vnde isti sunt voluntarij & non coacti: vt dixi in c. præcedenti. & facit. c. cùm. p. s̃. eo. secus tamen est in alijs testibus. vt. s̃. de testi. cog. per totum. Et potest esse ratio diuersitatis. quia isti deponunt secundum conscientiã &

illius q̃ſiti.ver.& ſi ſtatutũ.vbi dicit q̃ ſi ſtatutũ exigit factũ cõſummatũ, nõ ſufficit ſi ſit inchoatũ.& q̃ in ſtatutis requiratꝫ factũ cõſummatũ tenet Bal.in.l.ſi quis nõ dicã rapere.in.ĩ̃.col.C.de epi.& cle. & Ange.in.l.j.§. hæc verba.ff.qđ q̃ſq; iu.& p̃ Bar.in.l.j.§.diuus.ff. de ſic. Et adde q̃ tm̃ in ſtatutis requiritꝫ actus ſit perfectus,q̃ etiã ſi ſtatutũ diceret.ſi q̃s voluerit facere tale qđ puniatꝫ, requiritꝫ ad pœnã imponẽ dã q̃ actus ſit perfectus,nec ſufficit ſola volũtas .& exponitur illud verbũ voluerit .i. voluntariè fecerit : ita elegãter determinat Barto.poſt gl.in.l.fin.ff.de rerum diui.Itẽ adde quod illud dictũ Bartol.in. l.j .ff.de ſica.qđ refert hîc d.Abb.refert etiã & ſequit̃ do. Ant. in.c.j.in pe.col.de eo q̃ mit. ĩ poſ.de quo vide oĩno qđ not.Bar. in.c.fina. in.ĩ̃.colũ.de conſuetu.

¶ Adde quod voluit Bald.cõſi.cccvj.j.libr.vbi ponit an ſtãte ſtatuto q̃ capite puniatꝫ qui adulterium nixus fuerit,ſi q̃s attẽtauit, ſed timore p̃ territus aufugit, an debeat puniri.

a ¶ Illi qui habent deponere ſecũdũ conſciẽtiã nõ p̃nt cõpelli.qđ eſt notãdũ ꝑ eſtimatoribus.& ad hoc facit qđ no.Bald.in l.rẽ nõ nouã.C.de iudi. vbi dicit q̃ ille cuiꝰ cõſcĩæ ſtari debet,nõ cõpellit exprimere cãm mouẽtẽ cõſcĩam.

✣ SEBA.SAPI.

b ¶ Cõpelli . Vide Feli.in.c. ꝓpoſuiſti.col.iĩ̃.ver.prima cõcluſio .ſ̃.de proba. vbi ponit de pitis in arte,an poſsint cogi ad dicendum illud qđ ſentiunt.

c ¶ Purgatio . Adde de hoc latiꝰ videndũ Ro.conſil. cccl̃j.

✣ SEBA.SAPI.

c ¶ Purgatio . Ad hæc faciunt not.p Bar.in.l.de minore.§.tormenta.ff. de q̃ſtio. vbi ponit quòd fama debet oriri à fide dignis p̃ſonis: aliãs non ꝓbat de quo ibi per Alexã. & per Sal.in.l.ea quidem.C.de accu.in materia famæ.

d ZACHARI. ¶ Ad certas perſonas & locum. Vult iſte innuere q̃ nedendam.Papa poſtulationem illam reputans minus prouidam ab ea ipſum procuratorem ſæpe voluit reuocare.Sed quia procurator inſtabat,papa mandauit purgationem eidem indici cũ duobꝰ Abbatibus : quãuis proteſtatus fuerit q̃ ex alia cauſa petitio talis improuidè tunc fiebat:qa Suffraganei Strigonen. eccleſiæ vix eo tempore purgarẽt eundẽ q in facto poſtulationis contradicebãt eidem,& Suffraganei Colocen.eccleſiæ ipſum minimè tunc purgarent:quia inter eũ & Colocen. Archiep̃m de ſtrigo. metropol. quæſtio verteretur. vnde cùm nõ ſint alij pontifices in Vngaria, meritò videbatur q̃ per epiſcopos regni ſui ſuper illo articulo ſe
1 purgare non poſſet.Ber. ¶ † Not.j.ex tex. ſingulariter q̃ quando conſtat infamiam proceſsiſſe ab emulis, non eſt ex ea indicenda
c purgatio cetiam ad inſtantiam aliorum, nec debet Iudex commoueri ex tali infamia cõtra infamatũ. Et ex hoc infertur quod dixi in ſummario.quòd vbi conſtat infamiam ex probabilibus coniecturis non proceſsiſſe,q̃ de ea non eſt curãdum, vnde nullum de iure habebit effectum:ſed habet bene locũ illud. Vanæ voces populi non ſunt audiendę in.c.oſius.de elect.& in.l. decurionum.C. de pœnis. Et idem voluit Barto. in.l. de minore.§.tormenta.ff. de quæſtio.& hoc dictum optimè probatur hîc. ¶ Secundò not.tex. ibi. *dictum facil è ſequitur multitudo &c.* hinc dicitur. Fama volat, tranſitꝫ modumꝰ quocũq; feratur. Eximiè creſcit : ſed non cito fama quieſcit. ¶ Not.ibi: *ſuper hoc bonum zelum &c.* quòd non debet aliquid fieri ex ſolo zelo,niſi ſubſit iudicium rationis:quod facit ſecundũ Hoſti. contra religioſos prelatos habentes tantùm zelum in puniendis delictis,vt præmitttãt ordinem iudiciarium inquirentes quandoque de criminibus omnino occultis : & ideo dicit periculorum ignorãtes iura promoueri in epiſcopos.de quo in.c.j.de conſang.& affi. ¶ Not.quòd infamia facti habẽs ortum ab emulis non impedit quem promouendum ad dignitatẽ. ¶ Vltimò colligitur argu.quòd numerus compurgatorum eſt arbitrarius.nam hîc fuerunt deputati duo Abbates.& in.c.inter.ſ̃.e. fuerunt.xiiij.& in.c.j.ſ̃.eodẽ dicitur de duodecim.& in.c.ex tuarum. ſ̃.eodem.dicitur de.vij.eſt ergo arbitraturus.Iudex numerum ſecundũ qualitatem perſonę,criminis,& infamię. ¶ In gl.in verbo. *poſtulare.* in fi.Innocen.tenet q̃ procurator potuit hoc poſtulare licet ſit generalis:ſed fortè Inn.motus eſt ex ratione glo. quia hoc videbatur vicinum mandato. nam cùm eſſet ſuper poſtulatione iam facta de iſto epiſcopo ne aliquo modo impediretur:propter infamiam potuit petere purgationẽ infamiæ.arg.in.l.ad rem mobilem.ff.de procur.tamen ſecundũ Hoſtiẽ.iſta purgatio non erat de neceſsitate indicenda:tũ qa petitio iniuſta.vt in tex.tũ quia papa non aſtringitur diſpoſitioni iuris:vt in.c.propoſuit de conceſ. pręben.tum quia purgatio non dependet ex voluntate partis,ſed
2 ex diſpoſitione iuris. ¶ † In gl.fi.Not. bene glo. & vide quod dixi in.c.inter.ſ̃.eo.in fin.Et facit hæc glo.iuncto tex.in arg. quòd vbi teſtes de iure neceſſarij non reperiuntur in loco,tunc quales reperiuntur idonei iudicantur.Et hoc fuit conſultum in quęſtione facti.dicit ſtatutum q̃ ad confectionem inuentarij requiruntur teſtes cum certis qualitatibus,opponebatur poſtmodum q̃ nõ habebant qualitates requiſitas,replicabatur q̃ in loco illo non reperiebantur teſtes cum illis qualitatibus.& certè ex hoc debet actus tolerari.ad idem tex.cum glo.in.c.cùm dilectus.de ele.

✣ SVMMARIVM.

1 *Negatiua coarctata loco & tempore poteſt per teſtes probari.*

¶ CAP. XIII.

1 DE teſtibus. Compurgator iurat de credulitate.h.d. De materia huius. c.dic vt habetur in.c.quoties.ſ̃.eodem. ¶ † In glo. Et habet locum ratio gloſſ.quando negatiua eſſet
d reſtricta ad certas perſonas & locũ. dnã tunc bene poſſunt teſtes deponere de veritate:tunc enim potius deponunt de facto proprio quã alieno.vt ſi dicunt quòd tali hora titius nõ commiſit homicidium,quia fuit nobiſcũ,& non potuiſſet committere quin nos vidiſſemus:nã ſi teſtes tali modo deponerẽt, nõ eſſet locus purgationi:vt not.in.c.proxi.&.c. cùm dilectus. facit glo.in.c.clerici.lxxxj.diſt.

opinionem eorum. Alij verò deponunt de his quę acta ſunt corã eis.vnde iſti de quibus in tex.poſſunt timere periurium. ¶ † Et põt
1 induci hoc dictum q̃ habentes a deponere ſecundũ conſcientiã non poſſunt compelli. b
b & eſſet notabile dictum ſi eſſet verũ:& facit pro iſtis artificibus expertis in aliqua arte, quibus Iudex iniungit vt debeãt aliquid ęſtimare.

✣ SVMMARIVM.

1 *Infamia facti orta ex non probabilibus coniecturis,& ab emulis eſt nullius effectus.*

2 *Teſtes qui requiruntur in aliquo actu:cum certis qualitatibus,ſi in loco vbi actus celebratur nõ reperiũtur teſtes cum dictis qualitatibus ,ſunt adhibendi,quomodo reperiuntur.*

CAP. XII.

CVm in iuuẽtute. Nota ſemper quòd propter infamiã eſt indicenda purgatio:poteſt tamen quãdoq; indici etiam vbi nõ eſt indicenda ad inſtãtiam purgandi. Vel aliter & melius ſic.Si infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, non eſt de neceſsitate indicenda purgatio:poteſt tamen indici ad inſtantiam purgãdi.Hoc dicit:& eſt caſus nota.ſecundũ iſtum intellectum.Prima pars narrat factum & petitiones procuratoris. Secunda petitionem improbat. Tertia petitionem cum quadam proteſtatione admittit. Secunda ibi: *vnde.* Tertia ibi: *Cæterum.* ¶ Caſus literalis.Epiſcopus quinclien. eccleſiæ dicebatur habere immoderatã familiaritatem cum quadã nepte ſua.propter quod rex Vngariæ ſæpe ſcripſerat domino Papæ vt illum de vngaria remoueret.vnde papa ſcribit cuidã epiſcopo vt ſuper hoc cautè inquireret: Coepiſcopi Vngariæ & ipſi poſtmodum reſcripſerunt do.papæ q̃ eũ bonũ virũ & honeſtę conuerſationis eſſe credebant:perſonã ipſius multipliciter cõmendantes.Sed qa pater filiũ quẽ diligit corripit, ad maiorẽ cautelã dñs papa mãdauit eidẽ vt ab illius familiaritate totaliter ceſſaret.q̃ ſiniſtra ſuſpitio de ip̃o haberi non poſſet:ſed quidã malus homo reſcriptũ illarũ literarum ſurripuit.& apud regem & alios magnates ipſum nequiter publicauit: vt magis infamaretur:ſed papa licet repulſatus fuerit multoties cõtra ipſum, tamen aduerſus eũ noluit commoueri, ſciens q̃ facilè dictum ſequitur multitudo : poſtea verò cũ dictus ep̃s ad Strigo.Metropol. extiterit poſtulatus,quidam qui aduerſabatur eidem vt promotionem impedirent ipſius. cœperunt ipſum iterùm infamare: vnde ipſe de quorundam amicorum ſuorum conſilio quẽdam procuratorem ad curiã deſtinauit,poſtulans à do.Pa. q̃ purgationem canonicam faceret ei indici ad ſuam innocentiam oſten

SVMMARIVM.

1 *Infamatus nõ ſolum ſuper cauſa criminali: ſed & ſuper defectu & inhabilitate debet priuari.*
2 *Spurius nõ põt ſine diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri.*
3 *Negatiua nõ ajtricta loco tẽpore licet non probetur per teſtes, tamen aliquando probatur per iuramentum partis negantis quando non apparet aliud in contrarium.*
4 *Infamatus non admittitur ad purgandum: quando eius infamia poteſt per teſtes probari.*
5 *Filius non poteſt iurare de veritate ſe eſſe filium talis, ſed de credulitate ſic.*
Iuramentum de veritate nunquàm quis tenetur nec debet ſubire, quando non poteſt haberi vera ſcientia.
6 *Filiatio quibus modis præſumatur?*

¶ CAP. XIIII.

ACcedens. Infamatꝰ ſup defectu nataliũ nõ debet ꝓmoueri, niſi priꝰ ſe purget. h. d. Primò ponitur quęſtio. Secũdò ꝓuiſio ibi: *quo circa.* ¶ Caſus literalis. Quidam diaconus. T. nomine dũ vellet in presbyterũ ꝓmoueri, quidã emuli ſui dixerũt illũ eſſe filium ſacerdotis. propter quod dioceſanꝰ ipſum noluit promouere: nec permiſit illum ab alio promoueri. vnde ille diaconus ad do. Pa. accedens prædicta eidem expoſuit. Mandat papa eꝑs quatenus ſi de hoc eſt publicè infamatus: & de ipſa infamia conſtare non poterit, purgationẽ ab ipſo recipiat, & iꝑm promoueat ad ipſum officium ſacerdotis: quia & ſi nõ ſit nota delicti tamen eſt nota defectus impedientis ad ſacros or-
1 dines promouẽdũ. Ber. ¶ †No. j. ex tex. ꝙ purgatio locũ habet nedum ſuper criminali. ſed etiam ſuper aliquo
2 defectu & inhabilitate. facit. c. iij. ſ. de apoſta. ¶ †No. ij. ꝙ nedũ ſpurius de quo cõſtat ad ordines promoueri nõ debet ſine diſpenſatione: ſed etiam ille de quo non conſtat, ex quo tamẽ de defectu natalium infamatus eſt. Et cauſas propter quas filius non legitimꝰ promoueri non poteſt vide per gl. in. c. j. & fil. presbyte. lib. vj. ¶ Sed op. contra tex. de. c. cũ in inuentute. ſ. eodem. nã infamia ab emulis orta nõ habet effectũ indicendi purgationẽ. Sol. vt ibi: & hoc no. ibi enim cõſtabat infamiã habuiſſe ortum ab emulis. hîc verò non cõſtabat: ſed iſte dumtaxat hoc aſſerebat. vnde Papa mandat purgationem indici ſi publicè iſte eſſet infamatus. quaſi dicat ꝙ ſi ab emulis tã tùm hoc diceretur (prout ipſe aſſerebat) nõ eſſet de hoc curandum. & ſic potius cõcordat cum illo. c. cũ in iuuen-
3 tute. ¶ †In gloſſ. ij. ibi: *quia negatiua*[a] *probari non poteſt.*
a hoc verũ, ſi hęc negatiua eſſet ꝓbãda per teſtes: ſed hîc eſt probanda per iuramentum aſſerentis, & per teſtes de credulitate. vnde dicit Io. and. & bene. ꝙ vt plurimum in purgatione venit factum negatiuum. ſimile in. c. j. de cõfeſ. lib. vj. vbi negatiua quę aliâs probari non poteſt, admittit in poſitiõib⁹ vt ſic poſsit probari per iuramẽtũ.
4 ¶ †Et in fi. gl. aduerte: quia ſi probaretur filiatio, prout dicitur in gl. nõ eſſet locus purgationi: quia hęc eſt vera probatio quę poteſt fieri ſuper filiatione. Ex exiſtẽte vera probatione ceſſat purgatio: vt in. c. ſeq. vnde cõſidera varios modos ꝓbãdi. Aut eñ vult iſte ꝓbare ſe fuiſſe habitum reputatũ, & nominatũ pro filio ſempronij &c. & tunc non eſt neceſſe ꝙ aliter ſe purget. & de hac pur-
5 gatione non loquitur. iſte tex. ¶ †Aut vult iurare quòd ſit filius ſempronij. & non debet admitti: quia ſubiret periuriũ cùm filius non poſſet iuramento aſſerere ſe filium ſempronij. Aut vult iurare ſe fuiſſe habitum, reputatum, & nominatũ pro filio ſempronij: & ita ſe credit eſſe filium ſempronij: & tunc talis purgatio recipitur, & cõpurgatores iurabũt de credulitate quòd credũt eum verum iuraſſe. nam vt dicunt hîc Hoſtien. Inn. & Io. an. de neceſsitate peruertenda eſt forma iuramenti in hoc caſu. vnde licet aliâs purgandus debeat iurare de veritate: vt in. c. quoties. ſ. eo. in fi. in hoc tamẽ caſu iurabit de
6 credulitate: quia non poteſt haberi vera ſcientia. ¶ †Et no. ex prædictis & ex tex. ꝙ ex quo ſemel quis habitus &
b reputatus fuit pro filio[b] ſempronij, fama ſequens in contrarium non nocet. Et inquantum gl. dicit ſufficere probare quẽ fuiſſe genitum ex vxore titij vt inferat ipſum eſſe filiũ titij. dic hoc ꝓcedere etiã ſi titiꝰ negaret ipſum eſſe filium ſuũ. quia ex quo quis eſt natus ex vxore alicuius, præſumitur natus ex marito, nec poteſt maritus eũ nõ cognoſcere in filium ſuum, niſi probaret tempore conceptionis eum fuiſſe abſentẽ, vel impotentẽ ad generandum: vt eſt text. not. in. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & ibi Bar. & idẽ dic ſi mater poſtea aſſereret ipſum eſſe filium alterius q̃ mariti: vt non credatur ei in præiudicium filij: vt no. d. in. l. filium. & no. gl. in. c. officij. de pœni. & remiſ. quod videtur procedere etiam ſi probetur ꝙ tempore conceptionis mater habebat cõcubitum cum alio, & ad hoc tex. not. in. l. miles. ſ. defuncto. ff. de adult.

gatiua coarctata loco & tpe poſsit probare de quo vide Bar. in. l. j. C. de cano largiti. lib. x. eũdẽ in. l. hęredes palã. in prin. ñ. de teſta. & in. l. actor. & ibi Bal. C. de proba. Ang. in auẽ. de hęre. & fa. §. hinc nobis. coll. j. & Alexã. in. l. j. col. vñ. ff. ſi cert. pet. & cõſi. xlñ. vol. iiñ.

SEBA. SAPI.

a ¶ Negatiua. qñ negatiua poſsit probari vide remiſsiuè ꝑ Fel. ĩ. c. tertio loco. colũ. pe. ſ. de prob. Lãfr. de ori. in rep. c. qm̃ cõtra falſam. colũ. ñ. ſ. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de crimine notorio non poteſt ſe purgare: ſed debet condemnari.*
Cauſa ſi pendet coram delegatis, ordinarius debet ſilere. 10.
2 *Cognoſcens carnaliter monialem committit tria delicta: adulterium, ſacrilegium, & inceſtum.*
3 *Litis conteſtatio an & quando requiratur in inquiſitionibus?*
4 *Notoriũ quando dicatur eſſe crimen adulterij, vel inceſtus?*
5 *Laicus poteſt teſtificari cõtra clericũ: quãdo crimẽ eſt notoriũ.*
6 *Notorium probatur ex eo quòd omnes de vicinia ſciunt.*
7 *Delegatio adimit iuriſdictionem ordinarijs.*
8 *Infamatus quomodo purgatur quando nulla præcedit inquiſitio contra ipſum nec accuſatio.*
9 *Citatio vel ſententia an requiratur in facto notorio.*
10 *Reſcriptum ſi eſt impetratum ad iudices delegatos ſuper aliqua cauſa: non poteſt pars cõtra quam eſt impetratum illi renuntiare: ſed pars quæ impetrauit ſic re integra.*

¶ CAP. XV.

1 CVm dilectus. †Sup notorio crimine non eſt indicenda purgatio, & pendẽte cauſa ſup criminibus coram papę delegato, purgatio ab ordinario ſuper eis recepta non tenet. h. d. In prima parte ponitur auditoris datio. In ſecunda actoris petitio. In tertia rei reſponſio. In quarta diffinitio. Secũda ibi: *cunque idem.* Tertia ibi. *Dictus.* Quarta ibi. *His igitur.* ¶ Caſus literalis. Inter. H. presbyterũ ex vna parte. &. O. clericum ex altera ſuper quibuſdam eccleſijs quæſtio vertebatur: pro qua dictus. H. presbyter &. G. procurator. O. clerici ad ſedem apoſtolicam acceſſerunt: procurator ipſius. O. propoſuit ꝙ cũ. D. preſbyter eſſet publicè infamatus ſuper crimine inceſtus, epiſcopus Conſtãtienſis ordinatus eius ei purgationem indixit: qui cũ ſe purgare nõ poſſet, eccleſijs ſuis fuit ab ipſo per ſententiam deſtitutus: ſed ipſe nihilhominus eis per violentiam detinebat occupata. Poſtmodum cũ idẽ presbyter vxorem cuiuſdam conſanguinei ſui publicè detineret, quidã clerici cõtra ipſum ſuper hoc ad quoſdam iudices literas impetrarunt, continentes vt ſi dictus presbyter ſuper crimine adulterij & inceſtus ſe nõ poſſet purgare, ipſum pœna debita caſtigarent: & cum eis conſtitiſſet ꝙ idẽ preſbyter pro eo qd in purgatione defecerat ab epiſcopo fuerat condemnatus, ipſum tanq̃ contumacẽ prędictis eccleſijs priuauerunt. maximè cũ de crimine adulterii & inceſtus tanq̃ de notorio conſtitiſſet eiſdẽ: mandans Abbati ſancti Galli, ad quem bene

ZACHARI.

b ¶¶ Habitus & reputatus fuit pro filio. Adde Lãfr. de oria. c. qm̃ contra falſam. ſ. ſtatuim⁹. ver. teſtiũ depoſitiones. nu. 104. & ibi in apo. Cel. in verſi. filiatio. ſ. de prob. Fel. jn. c. pertuas. col. ñ. no. j. eo. ti. iſtũ ĩ. c. michael. nu. 1. & ibi not. in apo. ad eũ. in. ver. filius. ſ. de fil. preſby. & in. c. intelleximus. nu. 7. & ibi iterũ in apo. meis in ver. filium mariti. ſ. de accu.

ZACHARI.

a ¶ Tria delicta, Adde gl.xxvij.q.j.in.c, virginibus, quã tñ cum dicto istius limitabis vt p Bal.ī.c.j.qb,mo, feu.amit.in feu.& Alex,ī.l.itẽ apud labeonẽ.ff. si quis virgines,ff, de iniur. vt nõ procedat in cognoscẽte ignorãter.& q̃ sit pœna clerici cognoscẽtis scienter monialẽ dic q̃ deponit, & in monasteriũ detruditur, prealle. cã &.q.c, si quæ &c, si quis episcopus. laicus verò secũdũ leges pœna capitis plectit,l. si qs nõ dicã rapere. & ibi doc, C.de epi.& cle.

b ¶ Admittuntur laici ad probãdũ notorium crimen clerici.& vide oĩno.d. Ant. & .do. Abb.ī.c. cũ nõ ab hoĩe.de iud.an aũt admittat ad probãdũ famã. vide. q.Ant.in.c.in literis.in vlti.col.s̃.de testi.

SEBA.SAPI.

c ¶Notoriũ. Nũqd aũt in hoc casu sufficeret reddere rõnẽ scio quia vicinus.vide Bal. in.l.j.C.de collu.dete. vbi sentit q̃ nõ qa secũdũ eũ in his q̃ oculos vicinorum solẽt latere nõ est cõcludẽs illa rõ.qđ etiã voluit Feli.in ca.literis.s̃.de præsump.Mod. post Alexan.in.l.j.ff.si cer,pe.

ficiorum collatio pertinebat: vt beneficia illa cõferret. qui contulit illa.O.clerico supradicto.vnde petebat sup illis p̃dicto presbitero imponi silẽtiũ.& ipsi tradi possessionẽ illorum beneficiorũ.Ex aduerso.D. presbyter respõdebat q̃ processus iudiciũ prædictorũ debebat meritò retractari,cũ lit.non cõtest.processerint contra ipsum,adijciẽs etiam q̃ purgationẽ indictã sibi ab electo Constantiensi curauerit exhibere: sed ei respondebatur q̃ talis purgatio non valebat cùm iudicio pendẽte corã delegatis ordinarius nõ debebat indicere purgationem infamato:& ita tanq̃ coram nõ suo iudice facta dicitur. His & alijs diligenter auditis & intellectus: licet literæ delegatorum iudicum,vel ipsarum transcriptum domi. Pa.ostensę non fuerint:quia tamen ex tenore relationis ipsorum iudicum quam procurator prędictus exhibuit do.Pa.constitit euidenter q̃ Iudices illi processerunt iuris ordine prætermisso. vnde Pa. tã processum illorũ q̃ concessionem ecclesiarum à prędicto Abbate de mandato ipsorũ factam authoritate apostolica retractauit pręcipuè cũ relatio iudicũ cõtinebat repugnantia & aduersa.dicebatur enim q̃ crimen eiusdẽ presbyteri adeo notoriũ erat,q̃ nullus locus inficiationi penitus existebat:vt pote cui⁹ vniuersus populus testis erat. & tñ ibidem pręmittitur q̃ eidem presbytero terminũ peremp. assignauerũt in quo se purgaret si posset, cũ nimirum si crimẽ erat notoriũ non erat illi purgatio indicenda:sed in eũ cõdemnationis sentẽtia proferenda.Si verò nullus apparuerit accusator,& super prędictis criminibus vel ipsorũ altero apud bonos & graues fuerit infamatus, purgatio canonica indicetur eidẽ,non obstante q̃ corã prædicto electo dicitur se purgasse: qa pendẽte iudicio coram delegatis nõ debuit ordinarius purgationem indicere infamato.Bern. ¶ No.j.ex text. iudicẽ ordinariũ posse procedere contra infamatũ eidẽ purgationẽ canonicã indicẽdo,absq̃ eo q̃ terminus accusare volentibus statuatur,vel q̃ pręmittatur inqsitio super veritate. Et certè nõ cauillãdo,nec dãnando literã hîc videtur casus pro eis quæ dixi in.c.inter.s̃.eo.licet Inno.super hoc instet:vtj.subijciam.Secũdò no.retento eodẽ modo intelligendi.q̃ deficiẽs in purgatiõe super graui crimine põt priuari beneficijs suis,licet nullus ali⁹ agẽdi modus pręcesserit:qa(vt.s̃.dixi)hîc non apparet de accusatione vel inquisitione præcedenti qđ est cõtra opi. Io.and.in.c.significasti.s̃.de adul.vbi dixi talem tantũ suspẽdi debere. & de hoc j. ¶ Tertiò no.q̃ ex eodẽ facto qñq̃ oriuntur duæ species criminũ separatę.vnde ex retẽtione & abusione vxoris cõsanguinei oriebantur crimen incestus & adulteriũ.nam incestus oriebatur,qa affinis:adulterium verò,quia cõiugata.facit tex.in.l.si adulteriũ cũ incestu. ff.de adul. ¶ † Ad idẽ vide glo.no.in.c.virginib⁹.xxxvij.q.j.quę dicit accedentem ad monialem committere tria delicta. [a]Primũ.qa sponsa dei cõmittit adulteriũ. Secũdũ,qa cõsecrata cõmittit sacrilegiũ. Tertiũ. quia affinis spiritualis cõmittit incestũ.vnde de quolibet istorũ criminũ accusari potest.An autem punitus de vno:puta sacrilegio possit accusari postea de adulterio vel incestu. tangit ibi glo.sed melius Bart.in.l.senatus.ff. de accu. & dicendum:vt in glo. ¶ † Quartò not.arg.opti.ex text.q̃ etiam in processu inquisitionis debet fieri litis contest. aliâs si proceditur ea omissa, etiam contra absentem nõ valet processus:hoc singulariter colligitur ex text. subtiliter intelligendo verba sententiæ: secundum inquisitionem.Hoc dictum tamen intellige quando inquisitio fit ad petitionem alterius principaliter eam promouentis.quia tunc ille habetur loco accusatoris.secus si fieret ex puro & mero iudicis officio. quia tunc non est cum quo fiat contestatio. Et hoc modo intellige .c. quoniam frequenter.§.sunt & alij:vt lit.non contesta.vbi videtur probari contrarium: & hæc est vera & communis conclusio.maximè Host.hîc & in.c.clamor.s̃.de test, dico plenè in.d.§.sunt & alij.& ad hoc solet quotidie allegari ista litera.cui videtur cõcordare.c.cum.I.& A.s̃.de
4 reg.iur. ¶ † Not.vlterius & tene menti quòd crimen fornicatiõis,seu incestus, vel adulterij põt adeo esse notoriũ vt inficiationi locus non sit:vnde absq̃ alia indagine potest Iudex procedere ad impositionẽ pœnę.Et loquitur iste tex.qñ notorietas surgit ex sola retẽtione mulieris ī domo:vt qa fortè in lecto vel in mẽsa simul iacẽt seu natus est inde filius qui est euidens ar.incõtinentię paternę.vt dicit tex.in.c.priusq̃.xviij.dist. & facit hoc.c.ad
5 no.in.c.vestra.& ca.fi.de coha.cle.& mu. ¶ † Itẽ not.tex,
b opti.probãtẽ q̃ in delicto [b]notorio laici possunt testificari cõtra clericos.vnde hîc dicitur quòd populus viciniæ erat testis notorietatis.& hunc tex.singulariter alle.
6 gl.in.c.decætero.s̃.de testi.in materia huius.c. ¶ † Itẽ collige q̃ notoriũ causatur ex eo quod notũ est viciniæ: &
c no.modum probandi notorium[c].nã satis testis videtur reddere sufficientem causam si dicit q̃ omnes de vicinia
7 dicunt. ¶ † Vlti. collige q̃ papa committendo causam contra aliquem clericum videtur tacitè adimere iurisdictionem inferiorum quo ad illam causam,adeo vt non valeat processus coram inferiore iudice agitatus.de quo no.in.c.cũ.M.de consti.& per Inn.in.c.vt nostrũ.s̃.de appel. ¶ In glo.j.ibi: *sed suspendi ab officio*. Aduerte.quia glo.videtur inuoluere istum passum.nam.c. inter.s̃.e.in prin.quod disponit de suspensione tantùm, nõ loquitur de deficiente in purgatiõe,sed in infamato contra quem incipit processus.Vnde aduertendũ.q̃ aut quęrimus de modo procedẽdi cõtra infamatũ à principio, & hoc casu debet seruari quod dixi in.d.c.inter. Aut quærimus de modo puniendi deficientem in purgatione:& hoc casu loquitur iste tex.& plenè tetigi materiam in .c. accedens.s̃.de accu.Et communis cõclusio in.d.c.accedẽs est: vt in pœna imponenda attendatur modus agendi: vt si pręcesserit accusatio,puniat vt conuictus in accusatione si pręcesserit inquisitio,puniatur vt conuictus in inquisitione. ¶ † Sed dubium est.quando nullus modus agendi
8 pręcesserit,vt quia Iudex nulla pręmissa inquisitiõe super veritate indixit purgationem infamato,& hoc casu voluit Io.and.in.c.significasti.de adult.vt tantùm suspendatur.& optimè facit iste tex.Inn.hîc in prima opi.hoc tetigit:sed postea concluſit oppositũ dicens:q̃ ex quo infamia est contra aliquem,& Iudex nõ habet probationes promptas,potest absq̃ alio sibi indicere purgationẽ, & deficientem priuare beneficijs suis,& etiam deponere si crimen est graue,& pro hoc facit.c.cum.P.s̃.eo.& optimè facit ista litera:vt.s̃.tetigi.Sed ob.dictum Io.an.in dicto. c.significasti . vbi solent ista allegari pro contrarijs. Sed pro concordia posset dici q̃ aut Iudex indicit purgationem ad effectum indicẽdi pœnitentiã, vel vt fileat in famiã:& tunc procedat illud.c.significasti.nam vbi infamia silere non potest,debet fieri suspensio ab officio. ij. q.v.presbitero.& ita si est deficiẽs in ea purganda, suspẽditur ab officio. Aut Iudex procedit contra infamatum vt priuet eum beneficijs suis si se nõ purgauerit.Et hoc casu potest procedere iste tex.ex opinio.Inn . vel aliter. Aut crimen est graue:ita q̃ Iudex ex officio suo,aliâs arbitrio suo imponeret pœnam priuationis , & tunc illa imponetur:aut non est ita graue,& tunc fiet suspensio. Nam sciendum q̃ vbi proceditur per inquisitionẽ , mitior pœna imponitur q̃ per accusationem:vt in.c.qualiter.el.ij.de accusatio.& pœna est arbitraria.ita & mitior debet imponi quando proceditur contra deficientẽ in purgatione,cũ sit pręsumptiuè conuictus, & nulla pręcesserit inquisitio.cùm ergo pœna sit arbitraria , & delictum hîc commissum fuerit separatum,& longè graui⁹ à delicto commisso,vt in.c.significasti.potuit Iudex ibi arbitrari pœnam suspensionis,& hîc arbitrari pœnam

priuatio

priuationis.& hoc plus placet.& ſecũdũ hoc poſſumus limitare ea quæ dixi in.d.c.accedẽs. Ex p̃dictis poteſt inferri ad ſolutionem alterius poſitionis quæ poteſt formari cõtra textũ.videtur enim quòd ex quo iſte purgauerat ſe vel fuerat cõdẽnat⁹ corã Coſtãtiẽ.epiſcopo.ꝙ nõ debeat amplius onerari ſuper purgatione prẽſtanda. Solu.dicunt quidã ꝙ papa voluit iſti facere gratiam, vt no.obſtante prima condẽnatione poſſet iterum ſe purgare ſi vellet.Sed poſſet aliqua ſolutio & melior dari ꝙ aut quis fuit abſolutus:quia præſtitit purgationẽ:& tũc non debet iterùm onerari:ita loquitur.c.ex tuarum.s̃.e. à contrario.Aut fuit condẽnatus,ſed condemnatio propter rebellionem ſuam non habuit effectum:& tunc poteſt iterùm impeti:quia non debet condemnatio ſibi immunitatem præſtare.Tertiò poteſt ſolui quòd presbyter non excepit de priori proceſſu:qa faciebat contra eũ Quartò poteſt ſolui ꝙ epiſcopus Conſtantienſis iniuſtè proceſsit,quia nõ habet priuare ſed ſuſpẽdere.ſed ab hac ſolutione recedit Inn.vt ſuprà dixi.& ideò tene alteram ex prædictis.& facit quod no.Bar.in.l.ſepulchra.in fi.ff. de ſepul.vio. ¶ †In gl.in verſ. *non erat indicenda.* ibi: *citatio tamen facienda eſt.* De hoc an citatio[a]& ſentẽtia ſolennis interuenire debeant in facto notorio.dic vt nota. in.c.ad noſtram.el.iij.de iureiurã.in.c.ex partej.de verb. ſigni.in.c.veſtra de coha.cle.& mulie. Et aliquid tango in.c.cũ olim.de re iudicata.vbi tex. ¶ In gloſſ.in verbo. *apud bonos.* in fine.Tenet ergo glo.ꝙ ſufficiat talis infamia ad indicendam purgationem.Et ad.c.qualiter.reſpõ de quòd nõ contradicit:ſed non dicit quare Ioan.and.dicit quòd illud.c.loquitur in inquiſitione,iſtud in purgatione:& ſic videtur ſentire opinio gl. quo ad purgationem indicendam.de hoc per Inno.& Hoſtiẽ.in dicto. c. qualiter.& ibi plenè dixi.Et quo ad propoſitũ diſtingue rem.ꝙ aut ſubeſt ſcãdalum niſi ſe purget apud bonos & graues:& eſt indicenda purgatio:quia ſolùm ſcandalum per ſe ſufficit ad purgationem indicendã:vt in.c.inter.s̃. eodem.aut non ſubeſt ſcãdalum:& tunc non eſt indicẽda purgatio.textus videtur iudicio meo in.c.cùm in iuuentute.s̃.eodem.nam ibi infamia peruenit ad regẽ & regni maiores:ſed quia habuit ortum ab emulis, Papa noluit moueri contra illum etiam ad purgationem, niſi deuictus inſtantia illius pro hoc.quia quando infamia non habuit ortum ex probabilibus coniecturis non dicitur infamia quo ad iuris effectum:ſed vanę voces populi de quibus non eſt curandum.vt in.c.oſius.de elect.&.l.decurionum.C.de pœnis.per Bar.in.l.de minore.§.tormẽta.ff.de quæſti. ¶ In gl.fina.ibi: *nullam habuit iuriſdictionem &c.* ¶ †Nota benè glo.iuncto tex.quòd is contra quem cauſa commiſſa eſt per papam nõ poteſt adire ordinarium loci,& renuntiare reſcripto: quia iudiciũ redditur in inuitum,nec valet proceſſus coram eo inuitus. ſecus dicit Hoſt.quando pars quæ impetrauit reſcriptũ re integra ad ordinarium accedit parte aduerſa conſentiente:quia videtur tunc renuntiare reſcripto.& delegatus nõ debet eos ampli⁹ audire.arg.in.l.ſed ſi.cũ.l. ſeq.ff. de arb.de quo vide qd̃ no.in Spe.in ti.de leg.§.reſtat.ver. itẽ finit.& dic etiã vt no.in.c.ex cõqueſtiõe.de reſti.ſpo.

criminibus?

5 *Diſpenſatio in matrimonio circa cognitionem ſpiritualem nunquam reperitur quòd ab eccleſia romana fuerit obtenta:ſecus in cognatione carnali.*

6 *Promouens ſcienter aliquẽ homicidam,vel aliter irregularem punitur & promotus deijcitur.*

7 *Inquiſitio ſemper debet continere qualitatem criminis,& circunferentias quando ſit ad pœnam imponendam: aliàs fortè ſecus.*

8 *Tutor poteſt remoueri in generali ſuſpitione:etiam non habita qualitate nec forma ſuſpitionis.*

¶ CAP. XVI.

b ACcepimns. b Nõ ſufficit prælato de criminibus infamato iurare cũ ſe purgat,ꝙ ſit immunis ab illis criminibus,ſed iurare debet ꝙ poſt ſuam promotiõem illa crimina non commiſit.h.d.Et quatuor ſunt partes.In prima iudicum conſultatio ſuper forma purgationis quã purgãdus offerebat.In ſecunda ibi: *ipſe.* purgandi ſupplicatio. In prima ibi: *Porrò.* ipſius formæ reprobatio.In quarta ibi: *Ideoque.* cauſæ commiſsio cum expreſsione debitæ formæ. ¶ Caſus literalis Archiep̃s Biſuntinus infamatus erat de ſimonia & de incontinentia, & quod iuſtitiam vendebat,Papa mandat quibuſdam vt ſuper prædictis purgationem eidem indicerent: qui recepto mandato ipſum citauerunt ad præſentiam ſuam:ipſe ad diem præfixum comparuit,& iuramentum purgationis obtulit, ſub hac forma videlicet ꝙ erat immunis ab illis criminibus ſuper quibus ſe purgare debebat: ſed Iudices talem purgationem admittere noluerunt. ſignificãtes hoc domino papæ.Ipſe verò ad apoſtolicam ſedem accedens,aſſeruit ꝙ ipſi nolebant vt aſſereret,ꝙ nunquã à natiuitate ſua paſſus fuerat lapſum carnis. vnde petebat quatenus ſaltem ſuper purgatione incõtinentiæ mitigaret rigorẽ: ſed papa non credit ꝙ ſub illa forma exactum fuiſſet iuramentum ab ipſo,ſed potius præſumit ꝙ alia de cauſa ſub illa forma ſe purgare volebat: videlicet ꝙ immunis erat ab illi criminibus de quibus erat infamatus,tanquã dimiſsis per pœnitentiam iam eſſet immunis ab illis.ſed hoc iurare temerarium erat cùm beat⁹ Iob dicat.Etiam ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorat anima mea.vnde papa prẽſcriptam formam ſecundum quã iurare volebat reprobat, vt indiſcretã,temerariam,& ineptam:mãdãs prędictis iudicibus vt ſi voluerit & potuerit ſe purgare ſecundum hanc formam ſe purget:videlicet ꝙ illa crimina grauiora ſcilicet ſimoniam,venditiõem iuſtitię,& incontinentiam:de quibus extitit infamatus iuret ſe non commiſiſſe poſtq̃ fuit in archiepiſcopum aſſumptus. & compurgatores ſic iurent ꝙ credunt illum verum iuraſſe:quo facto illum dimittant in pace.alioquin ipſum ab eccleſia Biſuntinen̄.debeant remouere.Ber.No.j.ex tex. quòd infamatus de delicto non compellitur ſe purgare à tempore natiuitatis ſuæ quinimò ſi eſt prẽlatus, iurat 1 tantùm à tempore promotionis. ¶ †Ex hoc collige vnum dictum ſatis pulchrum. quòd de iure canonico tempora non ſunt præfixa ad impetrandum contra aliquem de crimine: c & ſic licet de iure ciuili poſt quinquennium nõ poſsit qs impeti de adulterio.& etiã poſt viginti annos in alijs criminibus.l. querela. C. de fal. l. adulter.C.de adul.& quod ibi no.tn̄ de iure canonico ad iſta tẽpora nõ habeẽ hîc reſpectus. nam poterat ibi eſſe ꝓmotus elapſis triginta annis.Et facit text.iſte ꝓ opi.gl. in.c.admonere.xxxiij.q.ij.qd̃ puto verũ indiſtinctè quo ad indicendam purgationem:vel quo ad procedendum per inquiſitionem contra infamatum, ne infamatus toleraretur in adminiſtratione diuinorum: ſecus fortè eſſet

c

a ¶ An citatio. Vide Bald.in. l.ea quæ. col.ix. ver. tertiò q̃ rif.in princ. C. de accu.Franc.cur.in cõſi.xx.col. iij. cũ ſe.& ī cõſ. xxj.co. ij.& Abb.& alios in.c.cũ ſit romana. s̃.de app. vbi late qñ in notorijs requiratur citatio.

SEBA. SAPI.

b ¶ Accepimus. Vide Bart. allegantẽ hunc tex.in pulchro caſu.in.l.j.§. accuſationem. in fi.ff.ad turpil.

c ¶ Vtrùm de iure cõi poſsit qs perpetuò impeti de crimine. & vide quod no.do.Abb. poſt Io.an.in.c.cũ haberet.de eo qui du.in matri.quam pol.per adulte.

¶ SVMMARIVM.

1 *Actio criminalis de iure canonico nõ terminatur tempore quo ad hoc vt poſsit Iudex ex officio inquirere: vel purgationẽ indicere: ſed quo ad accuſationem tollitur.*

2 *Delictum ſi fuit punitum in foro contenſioſo:põt tamen puniri iterùm in foro pœnitentiali:& ecotra.*

3 *Prælatus an debeat ſe purgare de delicto commiſſo ante prælaturam,& an poſsit indici ſibi purgatio per illum qui eum promouit?*

4 *Adulterium an & in quibus dicatur eſſe de atrocioribus*

dicendum in accusatione directa quæ instituitur ad pœnam infligendam: vt illa tanq̃ odiosa restringatur ad terminos iuris ciuilis: cũ expressè cautum non reperiamus cõtrarium de iure canonico: argu. c. j. de no. ope. nun. & optimè facit. c. cũ venerabilis. de excep. vbi crimen falsi tollit spatio inducto à iure ciuili: & vide quod ibi nota.

2 ¶ † Secũdò not. q̃ p pœnitẽtiã nõ tollit pœna naturalis delicti: & sic agens pœnitentiã de delicto, in foro pœni
a tentiali potest de eo accusari in foro contẽtioso, [a] vt ibi luat pœnam: pro hoc. d. c. admonere. & quod dixi in. c. de his. s̃. de accu. & hoc ideo: quia diuersi sunt effectus istarum pœnarũ: nam in foro animæ imponitur pœnitentia vt satisfaciat Deo quẽ læsit: sed in foro cõtẽtioso vt satisfaciat reipubl. quam scãdalizauit: ideo punitur in loco vbi deliquit. iij. q. vj. in. c. j. & in. c. j. de rap. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. ¶ No. iij. q̃ etiã post pœnitentiam actam de delicto non põt quis veraciter asserere se immunem ab illo delicto: quia fortè nõ rectè egit pœnitẽtiã. faci t de pœni. di. ij. c. j. ¶ Nota ibi. *etiã si simplex fuero &c.* q̃ homo rect9 põt dici simplex: & capitur tunc simplicitas in bonam partem: quasi sine plica, & sine inuolutione criminis. Vnde duplex est sim
b plicitas: quędam est contraria dolo [b]. & de ista loquitur hîc. quędã est contraria discretioni, & illa detestanda: & tũc dicitur simplex, quasi sine discretiõe, & sine mixtura sapientiæ. ¶ Vltimò no. formã quã prælatus debet præstare in se purgãdo. debet enim fieri purgatio per verba
3 certa & clara: vt q̃ nõ commiserit &c. ¶ † In glo. ij. in fi. No. gl. vult enim q̃ hodie non compellatur quis se purgare nisi à tempore promotionis. Ex quo infertur q̃ de delicto cõmisso ante promotionem nõ possit prælatus accusari, nec cõtra eum inquiri, vel purgatio indici. qđ clarius tenet glo. pe. Hoc vltimũ placet Phili. nisi crimẽ sit enorme. Hostiẽ. verò dixit q̃ p̃latus superior nõ põt ampli9 inquirere de crimine prius commisso: qa aut nõ inquisiuit tẽpore promotionis, & fuit in culpa: aut inquisiuit, & nõ debet denuò impeti. Circa hũc articulum aliud sentirem. videlicet q̃ aut tempore promotionis non emanauit edictũ vt quicunq̃ vult aliquid obijcere compareat intra terminũ &c. iuxta formam. c. fi. de elec. lib. vj. & tunc accusari potest: & nedũ ipse, imò promotor suus. arg. l. dist. c. si quis viduã. & in. c. fi. xxiiij. dist. & optimè facit. c. fin. qui ma. accu. possunt. Inquisitio verò fieri non debet per eundem superiorem qui promouit, ex quo mores suos approbauit. xxxij. q. v. c. horrendus. nisi crimina adeo fuissent occulta quòd ꝓbabiliter potuisset superior ignorare. tũc enim non obstante oppo. Hosti. puto eum procedere posse. pro hoc tex. in. c. nulli. de elec. li. vj. vbi electores possunt opponere crimina contra electum si probabiliter tempore electionis illa ignorabant: & idem dico eadem ratione in purgatione indicenda. Aut terminus prefixus fuit, & tunc si iste qui vult accusare erat in dioceſi, nõ debet audiri: sec9 si erat extra dioceſim: vt in. c. fi. qui ma. accusa. pos. vbi tex. optimus. & tenet Federic. in consilijs suis: vnde pari ratione nec inquisitio fieri poterit: nã præsumitur q̃ malitiosè fiat. Dubitarem tamen in crimine inducente irregularitatem: vt in homicidio, quãdo erat occultum tempore promotionis: sed non ex probabilibus coniecturis orta est infamia, nunquid ipse prælatus posset inquirere ex quo ipse non reperitur in aliqua culpa. & fortè potius esset dicendum quòd sic. nam contraria opinio sapit ab surditatem. Et ad istum text. posset responderi. quòd de istis criminibus erat infamatus post promotionem suã. nam simonia & venditio iustitię vt plurimùm committuntur per prælatum post promotionem, & communiter infamia de incontinentia oritur ex vitio commisso post promotionem. & ideo vsq̃ ad istud tempus iste dũtaxat debet se purgare. ¶ In glo. in ver. *ignorat.* in fi. Vel respondeatur aliter ad illud ca. q̃ loquitur in cõpurgatoribus. istud verò loquitur in purgando. Et ratio diuersitatis põt esse: quia purgandus potest sub ista forma velle iurare animo decipiendi Iudicem per equiuocationem: sed cõpurgatores cũ ignorent an ille egerit pœnitentiã nõ possunt intelligere illud verbũ immunis de peractis pœnitentiæ: sed credunt eum non cõmisisse illa delicta.

4 ¶ † In gl. in ver. *simonia.* in fi. Aduerte: quia cũ tex. hîc faciat mentionẽ de tribus criminibus. & dicat ea computare inter grauiora. gl. hîc nõ ꝓbat nisi de simonia. de qua tamen certissimum est q̃ computetur inter grauiora: vt est glo. in. c. tanta. de simo. ¶ Sed contra tex. opponi potest in eo q̃ incontinẽtiam computat inter grauiora: cũ alibi tex. nedũ fornicationẽ simplicem sed ipsum adulterium computet inter minora: vt patet in. c. at si clerici. in §. de adulterijs. & ibi no. de iudi. & quod no. gl. xxxij. q. vij. in. c. quid in omnibus. & tex. in. c. quia tua. l. dist. qui dicit paucos reperiri sine vitio incontinentiæ. ad idem quod no. Io. de lig. in. c. ad nostrã. de hęre. vbi dicit peccatum mendacij grauius esse q̃ sit simplex fornicatio: quia primum magis est contra naturam q̃ secundũ. Et ideò quidã dicunt q̃ computatur incontinẽtia inter grauiora, propter frequentiam delicti: vel quia facilius anima separatur à Deo: vel tertiò potest dici q̃ in episcopo fit graue peccatũ: cùm episcopus nõ dicatur cõmittere simplicem fornicationem: imò semper cõmittit adulteriũ spirituale, cũ habeat ecclesiam suam in spõsam & habeat ordinẽ sacerdotalem & episcopalem. ad hoc quod not. Pau. de lea. in cle. j. de offi. ord. & maximè quando habet concubitum cum illa de dioceſi sua, quę dicitur filia sua spiritualis: vnde grauis pœnitentia & pœna imponenda est episcopo vel sacerdoti pro delicto incontinentię cõmisso cum filia spirituali. xxx. q. j. c. nosse. & in. c. penul. & vlti. magis eñ abstinendum est à cognatione spirituali q̃ carnali: quia cũ agnatio spiritualis procedat ex venerabi
liori parte, est magis veneratione digna. vide text. opti.
5 xxx. q. iij. c. j. & c. pictatium. ¶ † Vnde eccclesia romana nunq̃ legitur dispensasse circa cognatiõem spiritualem: & tamen quotidie dispensatur in cognatione carnali cir
6 ca matrimoniũ contrahendũ. ¶ † In glo. in ver. *postquã,* ibi: *approbati sunt mores ipsius.* Aduerte: quia hæc ratio glo. non est vniuersalis. nã procedit in delicto occulto: quia ex quo superior promouens illud ignorat, probabiliter non videtur approbare. tex. est in. c. nulli. de ele. lib. vj. prealleg. Item no. procedit ratio gl. in eo qui approbarenõ poterat, vt puta in episcopo promouente homicidã, vel aliâs irregularem. quinimò & episcop9 promouens punitur, & promot9 deijcitur. vt in. c. si quis viduã. l. dist. & in. c. fi. xxxiiij. di. vnde hæc ratio gl. nõ concludit in successore qui non fuit in culpa. & ideò de hac mate-
7 ria dic melius: vt dixi super glo. ij. ¶ † Extra gl. oppo. cõ
c tra tex. & videtur q̃ ista inquisitio generalis non debet admitti. quoniam cùm alicui impinguntur aliqua crimina, debent exprimi omnes circunstantiæ delicti: vt quo mẽse, quo anno, cũ qua persona delictum cõmissum est &c. vt habetur in. l. libellorum. ff. de accusa. canonizata. ij. q. viij. in. c. per scripta. §. libellorum. nõ eñ debet quis vagari cũ iactura alterius. l. prætor edixit. ff. de iniu. in. c. vt quis duas. de electio. lib. vj. ad idem. c. vt circa. & c. j. e. tit. & li. nam remotis circunstantijs delicti, quodãmodo tollitur ipsi reo defensio. Solu. Inn. circa hoc instat ponẽdo opi. nã quidam sunt contrarij dicẽtes q̃ vbi infamia est generalis: vt puta infamatur quis de delicto incontinentiæ, & non dicitur cũ qua muliere: vel de simonia, & non dicitur cũ quo illam cõmisit: q̃ talis infamia tãquã nimis incerta & generalis est respuenda. Alij verò dicũt (quibus assentit Inn.) q̃ contraria loquuntur in accusatione, sed in inquisitione, seu in indictione purgationis, ex quo ignorantur circunstantiæ, seu sunt occultæ: non

sunt necessariò

SEBA. SAPI.
a ¶ Contentioso. Vide Ioã. de ana. declarantẽ in. c. ñ. col. xiiij. s̃. de maledi. & Pe. de ancha. ĩ regula peccati venia, in prima op. de reg. iur. lib. vj.

SEBA. SAPI.
b ¶ Contraria dolo. Quotuplex sit simplicitas. vide Geor. nattã in repet. cle. sæpe. in prin. in verbo simpliciter de verb. signi.

c ¶ Vtrùm possit fieri gñalis inquisitio absq̃ circũspectione circunstãtiarũ delicti. & vide oĩno qđ not. d. Bar. de bellẽ. sup Innoc.

sunt necessariò exprimendæ:sed ad terminos infamię fiẽ da est inquisitio,vel indicenda purgatio.vnde si infamia est generalis,fiet inquisitio generalis,& indicetur purga tio generalis:vt hîc.& in.c.licet de simo.vbi papa gene- c liter inquisiuit de simonia insufficientia,& de rebus ca ptis in naufragio,vnde tãtũ valet species quo ad speciem quãtũ genꝰ quo ad genus & ecõtra arg.in ĩ.duo.ff.de ad mi.tu.& idem dicit Inn.quãdo obijcitur crimen contra petentẽ confirmationẽ vt repellatur:& non sit necesse exprimere circũstantias:maximè si obijciẽs iurat se igno rare arg.in.l.in actione.ff.de fur.nã secũdũ eũ cũ inquisi tio fiat vt eniteat bona fama,si exprimerent circunstan tię,operatur cõtrariũ effectũ:quia multa occulta publi carent:& cũ his dictis vt plurimũ trãseunt doctores no stri.ex quibus habetur maxima limitatio ad iura in cõtra riũ allegata.Sed tu aduerte.quia Bar.sequendo Iac.bu.in in.l.ij.§.si publico.ff.de adul.tenet cõtrariũ.ꝙ sicut in ac-cusatiõe ita & in inquisitione debẽt exprimi circũstãtiæ delicti:quia inquisitio succedit loco accusatiouis,prẽter quàm in inscriptione ad pœnã talionis.& ad istũ tex.re-spõ.ibi Bar.ꝙ procedit qñ inq̃sitio fit nõad pœnã ĩpo-nendam:sed vt prẽlatus tã q̃ indignus remoueatur ab ad 3 ministratiõe.¶ † Nã hoc casu tutor tanq̃ suspectus põt remoueri ex generali suspitione:vt in.l.hęc eñ. ff.de su-spe.tuto.& ita prẽlatus ex generali infamia.Sed aduertẽ dũ.qm̃ priuatio bñficij est pœna non modica in clerico, cũ ex eo sustentetur,& multis etiã sumptibus fortè illud acquisiuit.vt dicit tex.in.c.super hoc de renun.facit.c.su per his.de accu.& quod no.in.c.querelam.de ꝓc.& esse prẽlatũ est honor & cõmodũ:sed nõ sic esse tutorẽ. Ex quo satis posset dubitari de dicto Bart.sed defendendo eũ posset dici ꝙ aut inquisitio fit vt prẽlatus dũtaxat re-moueatur ab administratione:nõ aũt vt pœna inferatur & tunc cùm nõ dicatur cã criminalis.vt in.c. qualiter & qñ.ij.de accus.ꝓcedit opi.Bar.nã infames nõ debẽt ad-ministrare in ecclesia Dei:maximè cũ se purgare nõ pos sunt.vnde respectu iudicis nõ est pœna.secus videtur qñ Iudex procedit inquirendo,nõ vt remoueat ab admini-stratione:sed vt puniat de delicto.tũc em̃ procedit dictũ Inn.ex quo infero.ꝙ vbi p̃latus ꝓcedit cõtra subditũ be neficiatũ,& nõ exprimit ad quẽ finẽ agat,ꝙ tũc cũ pœna sit arbitraria,& posset punire aliter q̃ priuãdo beneficijs vt no.in.c.inquisitiõis.de accu.ꝙ tũc nõ admittet inqui sitio sine circunstãtijs.sicut dicimus qñ agitur de iniuria criminaliter,vt nõ possit interuenire ꝓc.quia pœna est a arbitraria,& poset iudex[a] imponere pœnãcorporalẽ:& sic habetur respectus ad id quod contingere põt vt in.l. fi.C.de iniu.&.iij.q.ix.c.absens.§.nisi.Et hęc no . qa sunt quotidiana.& considera ꝙ tacitè Inn.sensit illã opi . Iac. & Bar.in eo ꝙ reddit rationem specialitatis:quia inquisi tio fit vt bona fama eniteat &c.quę quidẽ ratio nõ pro-cedit qñ fit inq̃sitio principaliter ad pœnã inponendam. Et ideò in foro ciuili cũ semper inquisitio fit ad pœnã imponendã debẽt exprimi circũstãtiæ,nec Inn. videtur sentire contrarium per illam rationem.

De purgatione uulgari. *Rubrica.*

¶ Quia duplex est purgatio,quędã canonica:quia canõ inue-nit eam.de qua.§.dictũ est.q̃dã verò vulgaris:quia vulgꝰ intro-duxit eam.Idcò sequitur nunc videre de vulgari.

¶ CAP. I.

b

Vra susceptiꝝ.[b] Duella, & aliæ purgationes vulgares prohibitæ sunt : quia per eas multoties condemnatur absoluendus,& deus tentari videtur.h.d.to tus titu.Et secunda pars huius . c . ibi: *Tuæ.* ¶ Casus literalis.Quærebatur vtrùm super possessionibus ecclesiarũ possint fieri duella.rñ.Papa.ꝙ nec sup his nec alijs debẽt fieri.Ber.¶ No.j.ex tex.prẽlatũ nõ debere sustinere iniri duella[c].i.bellum duorũ:neq̃ su per possessionibus ecclesiarũ:nec alibi.& sic est vnus ca-sus in quo ecclesia vendicat sibi iurisdictionem in laicos impediendo ista duella.Et est ratio:quia per ea videtur tentari Deus:vt in.c.fi.j.eo.ergo legatus suus vt est præla tus quilibet põt se intromittere & impedire.Itẽ propter periculũ animarũ.vt in.c.j.&.ij.de tornea. Secundò ad-uerte:quia dupliciter potest tex.intelligi ibi: *super eccle siarum possessionibus &c.* Primò vt intelligat super pos-sessiõibus.id est super plateis & prædijs ecclesiarũ: quia ecclesiæ consueuerunt habere plateas amplas & aptas ad hoc.Secundò potest intelligi quando est contentio su-per possessionibus ecclesiarũ,vt propter hoc non fiant duella.& vterq̃ intellectus est bonus in se.

a ¶ Posit Iudex.In arbitrarijs Iudex põt imponere pœ nam corporalẽ.ad hoc vide gl. ĩ.§.in summa . instit . de iniur.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Libellus vnus potest formari super eodem crimine contra plu-res:secus super diuersis criminibus.*

2 *In istis duellis quæ ineuntur ob aliquas differentias,si vnus mo riatur non per hoc creditur illi quòd fuerit in culpa super di ctis differentijs.4.*

3 *Merum & mixtum imperium an possint præscribi?*

4 *Sententia retractatur multis modis.*

5 *Sententia retractatur,& non transit in rem iudicatam si pars pro qua fuit lata confiteatur ipsam iniustam:vel de eius iniu stitia constat notorie.*

6 *Restitutio in integrum aduersus sententiam nõ conceditur,nisi à solo principe.*

Iudex qui tulit sententiam non potest ipsam amplius reuocare, nec eius successor:& quæ sit ratio.vide hìc.

b ¶ Vide Bart. in.l. ĩperator adrianus ver . itẽ inducitur ad qõnẽ.ff.de stat. homi.

¶ CAP. II.

Significantibus. Summatum est.s. c. proxi.In prima ponitur conquestio.In secun da prouisio.ibi: *Vnde* . ¶ Casus literalis[d] Quidam accusauit.V.laicum & fra-tres eius super quodam furto,cum quo coacti sunt inire duellum,in quo peccatis alijs præcedentibus ceciderunt propter quod fuerunt per Consules Spoletanę ciuitatis bonis proprijs spoliati:sed postmodum furtũ est apud alios inuentum , & domino faciente reuelatum quòd fuerunt innocentes.Isti fratres significauerunt hoc.d.pa pæ petentes sibi super hoc prouideri : vnde mandat Consulibus illis vt ablata restituant vniuersa . Ber. 1 ¶ † No.j.ex tex.quòd de eodẽ crimine possunt plures in eodem libello ab eodem accusari : secus vbi crimina essent diuersa.de quo.ij.quæstio.j.prohibentur.&.l.j.C. si reus vel accu.mor.c.fue.&.l.hos.accusare. ff. de accu. 2 ¶ † Secũdò no.ꝙ in istis duellis q̃ inueniunt ad ꝓbandũ innocentiã alicuiꝰ,nõ semper detegitur veritas:quia vt plurimum cessante diuina dispositione prẽualet fortior & ingeniosior.& est contra nobiles maximè de hispania de facili ineuntes ista duella cũ inter eos est contentio. 3 ¶ Tertiò no.argumentũ quòd Consules Spoletanci ha-bent iurisdictionem:sed contra hac facit,quia spoletana ciuitas est de patrimonio ecclesiæ:ergo tota iurisdictio est apud ecclesiam Romanam.Sol.dicit Host.ꝙ ab olim etiã ciues spoletani vt conseruarent sibi ius vniuersita-tis elegerunt sibi consules,qui habebãt iudicare de vilio ribus causis:sed postmodum paulatim vsurparunt sibi d totam iurisdictionem. vnde eligunt sibi potestatem & capitaneũ: & quando ꝙ cõtemnũt sentẽtiã summi pon-

✣ SEBA. SAPI.

c Duella. Quòd du-ellũ sit reprobatũ vide Ias.ĩ.l.ex hoc iure.col.iij.ff.de iu sti.& iur.& And. sicu.in cõs.añtepe. inci.illud ĩ mediũ referã.co.xvj.ver. capio nũc aliã du-bitationẽ in.j. vol. Bal.latè ĩ ti.de pa. te.in.§.si rusticus. Albe.in qua actio ne.§.si qs in collu-siõe.ff.ad.l.aql. Ang.ĩ disputatio ne inci . Renouata guerra.Card.ĩ cle. postoralis.de re iu di.Io.de lig.in tra. de duello.& latio rẽ tra.de duello fe cit Paris de puteo vbi latè de q̃stioni bus occurrentiꝰ in materia duelli.

d ¶ Vide Bal.in.l.j. C. de iur.& fac. igno.

tificis: vnde concludit ꝙ cū ipſi vſurpauerunt ſibi iuriſ dictionem, non poſſunt allegare præſcriptionem: quia in rebus inuaſis & occupatis non currit ꝓſcriptio. inſti. de vſuca. §. quod aũt. xciij. di. c. fi. de præſcri. Et hoc dictū nota contra omnes cōmunitates Italię quę per vſurpa-
a tionem exercent merum & mixtum imperium.[a] vnde non poſſunt allegare iuridicè ꝓſcriptionē: licet aliud ſentiat Bart. & minus bene in. l. oēs populi. ff. de iuſti. & iure. Sed poteſt ibi intelligi Bar. de legitima ꝓſcriptio ne, ſecus de illegitima. vt ipſemet tangit in. l. j. ff. de aqua
4 plu. ar. ¶ † In glo. ibi: *propter probabilem errorem bene retractatur ſententia &c.* Aduerte. qa glo. loquitur hîc ni mis generaliter, & nō reddit ſufficientem rationem diuerſitatis: quare in iuribus alleg. in prin. glo. nō retracta tur ſententia propter errorem. ſed hîc & in caſibus ſequentibus in glo. retractatur propter errorem. Doctores etiam vario modo loquuntur: ſed clarè expediendo intellectum. c. colligendo ſparſim dicta per doct. & aliqua addendo. dic ꝙ multiplex poteſt eſſe intellectus. c. Et primus intellectus eſt ꝙ ideo fuit retractāda hæc ſen tentia: qa fuit lata prætextu probationum reprobatarum, & fallacium. Sicut enim ſentētia lata per falſas pro bationes retractatur: vt in. c. cùm venerabilis. ſ. de exce. & C. ſi ex fal. inſtru. per totum. ita & fortius hæc ſenten tia retractari debet, cum hæc ſententia retractari debet cū hæc probatio duelli ſit fallax & à iure reprobata. & hunc intellectum ſentit glo. in fi. licet obſcurè. & tenet Hoſti. dicens ꝙ ipſemet qui eam tulit potuiſſet retracta re ſi erat ordinarius: vt no. in. c. qualiter. ſ. de accuſa. facit. l. abſentē. C. de accu. & quod not. in. c. cū ceſſante. de appel. Secundus intellectus eſt. ꝙ iſtud duellum fuit indictum per iudicem ſecundū ſtatutum ſeu conſuetudinem loci: vt patet in text. ibi: *coacti &c.* & ſic ſententia iſta fuit lata ex probatione nō integra: ſicut ergo quādo ſententia eſt lata ad iuramentum partis delatum per iudicem poteſt retractari cōperta veritate. vt in. l. admonendi. ff. de iureiur. & no. in. c. fi. ſ. eo. ti. ita & iſta ſententia cōperta veritate debuit retractari. & iſte intellectus eſt optimus, & procedit etiam præſupponendo ꝙ tempore huius. c. duellum iſtud non eſſet reprobatum. Et hunc intellectum ſentit Vincen. Tertius intellectus quòd ſententia fuit hîc nulla ex defectu ordinis iudiciarij: vt in. l. prolatam. C. de ſenten. ij. qō. vj. in. c. ei qui. §. diffinitiua. & quod no. ij. q. j. in ſumma. Quartus intellectus. vbicunq; cauſa ſententiæ redit ad nō cauſam: nec infringitur effectus ſententiæ, debet retractari comperta veritate. ſicut in. l. ſi fullo. ff. de condic. ſine cau. vbi dicitur ꝙ ſi dedi fulloni pānos lauādos & ipe eos perdidit & ſic fuit cōdemnatus ad ęſtimationem, quòd repertis rebus per dominum retractatur ſententia: quia cauſa redit ad non cauſam: nec infringitur effectus ſententiæ: cùm iſte habeat bona ſua. Ita in propoſito iſti fuerunt cōdemnati, qa præſumebātur ſubtraxiſſe illas res. rebus ergo repertis ceſſat cauſa, & accuſator nihil perdit. facit quod not. Barto. in. l. ſi fine. ff. rem ra. ha. & puto hoc voluiſſe dicere Inno. hîc. dum dixit ꝙ propter æquitatē caſus ſuperuenientis receditur hîc à ſententia. vt. d. l. ſi fullo. & ff. commodo. l. in commodato. §. vlt. vbi dicitur ꝙ ſi commodatarius perdidit rem cōmodatā: & ſic fuit condemnatus ad æſtimationem repetere, tenetur dns reſtituere ęſtimationem. Quintus & vltim⁹ intellectus poteſt eſſe propter notoriam iniuſtitiam ſententiæ: nā notoriè tunc conſtabat de eius iniuſtitia: & notorietas
b iniuſtitię reddit ſententiam nullam:[b] vt in. c. inter cæteras. de re iud. no. Inn. in. c. fraternitatis: de frigi. & male. nam ſententia iniuſta tenet propter præſumptionem: quæ præſumptio ceſſat vbi notorietas iniuſtitiæ eſt in
5 contrarium. arg. viij. diſt. c. veritate manifeſta. ¶ † Pro hoc facit quod no. ſingulariter Inn. in. c. quia pletiq;. de immu. eccle. vbi dicit ꝙ ſi pars pro qua ſententia lata eſt cōfitetur eam iniuſtam, ꝙ debet retractari: fortius ergo retractanda eſt vbi notoriè conſtat de eius iniuſtitia: & maximè de iure canonico. nō enim debet ſuſtinere quē retinere rem cū peccato. Et per hoc multū limitaretur. l. cū putarē. ff. fa. her. dicitur ꝙ ſi ego erā hæres in totū, & accepi tecum iudicium quaſi eſſes cohæres meus: & ſic diuiſa fuit hæreditas inter nos: ꝙ licet poſtea conſtet de contrario non poſſum à te repetere indebitè ſolutū. Et ex prędictis clarè patet intellect. c. & ratio diuerſitatis
6 inter hoc. c. & iura contraria. ¶ † Et aduerte ad vnum
c notabile dictum Hoſt. ᶜſi eſt verū. dicit enī ꝙ ſi ſententia lata eſt contra ius litigatoris, & trāſiuit in rem iudicatā, licet non debeat iure ordinario retractari. poſſum tamen petere reſtitutionem in integrum ex clauſula generali arg. in. c. ex literis. de in integ. reſti. & in. l. j. ff. ex q. cau. ma. & idem ſentit glo. in. l. fideiuſſor. §. in omnibus. ff. man. & in. d. l. ſi fine. & licet doc. noſtri tranſeant cum dicto Hoſt. tamen doct. iuris ciuilis cōiter hoc non admittūt: vt no. in. l. j. C. de cōdi. inde. & per Bar. in. d. l. ſi fine. & mihi placet hoc vltimum, niſi à principe petatur hæc reſtitutio in integ. nā ſolius principis eſt hoc concedere. pro hoc tex. in. l. diui. ff. de pœnis: & ibi Bar. nā cū ſententia faciat ius inter partes: vt in. c. cū inter. de re iudi. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. nō pōt inferior à principe ius parti quęſitum tollere. an idem. l. j. & ij. de ſen. reſcin. nō poſ. vbi iura generaliter dicunt. ꝙ nec proferens nec ſucceſſor poteſt ſententiam retractare.

a SEBA. SAPI. ¶ Imperium. An poſsit ꝓſcribi merum & mixtū imperium, multa ad hoc tradit Iaſ. in. l. imperiū. ff. de iuriſ. om. iud. & Fel. in. c. auditis. colū. ix. ſ. de præſcript.

b SEBA. SAPI. ¶ Snīam nullam. Vide de hoc remiſsiuè per Felin. in. c. ſi qñ. ī prin. ſ. de of. dele. & adde ꝙ ſi cōtra ſnīam q̄ trāſiuit in rē iudicatam pars fuerit admiſſa ad diſputādum de iuſtitia ipſius, ſi appareat de iniuſtitia, debet illa ſnīa retractari vt per Fel. ī. c. qm̄ cōtra falſam. colū. xxix. verſi. fallit quartò. ſ. de ꝓba.

c ¶ Notabile dictū Hoſti. Adde ꝙ cū hoc dicto Hoſtiē. cōcor. do. Anto. in c. cū bertoldus. in xvj. co. ver. duodecimus, & vtrū qñ ſnīa trāſit in rē iudicatam poſsit ille cōtra quē eſt ſentētia lata petere reſtitutionē in inte. ex clauſula gñali. tex. eſt nota. & ibi Bart. in. l. cū fideicōmiſſum. ff. de cō feſ. facit qđ in ſimili. q. no. Io. de imo. in repet. in. c. fi, in antepe. char, verſ. ſed hîc eſt aduertē dū. de preſcrip. & ibi latè notaui. ¶ Adde Ange, cō ſi. clxxviij.

¶ *CAP. III.*

Dilecti filii. Summatum eſt. ſ. c. j. In prima parte ponitur querela. In ſecunda dat iudices ibi: *Cùm igitur.* ¶ Caſus literalis. Liuonienſes ad fidē de nouo cōuerſi grauem querimoniam ad ſedem apoſtolicam tranſmiſerant ꝙ fratres tēpli & filij qui ſuper eos habent temporalem poteſtatem ſi aliquando de aliquo crimine infamantur, compellunt eos ſubire iudiciū ferri candentis. & ſi qua exinde ſequatur aduſtio, pœnā legalem infligunt. Cùm ergo iudicium iſtud ſit interdictum: quia Deus tentari videtur. mandat papa cuidam iudici. quatenꝰ dictos fratres & alios per cenſuram eccleſiaſticam compellat: vt ab huiuſmodi conuerſorum grauamine omninò deſiſtant. Ber. ¶ No. j. ex tex. papā habere poteſtatem & iuriſdictionē ſupra principes ſeculares inquantum abutūtur iure temporali in grauamen ſubiectorum. ¶ Secundò no. vnam cauſam quare reprobatur purgatio vulgaris. nam per eam Deus tentari videtur. vt in litera: cùm ferrum ignitum naturaliter debeat lædere tangentem: vnde id in hac purgatione vulgari agitur, vt miraculoſè hoc non contingat.

De iniurijs & damno dato. Rubrica.

¶ Continuatur iſta rubrica ad præcedentes hoc ordine. Supra viſum eſt de variis exceſsibus tam prælatorum quàm ſubditorum: verùm quia ex eis frequenter inferuntur iniuriæ, & damna irrogantur, meritò poſt præcedentes titulos ſubnicitur iſtę.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Delicta quæ concernunt vindictam publicam non tolluntur mutua compenſatione: ſecus ſi concernunt intereſſe partis.*
2 *Prouocatus ad iniuriā, an poterit per prouocātem accuſari: & an ligetur ſtatuto faciente mentionem de percutiente. videj. nume. 4.*

Animal

3 *Animal irrationale si prouocatur ab alio: & illum occiderit: non tenetur dominus. vide ĩ. in. c. si bos in fi.*

5 *Percußus, vel, vulneratus, siue aliter debilitat⁹ potest agere ad suum interesse, vel ad expensas contra illum qui dedit causam debilitationis, etiam si non iacuerat in lecto. 6.*

6 *Homicida, siue aliter debilitans aliquem adeò quòd toto tẽpore vitæ suæ remanebit debilitatus: tenetur ad omnia, & ad quicquid ille potuißet lucrari.*

7 *Iniuriatus si remiserit iniuriam, non censetur remisiße suum interesse, sed tantummodo rancorem.*

Iniuriatus non tenetur remittere iniuriam, nisi ab eo petatur.

8 *Homicida non tenetur de homicidio quod dolo non commisit.*

9 *Iniuriatus potest agere contra iniuriantem criminaliter & ciuiliter: non tamen simul.*

¶ CAP. I.

c ¶ Delicti. Vide Alex. in. l. in ficiãdo. §. infans. ī apo. ff. de fur. Ia. ĩ. l. eũ qui. §. in popularibus. co. vlt. ff. de iu reiu. cũ multis allegatis p dñm meũ. Curtiũ in repe. c fi. cõ. iiĳ. s. de cõsuedine.

a ¶ Delicta. Istã distinctionẽ pulchrè ponit Pe. de anc. in. c. j. de re iudi. li. vj. & vide gl. & quod ibi no. ꝓ Ab. in. cle. j. de sepul. & vide bo. tex. ĩ. l. illud. in fi. ff. ad. l. aquili. vbi tex. dicit ꝙ vulnus cõfunditur cũ morte eodẽ mõẽto illata: & idẽ de aggressura dicit gl. in. l. qui de crimine. C. de accusa. & idem dicit Bal. in. l. aduersus. in fi. C. de fur. vbi etiã subĝit ꝙ si statutũ punit delatorẽ armorũ: & aliud statutum punit ꝓcussorem: ꝙ percutiẽs cũ armis nõ punit nisi pœna statuti disponẽtis de percussione. cuius cõtrariũ videt sensisse Ia. de bel. in aut. de armis. §. pñte. ꝓ illum tex. Itẽ adde hic ꝙ geminatio pœnarũ nõ habet locũ ĩ pœnis corporalib⁹ vñ si statutũ dicit ꝙ ei ꝙ dederit alapãptãti debeat abscĩdi vna man⁹, si ꝙs dederit duas, non abscindentur duę man⁹ sed scda pœna mutabitur ĩ pecuniariã: & idẽ eẽt in similib⁹ statutis duplicãtib⁹ pœnã puta si fuerit factum in platea. & est rõ: quia in corporalibus non est dare duplicationẽ sed esset magis ẽ duplicatio: ita dicit no. Bar. in. l. lucius. §. impuberẽ. de leg. ĝ. & Bal. in. l j. in fi. C. de sen. ꝙ pro eo ꝙ interest. ꝓse. & adde Bart. in. l. vulgaris qõ. ff. de fur. & de illo ꝙ vulnerauit aliquẽ cum forfice siue biburce: alias bifurca. & idẽ Albe. ĩ. ĝ parte stat. q. xlj. & vide eũdẽ ĩ ea parte sta. q. xxxj. et. q. xxxĝ. quid si quis vno ĩpetu dixit alicui plura verba in iuriosa: an puniri debeat pro qualꝫ b iniuria, an ꝓ vna tm̃? vide Albe. ĩ. ĝ. par. sta, q. xlĝ. & si statutũ ĩponit certã pœnã blasphemãti deũ, & aliam blasphemãti sanctos· an habeat locũ ĩ eo ꝙ vno ĩpetu blasphemauit deũ & sctõs, an ambab⁹ pœnis dẽat puniri. Alb. ĩ. ĝ. parte sta. q. xiiĝ. & vide ẽt in hac materia aliã. q. quã ponit Alb. in. iiĝ. parte sta. qõ. lxxxv. & vide Alb. ĩ. iiĝ. parte. sta. q. lx. ĝ. & si vnus fuerit accusat⁹ ꝙ fecerit ĩsultũ maximè feriat. an liceat maximè varĩs modis sumatur iniure, tamẽ fieri debet interpretatio hoc casu vt intelligatur. i. statũ in eodẽ ĩpetu secũdũ Imo. post Bal. in. l. diuortio. in prin. ff. sol. ma. ꝙ ẽt ĩter cætera alle. ꝓ fin. gl. in pal. l. qđ crimine. C. de accusa. & de illo ꝙ facit vno ĩpetu semel plura furta: an dẽat suspẽdi, vigore statuti de tribus furtis? vide ꝓ Bal. in aut. sed nouo iure col. ver. vlteri⁹ q̃ro C. de ser. fugi. & de illo ꝙ vno ĩpetu dixi vni pña verba iniuriosa an toties possit cõueniri actione iuriarũ vide oĩno ꝓ Bar. ĩ l. Itẽ apud labeonẽ. §. adĝit. ff. de iniu. Itẽ qñ statutũ diuersimodè punit insultãtẽ vulnerantẽ & de oĩbus puniri vult. vide oĩno latè ꝓ Io. an. in addi. Spe. in ru. de homi. & de ista multiplicatiõe pœnarũ vide oĩno in ru. extra de ind. in vlt. co. & circa id qđ dixi an cõfudãt insultus cũ vulnere. vide oĩno. d. Maria. in rep. ca. qualiter & qñ. ĩ. xlix. q. x. q. prin. de accusa.

¶ Adde de pcutiẽte cũ forfice Ang. cõsi. xxvĝ. & de dicẽte plura verba ĩ iuriosa Alex. cõsi. cxĝ. lib, ĝ.

ADDE hic ꝙ no. Io. de lig. ĩ cle. dignũ. in. vj. q. prĩci. de cele. miss. vbi ponit an ille ꝙ tenetur dicere officiũ, si omittit totũ vni⁹ diei dicatur toties peccasse mortali ẽ.

SEBA. SAPI.

b ¶ Ecclesię. Ad hoc istum tex. dicit singularem Roma. in singu. ccccxlĝ. incip. Sed posito. & in. l. stipulatio ista §. alteri. ĩ fine. ff. de verb. oblig. refert Felĩ. in. c. irrefragabili. §. cæterũ. col. ĝ. versi. limita secũdò. s̃. de offi. ord.

a tñ no. quòd si ꝙs cõmisit plura delicta[a] ĩ vno loco, & in hoc territorio cõmisit aliud delictũ, vel reiterat illud, non põt puniri hîc pro delictis alibi cõmissis: nisi alia rõne hîc sortiatur forum: sed pœna aggrauari potest ex delictis alibi cõmissis. exemplũ nota in fure qui cõmisit varia & diuersa furta in vno territorio, nunc in altero territorio cõmittit vnum furtũ: tunc habito respectu ad alia potest dici famosus latro: & poterit hîc vbi cõmisit tm̃ vnũ furtũ suspendi tanq̃ latro famosus. l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pœnis. licet directè non possit puniri pro delictis alibi commissis: & hoc singulariter ponit Bar. ĩ. l. fi cui. in fi. ff. de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos si fuerit iniuriatus censetur facta iniuria episcopo: adeò quod ipse poterit agere actiõe in iuriarum.*

2 *Sacerdos si decedat ab intestato nullis consanguineis relictis eius bona debent diuidi inter pauperes Christi.*

3 *Pœna quæ soluitur pro iniuria facta alicui presbytero an applicet ẽpo vel hæredi ipsius iniuriati.*

¶ CAP. II.

PResbyteri. Dicit qd faciẽdum sit de pœna quã soluit interfector p̃sbyteri. h. d. Vel fic. Interficiẽs presbyterũ puniẽdus est & pœnę pars ecclesiæ cui p̃fuit: alia pars pro eius aia distribuitur. Primò ponitur dictum. Secundò ratio. ibi *quia*. ¶ Casus literalis. Si aliqs interfecerit p̃sbyterũ, & cõpositio inde fiat. accepta pecunia soluat illi ẽpo: ita ꝙ medietatẽ tribuat in vtilitatẽ illius ecclesię cui prędfuit: & alterã pro anima defuncti pauperibus eroget. Ber. ¶ † No. j. ex tex. qđ pro iniuria illata sacerdoti potest agere ep̃s loci. nã infertur iniuria nedum personæ ipsius sacerdotis: sed etiam ecclesiæ vniuersali: vt in c. cũ desideres j. de sen. excom. & c. parochianos. eo. titu. facit. ij. q. vij. c. accusatio. ¶ Secũdò no. quòd licet sacerdos habeat propriã ecclesiam, non tñ pœna in totũ applicatur ipsi ecclesię: [b] sed medietas sibi, & medietas ẽpo. vt pro eius eleemosyna iustè distribuat. Et ex hoc vidẽtur insurgere duo specialia ĩ ista pœna ad alia bona quæ dimittit præsbyter cùm decedit. nam illa bona in totũ applicãtur ecclesię, cui præfuit si nõ habuit cõsanguineos vt no. in. c. j. de succes. ab intesta xij. q. vlti. c. fi. & in. c. relatum. ij. de testa. sed ista pœna in totum non applicatur ecclesiæ. vt hîc. Secunda specialitas potest esse quod episcopus hîc aliquid capit: sed ex illis bonis nihil capit si habuit ecclesiã. Et aduerte. quia litera habet duplicẽ intellectũ. Primus est, vt episcopus destribuat medietatẽ in eius eleemosynã. i. pro necessitatibus suis. Alia lect. vt distribuat pro eleemosyna sacerdotis ĩterfecti: & sic det magis egẽti. ar. in. c. non satis. lxxxvj. dist. Et possum⁹ reducere ad concordiam distinguendo. quod aut episcop⁹ est indigẽs: & potest tunc retinere sibi istam partem: aut non indiget, & debet distribuere inter egentes.

2 ¶ † Ex quo infero ꝙ bona presbyteri decedẽtis sine ecclesia & sine cõsanguinitate, debẽt p̃uenire ad episcopũ loci, nõ vt sibi retineat, sed vt distribuat secũdum distinctionẽ

3 præcedentem. quod no. ¶ † Vltimò aduerte quia iste tex. non aperit, quid si iste sacerdos habuisset hæredem de sua cõsanguinitate: nũ quid tunc pœna applicatur hæredi an ẽpo. vt hîc dicitur: & doc. hoc nõ tãgũt. Sed ego satis putarẽ vt hæres admittatur pro iniuria quatenus tangit personã presbyteri: pro hoc est tex. in fi. qui dicit quòd nullus est hęres ꝓximior q̃ ecclesia. Sed certum est quòd succedẽs iure sanguinis excludit ecclesiam in alijs bonis: vt no. in. d. c. j. de suc. abinteſt. ergo intelligatur hæc litera vbi decedat sine hærede sanguinis: facit quod dixi in. c. j. s̃. titu. proxi. ¶ In gl. ij. in fi. de hoc cui applicetur ista pœna pecuniaria quã episcop⁹ exigit à subditis. dicam j. c. sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus non habet iurisdictionẽ aliquam de iure cõmuni: sed de cõsuetudine secus.*

2 *Pecuniaria pœna nõ debet de facili imponi ꝓ prælatos: quia censetur ex cupiditate quadam illã imponere. nu. 4.*

3 *Archidiaconus qui de iure speciali habet aliquam iurisdictionẽ põt exercere sententiã cẽsuræ.*

5 *Statutũ vel cõsuetudo quod pro omni delicto imponatur pœna pecuniaria, non valet.*

6 *Pœna potest mitigari per quencunque iudicem de crimine cognoscentem dum pronuntiat: postea verò non.*

7 *Pœna si nõ reperitur determinata à iure vel cõsuetudine, erit arbitrio iudicis ĩponẽda. nume. 4.*

8 *Pœna pecuniaria põt imponi per episcopum laico ẽt sibi temporaliter nõ subiecto, si per aliquod crimẽ est factus de sua iurisdictione.*

9 *Pœna quam soluunt crimino si: cui acquiritur?*

¶ CAP. III.

LIcet. Archidiaconi, & alij p̃lati qui in criminib⁹ dispensare nõ possunt, pœnã pecuniariã ĩponere nõ possunt vbi à iure alia statuitur. Ita cõmuniter summatur: Vel summa aliter & melius. Non debent prælati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere: nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnam pecuniariã imponere. h. d. Primò ponit archidiaconorũ actus reprehensibiles. Secũdò mãdat illos inhiberi & cõpesci: ibi: *mãdam⁹*. ¶ Casus literalis. Archidiaconi cõuentren. episcopatus pro corrigendis excessibus vel criminibus à clericis pecuniam exigebãt. Item pro annua exactione quandoq; rectores ecclesiarum suspendebant: ecclesias interdicebant: à vicarijs denarios exigebãt, vt eos in ecclesijs celebrare p̃mitterẽt: hęc et alia cõmittebãt cõtra canonum instituta. Mandat pa. Cantua-

SEBA. SAPI.

a ¶ Pœnam pecuniariã. Qñ Iudex eccleſiaſticꝰ. poſsit imponere pœnã pecuniariã latè explicat. Feli. in. c. irrefragabili. §. cęterũ. col. j. ver. prima cõclusio. cum ſe. ſ. de offic. ordi.

b ¶ Vbi poena. Si Iudex in imponẽdo pœnã arbitrariam excedit conſuetudinẽ dicitur excedere modũ: ſed vide gl. fi. in ver. alio quin in. c. inquiſitiõis. de accuſa. quẽ alleg. & dicit non eſſe alibi do. Ant. ĩ c. de cauſis circa prin. de offi. deleg.

c ¶ Iſta pœna. Quãdo eps imponit penã pecuniariã ſubdito cui applicet hęc pœna. Et adde qđ no. do. Anto. in c. vt clericorũ. de vi. & ho. clericorũ. ¶ Adde videndũ Lud. de rom. ſing. ſuis. fo. xiij.

ZACHARI.

¶ Adde qđ voluit allega. fo. xv. Lud. ro. in ſuo ſing. cccxliij. ĩcip. Sed poſito caſu de quo vide eũdẽ ſin. ſuo dc. cxx. incip. Regula. eſt &. Gemi. in. c. ſi canõici. §. ſi autẽ. & ibi Phi. fran. & Cel. in apoſto. ad vtrũq; qui hoc ſin. alleg. de offic. ordi. lib. vj.

SEBA. SAPI.

c ¶ Iſta pœna. vide Pe. de anch. in conſil. xij. inci. Spirituale Iud. vbi vult ꝙ vbi punitio criminis ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum pœna applicatur iudici ſeculari; ſed reprobat Car. ĩcle. ij. §. j. in. ij. q. de hæret. & Feli. in. d. c. irrefragabili. §. cæterũ. col. j. ſ. de offi. ordina.

rienſi Archiepiſcopo. quatenus hęc prædictis archidiaconis diſtricti⁹ ĩterdicat: ſi aũt cõ trauenire præſumpſerint, eos eccleſiaſtica cẽ ſura compellat. Ber. ¶ Not. primò ex tex. ꝙ in eodem epiſcopatu poſſunt eſſe plures Archidiaconi: & ſic eadẽ dignitas eſt multiplicabilis in eadẽ dioceſi: de quo in. c. quoniã Abbas. de offic. delega. ¶ † Secũdò no. Archidiaconũ poſſe ſibi quęrere iuriſdictionẽ cognoſcendi de criminibus, & puniẽdi: & hoc intelligo de iure ſpeciali: nã de iure cõi nõ fundat intentionẽ ſuã: niſi ſuper his quę habẽtur in c. ad hoc. in §. in quadam. de offic. archi. & ibi per. Ioan. an. ¶ † Tertiò no. cõtra iſtos prælatos inferiores de facili imponẽtes pœnã pecuniariã. ¶ Quartò no. ꝙ ꝑ ãnua exactione nõ debet fieri ſuſpẽſio, vel interdictũ: & intelligę qñ iſta annua exactio erat indebita: nã ſi erat debita, bene põt ſuſpẽſio fieri: & interdictũ poni: vt in. c. quęſiuit. de his quę fi. à maio. par. ca. ¶ † Vltimò no. ꝙ Archidiaconꝰ & alij pręlati inferiores habẽtes iuriſdictionem etiam de iure ſpãli pñt exercere ſnĩam cẽſuræ & ſic pñt excõicare, ſuſpẽdere, & interdicere. Et facio hãc cõcluſionẽ circa poteſtatẽ exercendi cenſurã eccleſiaſtĩcã: quòd quicũq; Iudex eccleſticꝰ qui habet iuriſdictionẽ fori cõ tẽtioſi, ſiue de iure cõi, ſiue de iure ſpeciali tatis ſnĩam cenſurę proferre poteſt. ar. hĩc. & in c. j. de ſen. excõ. li. vj. & in. c. ſicut. de ſimo. & in c. cùm in eccleſijs. de ma. & obe. & in. c. cũ ab eccleſiarũ. de offi. ordi. An aũt curatus poſsit excõicare not. in. c. cũ ab eccleſiarũ. & in. c. ſi ſacerdos. eo. ti. dico plenè in repetiõe. c. ſi quis cõtra clericũ. de foro cõpe. ¶ † In glo. in ver. *pœnam*. in fi. No. gl. ad quã quotidie fit remiſſio cũ quæritur an Iudex eccleſiaſticus poſsit imponere pœnã pecuniarã. [a] & facit glo. hĩc tria membra: nã qñq; ius pro delicto imponit pœnã pecuniariam: qñq; imponit aliam pœnã certã: puta deponitur vel priuat bñficio: quãdoq; nullam pœnã certam. Primò caſu quãdo imponitur pœna pecuniaria: quilibet Iudex de crimine cognoſcens põt illam imponere. Secundò caſu quãdo imponit illã pœnam certam: diſtingue. an Iudex poſsit diſpenſare an non. Tertio caſu quãdo nulla certa pœna imponitur: tunc concludit glo. ꝙ eſt in arbitrio iudicis quam pœnam imponat quod not. ſed ſecundum membrum non videtur procedere indiſtinctè: tamen quia nimis reſtringit hãc literam: tum quia quilibet Iudex cognoſcens de crimine poteſt ex cauſa dum pronuntiat pœnam temperare. vt. ij. q. iij. in. c. ſi quam pœnituerit. §. notandum. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his. qui no. infa. & in. l. hodie. ff. de pœnis vnde in hac materia ſic diſtinguerẽ: ꝙ aut quęritur, nunquid Iudex eccleſiaſticus poſsit imponere pœnam pecuniaririã mulctãdo: aut pœnam diffinitiuè imponẽdo. Primo caſu dicendum eſt ꝙ ſic. ſi illa magis timetur. argumentum. in. c. de cauſis. de offic. deleg. & in. l. vnica. ff. ſi quis ius di. non obtem. & nota. Ioannes andreas. poſt Hoſtienſem. in capitulo primo de homicid. libro ſexto. & ſatis ſentit iſta gloſſa. quia poena certa non eſt ſtatuta pro contumacia arcenda: vnde poteſt imponere: prout ſibi videtur: vt in dicto capitulo. de cauſis. ¶ † Secundo caſu principali quando vult imponere diffiniẽdo. aut ſubeſt ſtatutũ vel cõſuetudo: vt pro quolibet delicto imponat pœna pecuniaria & nõ valet. quia inſurgit diſſolutio: nullã em̃ delinquẽs timeſcit culpã. cũ ſperat eã nũmis redimere: vt dicit tex. ĩ. c. paup xj. q. iij. & hoc tenuerunt Io. an. & Hoſt. in. c. fi. de cõſti. & in. c. ij. de delic. pue. Aut ſubeſt ſtatutũ ſeu cõſuetudo vt vltra pœnã iuris imponatur pœna pecuniaria. & valet, dũm odò non procedat ex radice cupiditatis: põt em̃ eps adiuuando canonẽ imponere nouam pœnã: vt in. c. ij. de elec. & ioã. an. in. c. fi. de offi. archi. Aut nõ ſubeſt ſtatutũ vel cõſuetudo: & tũc extra iudicium prælatꝰ vult exigere pecuniã pro delicto. & nõ põt: quia certi modi ſunt in iure ſtatuti procedendi cõtra delinquẽtem. & puto quòd ita faciebant iſti archidiaconi: quia extra iudicium ſine cauſæ cognitione exigebãt pecuniã pro delicto commiſſo: & ſuſtinebant criminoſos in delictis recepta pecunia. Aut vult Iudex procedere iudicialiter: & tunc ſi certa pœna non eſt impoſita, põt imponere pœnã pecuniariã: ſi illa magis timetur: vt hĩc in glo. *Sverò* eſt certa pœna ſtatuta: & tunc ſi cum cauſę cognitione volunt illã temperare pronuntiando, poſſunt per iura ſuperius alle. ¶ † Nã hoc videtur conceſſum cuicũq; iudici cognoſcenti de crimine. vt ex cã poſsit temperare pœnã dum pronuntiat: ſed poſtq̃ pronũtiauit hoc nõ põt: vt in. d. §. notandũ, & l. j. ff. ad turpil. niſi poſsit diſpẽſare ſuper illo crimine: vt in. d. c. atſi clerici. ĩ §. de adulteris. de iudi. niſi eſſet mulcta impoſita quæ poteſt propter inopiam rei etiã ex poſtfacto tẽperari: vt eſt tex. no. in. l. illicitas. in fi. ff. de off. præſi. ¶ † Vltimò aduerte quòd vbi pœna [b] non eſt in iure expreſſa, debet imponi conſuetudinaria: & ſi iudex excedit conſuetudinem, dicitur excedere modum: ad hoc tex. iuncta gloſſ. in. l. hodie. ff. de pœnis. & in præal. l. quid ergo. §. pœna grauior: ſed conſuetudine ceſſante venit arbitrium. ¶ † Sed quæro nũquid epiſcopus poſſit imponere pœnã pecuniariã laico tẽporaliter ſibi non ſubiecto? Ioan. and. poſt Hoſti. ſentit in. c. j. de homi. lib. vj. ꝙ nõ. ſed debet eam facere infligi per iudicem ſecularẽ. alle. c. ij. de maledic. & c. poſtulaſti. ſ. de iudæis, & c. cũ ſecundũ leges. de hær. li. vj. hoc dictum mihi nõ placet: ex quo em̃ eſt caſus in quo etiam Iudex eccleſiaſticus vendicat ſibi iuriſdictionem in laicos, nõ apparet ratio quare in caſibus prædictis non poſſit ſibi imponere pœnam pecuniariam. & quòd poſſit. induco tex. xvj. q. j. c. ſtatuim⁹. & xvij. q. iiij. c. qſquis. Et ad iura in contrarium alleg. reſpondeo illud fieri pro faciliori executione. ¶ † Sed quæro. quid fiet de iſta pœna [c] pecuniaria quã Iudex eccleſiaſticus exigit in caſu permiſſo. Hoſt. in ſumma. in tit. de offi. or. §. quid pertinet. ver. nõ tamen debet. dicit, ꝙ aut ex ſtatuto imponitur pecuniaria pœna in caſibus permiſſis. & tũc poteſt iudex illam retinere ſibi: & ſic põt intelligi ca. dilectus de offi. or. & c. ij. de delict. pue. Aut non ſubeſt ſtatutũ, ſed iudex ex officio ſuo in caſibus in quibus poteſt imponi pecuniariam pœnam: & tunc poſſet ſibi retinere: tamen ſi vult euitare ſuſpitionem cupiditatis, debet deputare in piam cauſam. & idem no. Io. an. hĩc & in c. j. de homi. præalle. Sed de iure ciuili cui applicetur mulcta ſeu pœna pecuniaria: dic vt no. ĩ. l. iiij. C. de modo mulct. & ĩ. l. agraria ff. de termi. no. & ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Litigans temerè vel calumnioſè, ſi ſuccubuerit, cõdemnatur in expẽſis.*
2 *Litigãs eoipſo ꝙ ſuccũbit in cã: ꝑſumitur calũnioſè vel temerè litigaſſe.*
3 *Condemnatio expenſarum quomodo fit quando fertur ſententia in fauorem abſentis & contumacis?*
4 *Iuramentum calumniæ non excuſat à cõdemnatione expenſarum.*
5 *Litigans cũ cõſilio adnocati ſi ſuccubuerit: an & quando cõdẽnet ĩ expẽ.*
6 *Litigans pro vna opinione alicuius qõnis multum dubitabilis ſi ſuccubuerit non condemnatur in expenſis.*
Litigans cum conſilio alicuius acutiſſimi doctoris ſi ſuccubuerit. non condemnatur in expenſis.

¶ *CAP. IIII.*

CAlũniam. Victꝰ cõdẽnat victori ꝑſenti i expẽſis, ẽt ĩ cauſis pecuniarijs. et vnũ caſum excipit. h. d. primò legẽ recitat quã ſcdò approbat ibi: *quoniã*. ¶ Ca. lĩa. Qui calũnioſè litigãt, puniẽdi ſunt & de calũnia puniũt ſecũdũ ꝙ le. ꝑcipiunt: qa iſtud ſacris cõſonat iſtitutis: ꝑcipit papa vt de cętero ĩ pecuniarijs cãis victus victor in expen

in expensis legitimis condemnetur,nisi feratur sententia pro absente.¶ †No.primò ex tex.quod victus cõdemnandus est in expensis non solùm cùm calumniosè litigat,sed etiam cùm temerè: & ad hoc solet allegari quotidie hęc litera.concor.l.eum quem temerè. ff. de iudi.Et differentia est inter calumniam & temeritatẽ: nam calumnia consistit in animo & non potest probari ex actis:sed tantùm probatur ex coniecturis cùm sit quidam dolus.l.dolum.C.de dolo.& .c.ij.de renuntia. libro.vj. Temeritas verò potest esse sine dolo, & probari ex actis:vt quia habẽs iniustã cãm nõ habito cõsil. peritorũ credẽs proprio capite se habere bonã cãm litigauit.talscñ dicit temere litigare.¶ Scdò nc.ꝙ i cõdẽnatiõe expẽsarũ ttãdũ est legibus ĩperialib9: ex quo nõ contradicũt canonib9.Et expediẽdo totũ ĩtellectũ huius.c.vnà cũ gl.subijcio quatuor q̃sita.Primũ est:nũ quid q̃libet deficiẽs in iudicio præsumat calũniosꝰ seu temerariꝰ:& sic habeat locũ cõdẽnatio expẽsarũ.Scdm qũo sit ꝓcedẽdum in cõdẽnatione expensarum:qñ snĩa ferẽ ĩ fauorẽ absentis cõtumacis.Tertũ.nũquid succũbẽs qui iurauit de calũnia,debeat cõdẽnari in expẽsis. Quartũ,quid si iste succũbens etiã litigauit cũ consilio aduocati sui.¶ †Et quo ad primũ cõiter tenetur hĩc. & in.c.fi. litibꝰ.de dolo & cõtu.ꝙ eo ipso ꝙ succũbit, præsumit calũniosus,vel temerariꝰ:& venit cõdẽnandus in expensis,nisi ex aliquibus indicijs appareat eum probabiliter litigasse:nã iura simpliciter dicunt victũ victori in expẽsis cõdẽnãdum.& sic præsumitur à iure calũnia vel temeritas eo ipso ꝙ succũbuit.¶ †Quo ad scdam qõnẽ sunt principaliter duæ opi.vna est vt qñ sẽtentia fertur pro actore absente & cõtumace: tũc reus debet detrahere de sua condẽnatiõe principali expẽsas quas fecit in lite:licet succubuerit.& hoc statutũ fuit ĩ odiũ absentis cõtumacis,qui habebat bonã cãm & voluit esse cõtumax. & istã opi .sentit hic gl. & fuit Pla. antiqui doc.iuris ciuilis. Alia opi.& cõior est,vt pñs victus cõdẽnet absenti victori etiã in expẽsis: sed de ista condẽnatione expẽsarũ debet reus suas expensas detrahere.& hęc op.placet gl.in.l.ꝓperãdũ.in.§. finaũt reꝰ. C.de iudi.& sequũt hĩc Io.an.& cõiter doc.nostri. nã ex prima opi.sequeret inequalitas secũdum Io.an .iter actorẽ & reũ:qa si snĩa ferret ꝓ reo absente,actor pñs victus nõ posset expẽsas suas deducere ex cõdẽnatione quia nulla est cõdẽnatio cũ reus tm̃ absoluit.Item quia absens puniret dupliciter.Primò.quia nõ reficerent si bi expẽsę.Scdò quia de condẽnatione principali detraherentur expensæ rei.Et aduerte,quia iste tex.in fi.loq tur nimis generaliter:& videtur ĩuere ꝙ qñ snĩa fert pro absente tũc fit illa cõdẽnatio expẽsarũ.Sed ius ciuile loquit magis clarè in.d.l.properãdũ.§.finaũtẽ.vbi dicitur ꝙ qñ sententia fertur pro actore absente:tũc in pœnam ipsius reus debet de cõdẽnatione sua detrahere expensas quas fecit in lite:vnde variatur intellectus illius l.an debeat intelligi de cõdemnatione.s.principali:vt qa tenebat solvere cẽtum & expẽdit.xx.vnde detrahẽdo illa.xx.tm̃ remanẽt octuaginta soluenda absenti:an verò intelligatur de cõdẽnatiõe sua.s.expensarũ.& sic cõ dẽnatur reus absenti victori in principali & in expẽsis & de expensis actoris absentis põt detrahere expensas quas fecit.& certè licet intellectꝰ cõis sit ęquior:tñ aliꝰ intellectus videt mihi verior.primò,per istum tex.in fi.nõ ĩpropriãdo literã:vnde cũ tm̃ tex.hoc faciat mentionẽ de cõdẽnatione expẽsarũ,dicẽs victũ victori cõ dẽnãdũ in expensis,nisi snĩa pro absente feratur: ergo vt sit vera exceptio debet intelligi vt victus tũc nõ cõdẽnetur victori in expẽsis:ergo cũ lex properandũ dicat ꝙ de cõdẽnatione sua reus detrahat expẽsas quas fecit in lite:nõ possumus intelligere nisi de cõdẽnatione principali. Ad idẽ iudicio meo videtur tex.in.d.l. properãdum.in.§.finaũt.vbi dicit siue vna parte præsente siue absente decidat lis,semp victus debet victori cõdẽnari in expẽsis:& omisit casum quãdo lis decidit vno prẽsente:& alio absente:quia tũcnõ fiet cõdẽnatio expẽsarũ si snĩa ferat ꝓ absente,vt superiꝰ dixerã allegãdo.§. finaũt.nec obstat inequalitas quã adducit Ioã. an.quia ideo obseruatur,quia cũ actor absens obtinet in causa, cõsequitur lucrũ expẽsarũ rei:meritò ex cõdẽnatione principali deducũtur expẽsæ rei.Sed qñ reus absens absoluitur:tũc nihil cõsequitur:vnde durũ esset quod de propria bursa solueret,maximè cũ ipse actor fuit ĩ culpa eũ vocãdo ad iudiciũ,& satis punit ex quo victꝰ nõ cõdẽnat sibi in expẽsis.Et ꝓ hoc intellectu etiã facit: qa absens cõtumaciter nullas vl̃ modicas expẽsas facit.Nã expẽsę pñtis q semp fuit in iudicio excedũt cõiter expẽsas absentis:vnde verisimiliter nõ possunt deduci istæ expẽsę pñtis ex expẽsis absensis quę fuerãt modicæ. deducat ergo ex cõdẽnatione sua in odiũ illius:vel saltẽ si volumꝰ tenere cõem opi.dicamus vt ex tota condẽnatione tã sup prĩcipali quã sup expẽsis possit reus deducere suas expẽsas:& si nõ sufficiũt expensæ absentis ad cõpẽsationẽ.fiat deductio de condẽnatione principali: cũ tex.in.d.§.finautẽ.dicat indefinitè de cõdemnatione sua &c.¶ †Quo ad tertiũ nũquid iuramẽtũ calũnię excuset à cõdẽnatione expẽsarũ:cõiter tenetur ꝙ non:vt hĩc & in.l.ij.C.de iu.calũ.nã(vt põderat Io.an.& bene) victꝰ cõdẽnat ĩ expẽ .nõ solũ qñ calũniosè litigauit:ꝫ ẽt qñ temerè litigauit:vt hic ĩ prin.Iuramẽtũ ergo calũnię q̃q̃excausare videatur à calũnia:nõ tñ à temeritate excusat.Itẽ:de calũnia iurabat omni tpe sicut & hodie: & tamẽ iura generaliter pręcipiũt cõdẽnationẽ expensarũ: ergo iuramẽtum calũniæ nõ excusat à cõdẽnatione expensarũ.Tertiò facit ęquitas cũ videamus litigantes facilè iurare de calũnia:vñ iniquum esset ex falsitate temerè litigãtis victorẽ debere dãnificari ĩ expẽsis.Quartò ego adduco.c.fi.s̃.tit.proxi.vbi si culpa, imperitia, vel negligentia tua dãnũ datũ est mihi.licet cesset dolꝰ & calũnia,teneris mihi ad emendã.ergo si per temeritatẽ tuã & falsitatẽ in litigãdo seu imperitiã tuã sensi dãnum expensarum,tu debes mihi reficere illud dãnum.

5 ¶ †Quo ad quartũ quid si succũbens litigauit de consilio aduocati.Host.hĩc distinguit.ꝙ aut non detexit sibi totã veritatẽ:& tunc imputãdnm est sibi: de se em̃ cõquerat:nã apparet temeritas,seu imperitia,& facilitas ipsius.Aut detexit veritatẽ quã sciebat:sed veritas probabiliter eũ latebat:vt quia sncceserat ĩ ius alteriꝰ & non potuit melius instrui,& tunc parcitur sibi:nam qui in ius succesit alterius,iustam ignorantiæ causam cẽsetur habere.in regula is qui.de reg.iur.li.vj. Aut dixit totam veritatẽ:sed aduocatus vt lucraretur dedit sibi cõsilium litigandi.& tunc tenetur aduocatus de suo arg.in.l.rẽ non nouam.C.de iudic.Aut per imperitiã seu negligentiam aduocati perdit causam:& tunc tenetur etiam aduocatus de suo,[a]argu.in.c.ad aures.de ęta. & qua.& facit tex.optimus in.c.fi.& quod ibi dixi.s̃.ti. proxi.¶ † Sed Hostien .videtur omittere aliud membrum notabilius,quando scilicet habuit consilium sine dolo vel imperitia aduocati, vel alterius doctoris: vt puta erat lex multipliciter intelligibilis & difficilis ex qua pendebat decisio quæstionis.tunc enim si habuit consilium secũdum vnam partem satis puto hũc debere euadere condemnationem expensarum: quia hic cessat calumnia temeritatis .& hoc casu excusat iuris error:vt in.l.regula.ff.de iur.& fac.ignorã.& quòd not.inst.de obl.quæ ex quasi delic.nas.in prin.Idem putarem vbi haberet consilium secundum vnã opinionẽ. accutissimi doctoris, vt licet succumbat propter communem in contrarium , nihilominus euitet condemnationem expensarum per notabile dictum Ioan.

a SEBA.SAPI. ¶ De suo. Quòd aduocatus teneat firmat Felin.in.c. tuas nos. s̃. de homi.Geor.na.in cle. sępe.§.q̃ oĩa.colũ. vj.s̃.de ꝓba.Felin. in.c.pastoralis.co. iiij.ver. dubito de dicto.s̃.de iudi.

an.in.c.j.de consti.lib.vj.in versi.sed neq̃ ex multitudi ne.& tex. not.in.l.ij.§ sed neq̃. §.de vet.iu.enu.& quod not.zenze.in cle.ne romani.de elect.& dico in.c.finem. de dolo & contu.Inno.hîc posuit vnam glos. satis not. super materia.cõdemnationũ expẽsarum quæ communiter hîc omittitur:quia tractatur in.d.c.finem. & in.c. consuluit.de offic.deleg.

SVMMARIVM.

1 *Clericus deponitur si dederit causam bello,vel ipse personaliter pugnauerit:intellige vt j.nu3.*
2 *Clericus incitans aliquẽ ad bellum iustum,non deponitur: tamẽ ipse non debet personaliter pugnare etiam contra sarracenos,nisi ad suam necessariam defensionem:quo casu etiam si commiserit homicidium,non incurrit irregularitatem.*

¶ CAP. V.

QVod in dubiis. † Clericus, causam seu operã prębens in bello, deponendus est. h.d. ¶ Casus lieralis.Quęrebatur de pœna clerici causam seu operam dantis bello. Consultus Papa respondet quòd sacerdotes qui gubernant nauem ad pugnam,& qui personaliter conflictum exercent,& alios incitant ad pugnandum,omnes sunt deponendi. Bern. ¶ Nota. primò ex text.tria delicta depositiõe digna:siue ergo clericꝰ exerceat gubernationem nauis,seu exercitus ad pugnam,seu corporaliter pugnet,siue alium incitat ad pugnam deponi potest. ¶ Secundò no.ex ratione literę ibi: *enormiter peccant &c.* quod pro quolibet enormi crimine clericus deponi potest:facit.l.di.in.c.si Episcopus &.xvj.q.vij. c.inuentum.& de iudic.c.cùm non ab homine. & in.c. at si clerici.eo.tit.& plenè dixi quæ sunt crimina depositione digna.& aliquid tangam j.c.proxi. Non habetis alia notanda. ¶ † In glos.ibi. *interesse bellis*[a] *&c.* No.bene glos.apertè enim vult maximè iuncto tex.quod vbi bellum est iniustumlicet sacerdotibus nedum alios incitare ad pugnam,aut ad conflictum : sed etiam interesse in ipso conflictu:quod tamen intellige dummodo non ipsi pugnent:quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnandum etiam contra sarracenos:& alios infideles vt in.c.ex multa.§.de voto.& in.c.conuenio.xxiij. qõ.vlti. quòd intellige nisi opprimerentur,& nõ possent aliter euadere mortem.nam tunc licitè pugnãt.adeo quòd irregularitatem non incurrunt etiam interficiendo:vt in cle.si furiosus.de homi. ¶ † Inno.hîc variauit in materia.ca.nam primò dicit quòd licet prelatus habens iurisdictionẽ tẽporalem possit ex iuxta causa indicere bellum,& alios incitare ad pugnam, aut conflictum: tamẽ si interest ipse in conflictu,& incitat alios dicendo pugnate fortiter,seu emittit voces exhortando eos ad pugnã: quod fortè talis incurrit irregularitatem.Hostien. dicit quòd sine fortè,si hincide sequitur mors, vel mẽbri mutilatio:sed quia prædictis obuiare videntur. capitulo.penul.de homi.& de cle. percus.c.penul. & vlti. dicit postea quod causa defensionis possunt clerici interesse:satis potest dici quod aut clericus ex iusta causa infert bellũ:puta quia habet iurisdictionẽ temporalem & tunc non debet interesse. Aut est ibi causa defensionis:non tamen erat necessitas ineuitabilis: & tunc si sequitur mors vel membri mutilatio ex percussione sua, efficitur irregularis:vt in.dic.c.penult.de homi.secus si non ex percussione sua:sed aliorum.& dic plenius vt dixi in dicto capitulo pe.& vlti.de cle.percus. & vide bonam glossam. quæ concordat cum ista septima quæstione prima.capitulo scisscitatus.

a ¶ Bel, An & quando licitũ sit prælato vel clericis pugnare in bello licito, vel eis prœesse, vel alĳs indicere bellum:vide quod de hoc dixi latissimè post do. Abb. 1
c.in penul.de homi.
ZACHARI.
¶ Adde videndũ latè Cal.consi.j.de tru.& pace..
¶ Adde vltra eos qđ notaui in apo. ad istũ in.c.olim. iĳ.s.de resti.spol, Alex. in.l.ex hoc iure, ff. de iusti.& iure.& in.l. hostes ff.de capt. & post. l.reuer.&Old,consil.lxx.

SEBA.SAPI,
a ¶ Bellis. Vide. Archi.latè in.c.si quis vult.xxxvj.di. vbi Car. Alex.copiosè 2
&.d.Ant.ĩ.c.expo a
suit.ĩ.vj.col.s̃.de dila.Car,in cõsi xix. inci.quidã presbi.
b ¶ H.d,& allegatur iste text.p do.Ab. ĩ.c.ex literis.de cõsti. cõtra Albe.de. ro,vide ibi An.barba.
c ¶ Magna scelera. Sed qñ dicit deli ctũ maius & minꝰ 3
de iure ciuili & de iure diuino. vide consi.Bar.quod in ci. ad declarationẽ huius qõnis. & est ĩ ordie.vñ.vide omnino. qa loqt̃ secũdũ theologos. And,barba.

SVMMARIVM.

1 *Clericus degradatus propter enormia crimina:vt est latrocinium: detruditur in arctũ monasterium:furtum verò est tantũ depositione dignum.*
2 *Clericus degradatus actualiter,nõ est vlterius sub protectione ecclesiastica:secus si degradetur verbaliter, puta deponatur.*
3 *Delicta,siue crimina quæ dicãtur leuia grauia et grauissima?*
4 *Clericus ob quæ crimina suspendatur,deponatur, degradetur & in strictum locum detrudatur?*
5 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti: & debet rarissimè infligi.*
6 *Clericus depositus,& ad perpetuũ carcerẽ damnatus,an possit testari?*
7 *Detrusio in mõasteriũ,an debeat fieri ad tẽpus,an ĩ perpetuũ? Clericus semel intrusus,an possit amplius ordinari? vide in fi. j.ca.ad aures.nume.3.*

¶ CAP. VI.

IVæ discretionis. Abbas et cleri, in magnis criminibus deprehensi,post depositionẽ detrudi debẽt in monasteriũ ad agẽdũ pœnitẽtiã. Vel sic.clericus pro magno scelere ab eo cõmisso deponi debet: & in b monasteriũ detrudi ad agẽdum pœnitẽtiam.h. dicit [b]. & secunda pars ibi: *Respondemus.* ¶ Casus literalis. Clerici aliquando deprehẽdũtur in latrocinijs & alijs magnis sceleribus:quær it qualiter sint puniẽdi.Respõdet pa.quòd à suis sunt ordinibus degradandi . & in arcta monasteria detrudẽdi ad agendum pœnitentiam.Ber. ¶ Not.primò ex tex.regulã vnã generalem,quòd pro magno scelere clericꝰ nedũ deponitur:sed etiã detrudi debet in arctũ monasteriũ ad agendũ pœnitẽtiã.Et aduerte.qa si nõ posset in monasterio tutè esse:quia timetur de fuga:ne opportunitate captata inde fugiat, põt sub arcta custodia detineri:vt in.c.vt famę j.de senten. 1
excõ. ¶ † Secũdò no.quòd latrociniũ cõputatur inter c
magna scelera.[c] & pro eo fit depositio & detrusio : & põdera tex.quia loquitur de latrocinijs:nõ ergo habet locum in simplicibus furibus:nã in plus se habet latro q̃ fur:quia latro est de die:& qñq̃ cũ violẽtia, sicut isti deprędãtes in stratis publicis.Sed fur est de nocte.& sine violẽtia:vt dixi ĩ.c.si.§.de homi.tamẽ pro furto clericus deponi põt:vt in.c.cùm nõ ab homine.§.de iudi. sed fortè nõ fiet etiã detrusio post depositionem, sicut in latrone:nã & ipsum ius ciuile lõgè acrius punit istos latrones famosos q̃ fures occultos:vt in.l.capitaliũ.§. famosos.ff.eo.& in.auf.sed nouo iure.C.de seruis fugi.
2 ¶ † Vlti . no.quòd clericꝰ degradatꝰ adhuc remanet sub iurisdictione ecclesię:contra quod facit.ca.degradatio.de pœnis.in fin.lib.vj.nam degradatio exuit & priuat degradatum ab omni beneficio & priuilegio clericali.& in cõtinenti degradatus relinquitur potestati seculari per eum puniendus:vt ibi .Sol.hîc loquitur de degradatione verbali,quæ non priuat ab omni priuilegio:vnde non tollitur priuilegiũ fori,nisi postea sequatur incorrigibilitas :vt in.c.cùm non ab homine.de iudi.& in.ca.dictumlxxx.di.Contrarium loquitur in degradato actualiter.& sic nota ex litera quòd degradatio quãdoq̃ sumitur pro depositione verbali. ¶ † Sed 3
quia in tex.fit mentio de magnis sceleribus:quęro quæ dicantur magna scelera?nam si rectè ponderętur text. non est de mẽte ipsius vt pro quolibet peccato mortali clericus possit deponi nisi sit magnum:imo nec beneficio suo clericus priuari debet:nisi crimen sit graue ita dicit tex.no.in.c.inuẽtum.xvj.q.vij. Sol.doc.multũ lentè transeunt super tex.seu intellectu & materia huius.c.

a SEBA.SAPI.¶ Carcerem.Deputatio ad carcerem ęquiparatur morti,qñ carceratus patitur famẽ & frigus.ſecundũ Bal.in.c.j.§.denicꝙ quæ fuit prima cauſa beneficij ami.faciũt no.per Bar.in.l.j.§.diuus ſeuerus.ff.de quæſtio.vide Io.de ana.in rub.ſ.de his qui filios occi.in fi.Pari. de puteo in tracta.ſyndic.char.c.col.vlt.

b ¶ Carcerẽ. vtrum dãnatus ad perpetuos carceres poſſit cõdere teſtamẽtũ.adde quod no. d.Ant.in.c.ad hęc de teſta. ad idem no.etiam ipſe do. Abb.Panor.in ru. de teſta.in.ij.colũ. ver.vij.

c ¶ Caſus literalis. Iſte tex.facit ad.q. de frangẽtibus pacem,qui promiſerũt ſe ſub certa pœna non offendere: de qua plenè per Io.an. in regu.iur. fruſtra.in mer.lib. vj.vbi etiã ponit nunqd adulterãs, vel occidens, vel vulnerans fratrem illius cũ quo fecit pacẽ dicatur frangeré pacem, vel ſi occidit eũ poſt factam pacẽ bãnitũ. Et circa prædictã quæſtionẽ:videlicet quis debeat de frãgẽtibus pacem puniri. vide pulchrè per Bald.qui alle.hũc tex.in.l.ſemel mora.ff. ſolu. ma.& circa q̃ſtionẽde bãnito poſt pacẽ.vide Pet. de anch.in.c.nulli. de ele.li.vj.Circa quę ſtionẽ quã dixi de adulterante vxorem.vide omnino in terminis Bar.ĩ.l. verũ.ff.de fur. vbi etiam ponit qd de faciẽte furtũ poſt pacẽ.& circa primam.q.de ſe offendentibus,& nõ apparẽte quis ſit primus.vide Bar.in.l. cũ pater.§.libertis de leg.ij.circa quæſtionẽ de occidẽte vel vulnerãte conſanguineum illius cum quo fecit pacẽ.vide quod plenè notaui in.c.grauem.de excef.præla.ſuper hoc & circa quæſtionem de occidente bannitũ poſt factã pacẽ.vide Pet.de anc.in.c. canonũ.de conſti. in.vj. prĩ.quęſito. in.xx.col.illi⁹ quę ſiti.ver.ſed quæro ſicut per ius cõmune.& per Oldr.in conſil.xxj.& per Bar.in trac.de bãnitis.& per Bart.in.l.elegãter.§.fi.ff.de pig.act.& circa quæſtionẽ de ſe vulnerãtibus cũ non appareat quis fuerit primus.adde ꝙ ille præſumitur fuiſſe primus aggreſſor qui reputabat fortior:ita dicit Flo.in.l.j.§.cũ arietes.ff.ſi qua.pau.fe.di.vel ille preſumit eſſe primus aggreſſor qui erat magis ferox.gl.eſt ſin.in.c.ſi bos.de iniurĩs.quã alleg.

1 ius.c. ¶ Sed tu aduerte qĩ varijs iuris partib⁹ diſputatio fit q̃ dicant grauia delicta:de quo in.l.j.C.de requi.reis.& in.l.ad ea.ff.de re.iur. Bar.plenius in.l.non ſolũ.ff.de iniurijs.vnde aduertendum ꝙ quędã delicta dicũtur leuia: quædam grauia,quædã grauiſsima.Leuia dicuntur vbi dolus nõ requiritur:vnde quãdo aliquid cõtingit per imperitiã vel culpã ſine dolo:vel quãdo dolus interuenit,ſed circa rẽ modicam:vt fortè modicæ rei inter domeſticos.l.reſpiciendũ.ff.de pen.l.leuia.ff.de accuſat.&.c.cũ dilecti.ſ.de accu.Delicta verò grauia ſunt in quibus exigitur dolus,& tendunt in graue præiudiciũ alterius, ſeu reipublicæ, & magna pœna imponit:vt in furto, periurio,& ſimilibus:vt in.c.cũ non ab homine.ſ. de iudi.& hîc. Grauiora verò crimina ſunt publica:& quãdo nõ imponitur pœna mortis.Grauiſsima vbi imponitur pœna mortis. Nam ex grauitate deprehẽdimus quantitatẽ & qualitatem delicti.xxiiij.q.j.nõ afferamus.

4 ¶ † Ad propoſitum ergo.aut clericus cõmittit leuia crimina, & non debet deponi: nec etiam priuari beneficio:ſed poterit ad tẽpus ſuſpendi:vel aliter corripi ad arbitrium iudicis:vt in.d.c.cũ dilecti.de accuſa. Aut cõmittit grauia:& poterit deponi. Si verò grauiora q̃q̃ non publica,poterit vltra depoſitionẽ detrudi in monaſterium: vt hîc.Si verò grauiſsima,ita ꝙ de iure ciuili puniretur pœna mortis:& tunc poterit deponi & damnari ad perpetuum carcerẽ.vt in.c.penul.de hære.& in.c.nouimus.j.de ver.ſigni.& in.c.j.de hęre. lib.vj. ¶ † Vnde no.dixit Inno.in.c.qualiter el.ij.de accuſatio.ꝙ iſta deputatio ad perpetuum carcerẽ [a] poſt depoſitionem ęquiparatur pœnæ mortis:& rariſsimè debet infligi: niſi(vt dixi)pro iſtis grauiſsimis ſceleribus & poſſet eſſe ita delictum pernitioſum exẽplo & qualificatum,vt traderetur ilico poſt depoſitionem iudici ſeculari: vt.d.c.nouimus. & plenè dico in.c.cũ non ab homine.&.c.at ſi clerici de iudi. ¶ † Et ex prædictis infero ad vnam not.qõ Clericus pro grauiſſimo delicto fuit depoſitus & damnatus ad perpetuũ carcerem [b]:nunquid talis perdit factionem teſtamenti vt bona ſua veniant ad ſuccedentes abinteſto:ſicut dicimus in bonis dãnatorũ ad mortem: vt in autẽ.bona damnatorum.C.de bo.dam.audiui fuiſſe cõſultum pro & contra à valentiſsimus viris:nam quidam conſulu erunt ꝙ ſic:quia hæc pœna cõparatur pœnæ mortis:vt.ſ.dixi ſecundũ Inno.Sed in contrarium facit:quia eccleſia deputat carcerẽ non ad pœnã,ſed ad pœnitentiã peragendam:vt in.d.c.nouimus.& in.c.quãuis.de pœnis.lib. vj.non ergo ſuccedit loco mortis:& hæc opinio plus mihi placet.quia pœnæ non debent extendi.Non obſt.gl.in.c. quia diuerſitatem. de conceſ.præben.quæ dicit ꝙ bona clericorum & damnatorũ applicãtur fiſco eccleſię: quia illa gl.iure non probatur.Itẽ facit ca.excommunicamus.el.j.in.§. dãnatis.ſ.de hære. vbi ſpecialiter & ſpecificè in facto hæreſis diſponitur de bonis clericorũ damnatorum: ſecus ergo in dãnatis de alio crimine.& maximè:quia de hoc nulla fit mẽtio in aliqua parte iuris canonici. ¶ † Sed quęro,nunquid iſta

7 detruſio in monaſteriũ debeat fieri in perpetuum?nõ tãgitur hîc:ſed gl.in.c.dictũ.lxxxj. diſt.dicit hoc eſſe in arbitrio iudicis.Sed tex. in.c.ſi quis epiſcopus.l.diſtin.dicit ꝙ in perpetuum:& illud verius,niſi habito reſpectu ad qualitatem delicti Iudex deputet ad tempus.argu.ij.quæſtio.iij.in.c.ſi quẽ.§.notandũ. & in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.Vnde & hodie etiam in crimine hæreſis pœna detruſionis poteſt commutari in aliam pœnã,ſi viſum fuerit ſuperiori:vt in.c. vt officium.de hære.lib.vj.An autem ille qui ſemel fuit detruſus poſsit amplius ordinari, vel redire ad ſuum ordinem?vide text.cũ gl. in.c.ſi ille.l.diſtin. ¶ In gl.j.in fi.de hac materia vide gl.in.c.ſi quis diaconus.l.di.& in.c.ex literarum.de eo qui duxit in ma.quã pol.per adul.plenè dico in.c.cùm non ab homine.de iudi.& dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Pœna promiſſa in contractu à partibus,poteſt per vtranque partem exigi:ſi vtraque pars cõtrauenit etiam de iure canonico.nu.2.*

3 *Procuratio quæ debetur epiſcopo ratione viſitationis,an poſsit aliquo caſu componi?*

4 *Mora vltima nocet quãdo prima eſt purgata: aliâs ſecus.*

5 *Pœna ſi fuerit petita vigore contrauentionis contractus:an per hoc tollatur quod eſt promiſſum in contractu.vide j.c.tuam.nu.4.*

Pœna an toties incurratur quoties contractui contrauenitur?

6 *Pœna appoſita in contractu non incurritur ex eo quod vna pars venit contra contractum extra iudicialiter,non autem in iudicio.*

¶ CAP. VII.

1 CONſtitutus. ¶ † Si vterq; contrahentium venit contra contractum,vterq; poteſt exigere pœnam adinuicem promiſſam ex conuentione.hoc dicit.Primò ponit diffinitionem.Secundò cauſam interſerit ibi. *cũ & pars*. ¶ Caſus literalis. [c] Epiſcopus lauitanus cõceſsit monaſterio criptæ ferratę omnes eccleſias in diœceſi ſitas pertinẽtes ad monaſterium illud.& quicquid iuris in illis habebat in emphyteuſim ſub annua penſione reddenda.ita ꝙ ſola contẽtus eſſet ſub certa pœna appoſita in inſtrumẽto inde confecto:poſtmodum orta fuit ſuper his cõtentio inter eos.Per confeſsionẽ vtriuſq; partis conſtitit quòd pars monaſterij ſubtraxit epiſcopo penſionem, & epiſcopus exegit à monaſterio procurationem.& ſic vtraq; pars commiſit in pœnã: vnde dominus Papa vtranq; partem à pœna illa reddit abſolutam.Bern.

2 ¶ † Not.j.ex tex.ꝙ etiã de iure canonico licitè in contractu apponitur & exigitur pœna.

mè per Lud.ro.in.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publica.Itē de eo qui dixit de robustiore ꝙ præsumatur prius fecisse insultū:allego in simili opti.tex.cum glo.in.l.si duo.§.si maritus.in ver.habebit.ff.de re.dub.& ibi omnino vide Bar.& adde hìc Bald.in repet.l.j.in.xñ.q.C.vnde vi.& in.l.vt vim.ff.de iusti.& iure.vbi ponit quādo apparent duo inuicem se vulnerasse : cuius dicta refert & sequitur Ioā.de ana. in repe.c.significa sti.in vlt.chart.de homici.

¶ Adde de adulterante vxorem eius cum quo fecerat pacem Alex.cōsi. cxñ.ñ.libr.&. cix. quarto li.

a ¶ Incarcerat. An ille qui carceratus est sit idoneus testis cōtra carceran tem.dic ꝙ fic:sed 4 tamen diminuitur de fide .ita dicit Io.an.in addi.Spe. ī rub.de teste.ver. sed quærebatur.

¶ Adde Old.cōsi. cxlv.à quo Io.an. habuit.

b ¶ Ictus fustium. No, intellectum.l. ictus fustium.ff.de 5 his qui no.infa.sed tu vide Arch.in.c. infamē .§. porrò. iñ . quæstion. vñ. vbi dicit post glo. quæ incipit post falsum : aliâs hoc falsum. quòd si qs fustigetur in pœnā delicti post sen 6 tentiā, bene dicit vel efficitur infamis : secus si ad inquisitionē veritatis:vt.l.nullū.C.de infa.dicit tamē ꝙ Vin.Gof.& Host. in hoc.c.quod super his.tenent idē ꝙ gl.in.d.§.porrò. & vide Arch.in.c. quia iuxta.cir.me. v.q.vj.vbi dicit ꝙ si fustigat ex causa famosa infamis efficitur: vt.l.ictus fustiū.ff.de his qui no.infa.

¶ Adde Old.cōsi. xcñ.Ioan. de ana. consil.xxj.

c ¶ In delicto notorio. Iudex potest mandare imponi pœnā sine alia condemnatione.& vide quod plenissimè no.post.d .Abba.in.c.ad nostrā. iñ.de iureiur.

¶ Adde videndum Fran.de are.latè consi.clxv.

d ☙ SEBA.SAPI. ¶ Sola confessio. Vide Feli.in.c.testimonium.col. xj.ver.& iste tex.inducit.s.de testibus.

e ¶ Vacillans. Qualiter debeat puniri testis vacillās:sed tu super hoc vide tex.& glo.in.l.qui falso.ff.de testi.& gl.in ver.vacillant.in.c.si testes. §.item in testibus.iñ.q.iñ.& dicit Bald.in.l.scripturæ.C.de fi.instru.ꝙ etiam non parcitur rustico qui sibimet est cōtrarius.vide per do.Anto.

¶ Secundò no.ꝙ ex contrauētione vtriusq; partis tollitur in effectu pœna apposita in contractu. ¶ † Tertiò no.ꝙ super procuratione pōt interuenire cōpositio : cōtra quod facit.c.cū venerabilis.& quod ibi no.de cēsi. Sol.quidā intelligunt de procuratione debita ex consuetudine , priuilegio , vel alio iure speciali,non autē de procuratione debita ratione visitationis.Hosti.dicit tex.posse procedere etiam in ista procuratione debita ratione visitationis.arg.in.c.cōstitutis.de relig. domi.de quo dic vt no.in.c.ex officij.de prescrip.&.c.felicis.&.c.exigit.de censi.lib.vj.

¶ † In gl.ij.in fi.de hac materia vide bo.glos. in regula frustra.de reg.iur.li.vj.Et quod dicitur in gl.ꝙ vltima mora nocet : habet locū quādo purgat prima mora per secūdū actū: vt quia debitor obtulit pecuniam creditori: creditor semel renuens postea eam petijt,nec debitor amplius eam exhibuit : tunc debitor est in mora : quia purgata fuit prima mora per petitionē.l.tutor.§.lucio.ff.de vsur.quod hîc non cōtigit. ¶ † Et hîc possent examinari duo difficiles articuli.Primus.nunquid seruans transactionem possit petere pœnam,& cum hoc seruare ipsam transactionē:an verò tollatur transactio petēdo pœnā.Secundus. quid in alijs cōtractibus:nūquid toties committatur pœna quoties fit contrauentio: de quibus plenè per gl.& Bar.in.l.qui fidē.ff.de transact.& in.l.si sic stipulatus.ff.de ver.obli.

¶ † Vltimò hîc pōt quæri: quid si episcopus petijt procurationē,& Abbas exhibuit: nun quid episcopus incidat in pœnā.Doc.ꝙ non: quia exigitur alterū vt pœna cōmittatur,vel quòd trahatur ad iudicium:vel quòd violenter eripiat procuratio ar.in.l.j.ff.si quis cau, quod est menti tenendum.

☙ *SVMMARIVM.*

1 *Testis varians & vacillans potest capi,& in carcere detineri:non tamen incurrit infamiam.*
2 *Infamia in dubio intelligitur de infamia iuris.*
3 *Infamis quis efficitur absque alia condemnatione: si delictum erat tale quòd irrogabat infamiam si de eo fuisset condemnatus.*
Delictum si est notorium,potest puniri absque alia condemnatione.
4 *Confessio inducit infamiam quādo est tale delictū, de quo condemnatus efficeretur infamis.*

¶ CAP. VIII.

Super his. Breue est: & potest sic summari.Si testis propter vacillationē incarceratur, [a]infamiam non incurrit.hoc dicit. ¶ Casus literalis.Quidā clericus corā iudice delegato in testimonio vacillauit,& variauit in dicto suo,qui per eundē iudicem de mandato Pa.captus est & detentus:quærebatur vtrū per hoc incurrerit infamiā. Cōsultus
1 Papa respondet ꝙ nō.Ber. ¶ † No.primò ex tex.ꝙ propter vacillationem & variationē potest testis etiā clericus capi & detineri. concor.l.nullū.C.de testi.& quid sit propriè variatio & vacillatio.vide per Inn.s.de testi.cogē.c.pręterea. ¶ † Secūdò no.ꝙ ap-
2 pellatione infamiæ intelligimus de infamia iuris:pro hoc.c.cū di
b lectus.de ordi.cog. ¶ Opp.contra text.de .l.ictus fustium [b].ff.de his qui no.infa.nā(vt ibi patet)ex genere pœnæ quis incurrit infamiam quādo sustinet pœnā de tali delicto:de quo cōdemnatus confessus vel pactus efficeretur infamis.sed iste fuit incarceratus pro delicto,de quo dānatus fuisset effectus infamis:ergo ex ipso genere pœnæ effectus est infamis.Inno.soluit contrariū duplicitер.Primò ꝙ hîc carcer nō fuit deputatus ad pœnā:sed ad custodiam.l.aut dānum.§.solēt.ff.eo.Itē & secūdò hîc loquit in delicto variationis:vnde quis nō potest ita cōuinci de crimine falsi:cùm habeat multas excusationes sicut quādo deprehensus in furto su
3 stinet pœnā. ¶ † Ex dictis Inn.collige duo pro intellectu.l.ictus. super quo variant ibi gl.& Doct.Primò vt illa lex procedat etiā cùm nulla sequitur condēnatio,vt ex solo genere pœnæ quis incurrat infamiā,quando est tale delictū de quo condēnatus efficeretur infamis.Exemplū:Capitur quis in furto,vel in alio crimine manifesto Iudex sine alia sentētia mandat eū fustigari.talis enim efficitur infamis ipso facto absq; alia condēnatione.& hunc intellectum Inn.tenēt quidā in.d.l.ictus.& sequitur Bar.quod est val-
c de no.Ex quo etiā collige vnum aliud.ꝙ in delicto notorio [c]sine alia condēnatione potest Iudex mādare pœnā imponi: quod etiā
4 no.Inno.in.c.ex parte.el.j.j.de verb.sig. ¶ † Secundò no.ex dictis
d Inno.ꝙ sola cōfessio [d]inducit infamiam,quādo est tale delictum de quo condemnatus efficeretur infamis.& hoc tenuit glo.iuris ciuilis in.l.quoniā.& in.d.l.ictus.ff.de his qui no.infa.Sed Bar.ibi contrà:nisi confessio fieret in ciuili in actione famosa: quia tunc confessus habetur pro condēnato.l.j.ff.de confes.sed in criminali non habetur pro condēnato:sed requiritur sentētia.vt in.l.si confessus.ff.de custo.reo.Multū tamen cōtra dictū Bar.& pro Inno. facit.d.l.quoniā hîc super text.nō sunt alia no. ¶ Capio gl.j.Item aduerte quia Inno.sentit ex prima fol.ꝙ si iste testis fuisset incarceratus in pœnam vacillationis, ꝙ incurrisset infamiā:quasi pœna esset imposita pro delicto:de quo quis condēnatus efficeretur infamis.Sed certè hoc dictum nō puto verum vnde siue [e] testis va
e cillans [e]detrudatur in carcerē in pœnā,siue alia pœna afficiatur, non propter hoc incurrit infamiā:quia nō punitur ex.l.cornelia. de falsis,sed extraordinariè:quia offendit aures iudicis:& ideò cū non puniatur tanq; falsus,non incidit in infamiā.& hoc rectè intuenti voluit gl.in.l.nullum.C.de testi.& hoc apertè voluit Bar. in.l.infamē.ff.de publi.iudi.in illa.q.an damnatus per inquisitionem efficeretur infamis &c.& fortè hoc etiam voluit Innoc.hîc in secunda solu. ¶ In gl.ij.ibi. *per se non infamat nisi sententia præcedat;* hoc dictum est cōtra ea quæ superius dixi secundum Inn. sed insurrexerūt istæ varietates & contrarietates propter varios intellectus illius.l.ictus.nam quidam intelligūt illam.l.quòd sententia præcesserit pœnam.& ita tandem tenuit ibi gl.& ita videtur glo.hîc velle sequendo illum intellectum:& ideò tenetur illa lectu.quæ est no.vt ex solo genere infamiæ quis infamiam inducat sine alia condemnatione : vt suprà dixi.& de ratione decidendi dic vt suprà dixi.

☙ *SVMMARIVM.*

1 *Obligatus ad certam quantitatem certo die sub pœna soluēda:si partem intra terminum soluerit,non tenetur ad integram pœnam.*
2 *Pœna an & quando censeātur appositа in fraudem vsurarum?*
3 *Pœna in loco pœnitentiali non debet solui.*
Pœna si excedat interesse,licitè peti potest.
4 *Pœna an censeatur remissa ex eo quòd pars post terminum recepit sortē, siue quid simile.*
5 *Obligatio diuidua vel indiuidua uæ dicatur?*
6 *Pœna solui debet etiam de iure canonico,quando contractus non obseruatur,& committitur aliquando in totum aliquando pro parte.*

Suam ad

¶ *CAP. IX.*

Vam ad nos. † Obligatus [a] ad certam quantitatẽ certo die ſub pœna ſoluendã: ſi partẽ intra terminum ſoluit, ad pœnã integrã nõ tenetur. h. d. In prima cõqueſtio. In ſecunda prouiſio. ibi. *Quia igitur.* ¶ Caſus literalis. Clerici ſancti fortunati fuerũt condẽnati epiſcopo ſpoletano in. xl. libris per quoddã arbitriũ ſub pœna. xxx. librarũ: niſi eas in termino perſoluerent cõſtituto. tandem ſoluerũt in termino xxiij. libras: epiſcopus impetrauit quaſdã literas contra eos tacita varietate, per quas fecit eos ſibi condẽnari in. xxx. libras nomine pœnæ: quia ſoluerãt totã ſummã in termino cõſtituto: vnde dicti clerici do. Pa. querimoniã tranſmiſerunt: mãdat Pa. epiſcopo ſpoletano quatenus. vij. librarũ ſolutione cõtentus exiſtat. & ſuper pœna. xxx. librarũ decẽtero clericos illos nõ moleſtet, cũ non deccat ipſum inhoneſtis quẽſtibus anhelãdo cũ aliena iactura ditari. Ber. ¶ † Not. primò ex text. ꝙ etiã inter clericos licitè fertur laudum cũ appoſitione pœnæ ſuper quantitate. Appoſitio ergo pœnæ ſuper quãtitate ſoluẽda ſi nõ fuit ſoluta, nõ inducit vſurã, ſeu præſumptionẽ vſuræ: quod dicit Inn. verũ niſi apponẽs pœnam [b] ſit ſolitus fœnerari: quia tũc præſumit in fraudẽ vſurarum appoſita. de quo vide quod nõ. in. c. dilecti. de arbi. ¶ † Secundò no. arg. opt. ꝙ ſolutio pœnæ nõ habet locũ in foro pœnitẽtiali [c]: nam tũc propriè quis lucrat cũ iactura alterius. de quo vide bonum tex. cũ gl. xij. q. ij. c. fraternitas. Et eſt argu. ex tex. ꝙ licitè pœna peti non põt ſi excedit intereſſe. Contrariũ tamẽ tenet Inn. Et ad tex. põt reſpõderi ꝙ hîc fuerat quaſi totũ debitũ perſolutum. ¶ † In gl. j. ibi. *niſi aliter cõuenerint inter eos &c.* hęc gl. ſentit ꝙ ſi creditor poſt terminũ recepit ſortẽ, videt renuntiaſſe pœnę niſi fuerit proteſtatus ꝙ etiã intendebat petere pœnã: ſed hoc dictũ videtur cõtra tex. iſtum vbi Papa fundat ſe ſuper alia ratione: dic ergo ꝙ iſte text. procedit qñ pars debiti dũtaxat fuit ſoluta: vnde ratione partis nõ ſolutæ quis nõ videt renũtiare pœnæ: vt hîc: & regulariter nũquid poſsit quis petere pœnã, & excipere de tranſactione, ſiue cõtractu, vt ſic valeat cõpoſitio ſeu cõtractus: & etiã poſsit peti pœna: dicendũ eſt plenè: vt no. maximè per Bart. in. l. qui fidẽ. ff. de trãſact. & in. l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de verb. obli. ¶ † In eadem gl. ibi: *ſit indiuiduũ &c.* Et quę dicat obligatio diuidua & quæ indiuidua: plenè no. in. l. ſtipulationes nõ diuidunt. ff. de ver. obli. Et propriè illa obligatio dicit quaſi diuidua, qñ ſolutio partis affert tantã cõmoditatẽ reſpectu partis, ſicut ſolutio totius reſpectu totius obligationis. Exemplũ primi: promiſi tibi ſcribere duos libros ſub pœna: & ſcripſi tibi vnũ: hæc pœna tantũ cõmittitur pro medietate: qa iſta obligatio eſt diuidua, cũ reſpectu partis tu habeas omnẽ cõmoditatẽ. Indiuidua verò dicit obligatio quãdo ſolutio partis non affert tantã cõmoditatẽ. Exemplũ promiſi tibi ſcribere vnũ librũ ſub pœna: ſcripſi tibi medietatẽ: hæc pœna cõmittitur in totũ. quia ſcriptura medietatis nõ affert tantam cõmoditatẽ reſpectu partis ſicut tota ſcriptura reſpectu totius. & ita in cõſimilibus. Et hæc dicta gl. procedũt qñ quis obligat ad dandũ vel faciendũ ſub certa pœna. Sed qñ quis debet aliqd recipere: puta hæreditatẽ, vel legatũ, ſi aliqd ſoluerit vel fecerit: tunc non põt petere niſi totũ ſoluat vel faciat: vt in. l. mæuius. & in. l. cui fundus. ff. de condi. & demon. Et de materia huius gloſ. plenè habetur per legiſtas: & maximè per Bar. in. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. & in. l. iiij. §. cato. ff. de ver. obli. & dicendũ vt ibi. propriè nõ eſt materia noſtra, & eſt gl. magis plena q̃ ſit iſta in. l. ſi ſeruus. ff. ſi quis cau. ¶ † Sed dubiũ eſt: nunqd de iure canonico poſsit peti pœna reſpectu partis nõ ſolutæ, cõiter Doc. noſtri ꝙ ſic: quod mihi placet: nã eadẽ debet eſſe ratio de parte quo ad partẽ quę eſt de toto quo ad totũ vt in. l. quæ de tota. ff. de rei ven. & in. c. paſtoralis. in ver. itẽ cũ totũ. de offi. dele. Sicut ergo de iure canonico põt peti pœnã in totũ ſi non adimpleat cõtractus, vel mandatũ poenale aliquo modo: vt in. c. cũ dilecti. §. de arb. eodẽ modo ratione partis nõ adimplẽtis põt exigi poena pro rata. Et hoc intelligę qñ obligatio cõſiſtit in dãdo, ſeu ſoluẽdo: ita ꝙ ſolutio partis affert cõmoditatẽ ſecundũ qd prędixi: aliãs ſi obligatio eſſet indiuidua: tũc poena cõmitteretur in totũ: etiã de iure canonico: qa tunc ceſſaret ratio huius literę per p̃dicta. põt ſolui cõtrarium. c. in. c. j. in vlti. colũ. de teſti. cog. & vide Archi. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. ver. item qui falſõ. vbi dicit ꝙ teſtis varius ſi accuſetur, punitur pœna. l. corn. de fal. aliãs ſi ſine accuſatore, punitur pro motu iudicis. arg. l. nullum. C. de teſti. & alleg. Inno. in. c. j. de teſti. cog.

a ¶ Obligatus. Pro intellectu huius decre. vide vnũ pulchrũ dictũ quod ſcripſi poſt dictũ do. Ant. in. c. odoardus. in. ij. col. de ſolut. & an & quã do pœna adiecta pacto valeat: vide per do. Anto. in. c. pleriq; circa fi. de pac. Et adde ꝙ his caſibus quibus poteſt peti pœna, nõ tamen poterũt peti vſurę pœnarũ. tex. eſt in. l. fi. ff. de ma. conue.

b ¶ Pœnam. Adde omnino quod no. Bar. & Bal. in. l. cũ apponas. C. de dolo. vbi dant pro regula. ꝙ appoſitio pœnę in cõtractu qñ cõuenit vel agitur de dãno nõ tñ eſt tanꝙ facta in fraudẽ vſurarum: ſecus ſi nõ cõſiſtit in fraudẽ, ex quo inferunt ad pœnã appoſitam in compromiſſo. & idẽ tenet Bald. in. §. alteri. inſtit. de inuti. ſtipu. vbi omnino videas. & de illo articulo quando pœna videat adiecta in fraudẽ vſurarũ. omnino videas do. Ant. in. c. dilecti. de arbit.

¶ Adde de hac materia videndum latè Ro. cõſilio. cccix.

SEBA. SAPI.

c ¶ Pœnitẽtiali. Quo modo hoc procedat latiſsimè explicat Feli. in. c. j. col. xij. ver. tertius caſus. §. de cõſtit. & inter alia vult ꝙ licet pœna non debeatur in foro cõſcientię ſecundum glo. in. d. c. fraternitas. tamẽ illud procedit quando illa pœna proceſsit ex l. diſpoſitione: ſecus ſi debeat ex conuentione partium. & hoc ſentit Inno. hîc.

SEBA. SAPI.

d ¶ Beneficia. quid veniat appellatione beneficij latè tradit Felin. in ca. poſtulaſti. colũ. vj. ver. circa gl. j. §. de reſcrip.

cũ dilecti. prędalle. ad qd Doc. reſpõdẽt dupliciter: primò ꝙ ibi pars potuit ſoluere: ſed noluit, hîc verò non potuit: vel illud de rigore: hîc de æquitate. Prima ſol. mihi non placet: quia eſt diuinatio ad iſtũ tex. Secũda etiã nõ eſt vera: quia debuiſſet ibi Papa ſeruare iſtã æquitatem ſicut hîc: ideò ſolue vt prædixi, ꝙ ibi in nullo fuerat ſatiſfactũ: ideò poena habet locũ in totũ etiã de iure canonico: ſed hîc fuerat ſatiſfactũ pro maiori parte, ibi de ęquitate non cõmittitur poena in totũ, ſaltẽ cum effectu: nõ enim negat iſte text. quin ratione partis nõ ſolutæ poſsit exigi poena pro rata. b ¶ Sed cõtra text. & cõtra p̃dicta opp. hîc lata fuit ſententia à qua nõ fuit appellatũ: ergo cũ tranſiuerit in rẽ iudicatã nõ debebat amplius pars audiri: vt in. c. cũ inter. de re iudi. multiplex datur ſolu. primò ꝙ iſta decreta. nõ neceſsitat, ſed tantũ hortatur: pro hoc text. ibi: *non decet &c.* Vel ſecũdò Papa hîc prouidet ex officio ſuo. tertiò fortè fuit appellatũ: dantur etiã alię ſolutiones in qbus nõ oportet inſtare: qa de hoc principaliter nõ diſputat hîc: ſed tãtũ de cõmiſsione poenæ reſpectu totiꝰ.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegiũ eſt crimẽ eccleſiaſticũ, adeò quòd Iudex eccleſiaſticus põt de eo imponere pœnã tẽporalẽ.*

2 *Beneficij appellatione venit feudum, præcariũ & ſimilia.*

3 *Priuatus beneficio vel officio ad ſuum delictum, poteſt illud ex noua conceſsione reacquirere.*

¶ *CAP. X.*

Adaures. Occidentes prælatũ, priuant beneficijs & feudis quæ habent ab eccleſia cui prędat prælatus ille: nec eis nec hędibus reſtituent: nec alia de nouo concedi debent, & hodie in occidẽte, capiẽte, vel bãiente epiſcopũ ſunt auctæ poenæ: de qbus dicendum: vt in clemẽ. ſi qs ſuadẽte. eo. tit. Diuidit hæc decre. Nã primò recitat poenalẽ ſententiam. Secũdò grauat ibi: *quia igitur.* ¶ Caſus literalis. Quidã ciues vicentini iuũ epiſcopũ interfecerunt propter qd feudis & beneficijs quæ à vicentina eccleſia detinebant ſpoliati ſunt per ſentẽtiã. quæſiuit epiſcopus vicẽtinus vtrũ ipſis vel eorũ hędredibus illa beneficia ſint reſtituenda. reſpondet Pa. ꝙ nec ipſis nec eorũ hæredibus ſunt illa beneficia reſtituenda, ſeu de nouo alia cõferenda: cũ maiori 1 etiã ſint animaduerſione plectẽdi. B. ¶ † No. j. ex tex. ꝙ propter ſacrilegiũ poteſt Iudex eccleſiaſticus imponere laico poenã tẽporalẽ: Vnde hîc priuat eũ dominio vtili quæſito ex contractu. Eodẽ modo poſſet imponere aliã poenam tẽporalẽ. pro hoc. xvij. qſtio. iiij. c. quiſquis. & ſic optimè facit iſte tex. ꝙ licet Iudex eccleſiaſticus non habeat iuriſdictionem temporalẽ in laicũ, tamen ſi delictũ de quo cognoſcit eſt eccleſiaſticum, põt punire eum delinquentem etiã temporaliter: & facit pro 2 his quæ dixi in. c. licet. in gl. §. eo. ¶ † Secũdò d not. ꝙ verbum beneficia [d] latè ſumitur: Vnde

comprehendit feuda,& omnia alia afferẽtia aliquam vtilitatẽ,vt locatio,præcarium, vel quicquid aliud ab eccleſia cõceſſum:nã dicitur beneficiũ beniuola actio gaudiũ tribuẽs capienti:vt in lib.feu.in titu.quib.mod.feud. amitta.in.c.j.† Tertiò iſta litera[a] facit ſing.in argu.q̃ priuatus ex delicto beneficio ſuo,vel alia re certa,poteſt ex noua cõceſsione illam rem priuatã acquirere:nã hîc Papa pro maiori animaduerſione ſpecificè interdixit ne iſtis occiſoribus vel eorũ hæredibus illa beneficia reſtituantur:ergo potuiſſent reſtitui ceſſante prohibitione:de quo vide quod no.in c.commiſſa.de elec.lib.vj.

3 a

a ¶ Litera.de hoc vide.c.cũ inter.p.de renun.

b ¶ Excedẽs.An Iudex poſsit punire ſubditum cõtra eũ delinquentem.vide gl.&.d.Abb,in clemen.j. de cleri. male.

¶ Adde videndũ Alexan,cõſi.xxv. j.lib.

c ¶ Limito.Iſtam limitationem refert & ſequit.d. Abb. in.c.j.de cleri.excommu.mi.

❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Litigator qui temerè contradicit iudici coră quo litigat punitur arbitrio ſuperioris.nu.4.*

2 *Iudex debet vitare nimiam familiaritatem cũ ſubditis:ne eius authoritas contemnatur.*

3 *Iudex non poteſt illum qui ipſum iniuriat punire: niſi iniuria ſit notoria.*

¶ CAP. XI.

DIlectus. Qui iudici iniuriatur,per ſuperioris arbitrium puniri debet hoc dicit.Vel ſic.Prorumpẽs contra iudicẽ, arbitrio ſuperioris punit.hoc dicit.¶ Caſus literalis.Quidam iniuriabantur iudici,de quorũ iniuriatione conſultus Papa de eorũ pœna infligenda reſpondet q̃ ſi aliquis temerè prorumpit contra iudicis aſſertionẽ,ſecundũ arbitrium ſuperioris debet puniri:cũ de ipſius litigatoris improbitate conſtiterit, ne vileſcat iudicialis authoritas.¶ † No.q̃ litigator qui temerè cõtradicit iudici coram quo litigat arbitrio ſuperioris puniri debet : quia non eſt vilipendenda iudicialis authoritas. Bernar. ¶ † No.j.ex text.q̃ debitus honor deferẽdus eſt iudici:aliâs autẽ euaneſcit eius authoritas: vnde debet curare quãtum poteſt ne cõtennatur à ſubditis.& ideò conſiliũ eſt vt euitet nimiam familiaritatẽ ſubditorũ:quia ex conuerſatione ęquali naſcitur contẽptio dignitatis:vt dixit tex.in.l.obſeruandum.ff.de offic. præſi.& ingenio debet augere dignitatem:vt ibidẽ dicitur in fi.& alibi dicit: canon dũ nimium ſeruatur humilitas:regẽdi frãgitur authoritas:vt in.c.quãdo.lxxxvj.di.¶ † Secũdò no.ibi: *ſuperioris arbitrium &c.* q̃ excedens[b] contra iudicẽ nõ punitur per ipſum iudicẽ: ne ſit iudex in cauſa propria:ſed debet puniri per ſuperiorem.Contra hoc facit.c.ſi quis erga.& quod ibi no.ij.quęſtio.vij.& in.c.j.ſ. de offi.dele.& eo.tit.c.romana.li.j.Sol. Inno. hîc inſtat:Dic plenius reformando dicta ſua. q̃ aut loquimur in ordinario,aut in delegato.Primo caſu,aut notoria eſt iniuria:& poteſt ipſemet punire iniuriantẽ:quia in notorijs non eſt ſuſpitio:& non eſt ferenda ſentẽtia cum ſolẽnitate:& hoc tenet Innoc.in.c.ex parteꝫ..de ver.ſig.quod ſemper limitaui & limito[c] vbi pœna eſt à iure expreſſa: ſecus autem vbi veniret imponẽda arbitrio ſuo:quia tunc arbitrando eſſet Iudex:& poſſet excedere modum:ad hoc.c.cũ veniſſent.ſ.de iud.& ibiplenè dico.vij.q.j.c.quã periculoſum.Aut iniuria non eſt notoria:& tunc aut tãgit principaliter perſonã ipſius iudicis,& nõ poteſt ipſe punire,ne ſit Iudex in facto proprio.xxiij.q.iiij.c.inter multiplices.Aut tangit principaliter dignitatẽ ſuã,& tũc poteſt punire : ſed quia conſequenter tãgit perſonã,poterit tanq̃ ſuſpectus remoueri ſeu recuſari:pro hoc quod no.Cy.in.l.vnica.C.ne quis in ſua cauſa.Item poteſt ordinarius ſecundũ Inn.& benè,punire aduocatos,procuratores,notarios,& cõſimiles perſonas excedẽtes in officio: vt in l.nec quicq̃.§.j.ff.de offi.procon.& adde hodie quod habetur in c.j.eo.tit.li.vj.Secundo caſu cũ quæritur de delegato.aut impeditur iuriſdictio ſua,& poteſt procedere cõtra impediẽtes: vt in.d. c.j.Aut nõ impeditur iuriſdictio per iniuriã illatam:& tũc debet facere punire per ſuperiorẽ:vt hîc & arg.in authẽ.de teſti.§.ſi verò ignoti,& de materia vide quod plenè dico in.d.c.cũ veniſſent.

1 2 3 b c

4 ¶ † In gl.ibi. *cũ temerè contradicit &c.* dicendo iniuriã ſibi : puta tu mentiris.vel quòd ipſe nihil ſcit:vel ſimilia verba.& hoc denotat tex.ibi. *temerè prorumpentis.*

❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Patroni,vel ſimiles perſonæ habentes aliquid iuris in eccleſia,ſi interfecerint per ſe vel per alios rectorem vel clericum ipſius eccleſiæ : priuantur omnibus iuribus quæ habent in ea : & eorum deſcendentes vſque ad quartam generationem prohibentur clericari.*

Prohibitus clericari:non prohibetur ingredi religionem.nu.4.

2 *Pœna impoſita poſteritati alicuius comprehendit etiam deſcendentes ex linea fœminina.*

3 *Hæredum appellatione veniunt extranei:niſi aliud voluerit teſtator:vel quando ſumus in materia non tranſmiſsibili ad extraneos.*

5 *Diſpenſatio ſi ſpecificè non reſeruatur Papæ:cenſetur permiſsa epiſcopo.*

6 *Canonicus ſi occidat prælatum ſuum,vel alium canonicũ,priuatur omnibus beneficijs.*

Verba futuri tẽporis inducunt actum fieri per ſententiã:& non ipſo iure.

Dictio prorſus quid importet?

¶ CAP. XII.

INquibuſdam. Patroni,aduocati, vel vicedomini vendicantes ſibi in eccleſijs pluſq̃ iura permittant: per cenſuram eccleſiaſticam cõpeſcuntur.& ſi occidunt prælatum,vel clericũ eccleſiæ per ſe vel per alios, perdunt quod habẽt ab eccleſia,& eorũ poſteri vſq̃ ad quartam generationem nõ admittuntur ad clerũ:nec in religionibus præficiuntur.hoc dicit.Diuiditur.Nã primò recitat triplex patronorum delictũ.Secundò ibi: *cũ igitur.* prouidet.& primò cõtra primum,& poſt contra ſecundũ,vtrunq̃ prohibendo.Secunda ibi: *Sacri.* contra ſecundũ illud primò puniẽdo in factoribus.ſecũdò aggrauando pœnã in poſteros ibi: *Et ne minus.* ¶ Caſus literalis. Patroni eccleſiarũ,aduocati,ſeu vicedomini in tãta præſumptione ſe extollunt:q̃ cũ vacantibus eccleſijs de perſonis idoneis prouidere debent:non ſolũ difficultates ingerunt,& malitias,verum etiam de poſſeſsionibus & alijs bonis eccleſiarũ pro ſuã volũtate diſponere volunt:& (quod deterius eſt)in necem prælatorũ prę ſumunt erumpere.Prohibet generale conciliũ expreſsè ne de cætero patroni,vel aduocati,ſeu vicedomini , ſuper prædictis plus vſurpent q̃ reperiatur in iure permiſſum:& ſi cõtra fecerint,per ſeruerităte canonicã cõpeſcantur,ne quod ad defenſionẽ eſt inuentum,ad depreſsionis diſpendiũ valeat retorqueri.Statuit inſuper cõcilium quatenus ſi patroni,aduocati, feudatarij,ſeu vicedomini:aut alij beneficiati alicuius eccleſię clericũ vel rectorem, per ſe vel per alios occidere vel mutilare præſumpſerint: admittant quicquid iuris in eccleſia habẽt,vel ab ipſa tenent,& vſq̃ ad quartam generationẽ poſteritas taliũ in clericorum collegiũ nullatenus admittatur,neq̃ in domibus regularibus prælationẽ aliquam aſſequantur:niſi cũ eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. Ber.¶ No.j.ex tex.q̃ patroni & aduocati eccleſiarum nõ poſſunt plus iuris vendicare in eccleſijs q̃ reperiatur iure expreſſum.Si ergo patronus,vel aduocatus eccleſiæ aliquod ius ſibi poſtulat in eccleſia,debet probare illud ſibi debitũ de iure.Secundò no.q̃ eadem pœna imponitur pro homicidio & pro mutilatione.& hoc verum quò ad incurrẽdam irregularitatẽ vel vbi hoc exprimitur in iure.

in iure.aliâs ſecus videtur dicendũ:ad hoc quod no.in c.cùm non ab homine.de iudi.&.j.q.j.c.ſicut vrgeri.
¶ No.tertiò ꝙ pro delicto cõmiſſo in perſonã eccleſię poteſt laicus cõmittens etiã tẽporaliter puniri per eccleſiam.concor.c.ad aures.s̃.eo.& quod ibi dixi.&.xvij. q.iiij.c.ſi quis deinceps. ¶ †Vltimò no.ꝙ propter delictum patris ſeu parentis poteſt filius excludi,vt nõ promoueatur ad clericatũ.Itẽ poteſt colligi ex ſententia literæ,ꝙ prohibitus clericari propter delictum, non intelligitur prohibitus intrare religionem. ¶ In glo.j.ibi: *eccleſiam defendere debent &c.* Intellige hoc ſecundum Doc.ꝙ defendẽt eccleſiam,expenſis tamẽ eccleſiæ:ſicut tutor defendit pupillũ expenſis pupilli.l.in tutoribus. ff.de admini.tut.& procurator defendit dominũ expenſis domini.l.qui proprio.§.litis impendia.ff.de procu.& c.cũ pro cauſa.s̃.de procura. ¶ †In glo.in ver. *ad hæredes.* ibi. *per rectam lineã vſque ad quartã generationẽ &c.* non ergo veniunt collatores.Itẽ non veniunt deſcẽdentes per lineã fœmininã vbi pœna imponitur poſteritati alicuius:de quo dic vt in.c.vbicunq;.eodẽ tit.lib.vj.
¶ †Et aduerte:quia gl.videtur hîc velle ꝙ appellatione hæredum veniũt deſcẽdẽtes per lineã directam vſq; ad quartam generationẽ:quod non eſt ſimpliciter verum: quia in re tranſmiſsibili in hæredes extraneos,appellatione hęredũ[a] veniunt omnes ſucceſſores etiã extranei: vt in.l.hæredis appellatione.ff.de verbo.ſigni.& in.l.in annalibus.C.de legatis.Sed quo ad iſtũ tex.gl.poteſt dicere verũ,propter id quod ſequitur de poſteritate,qua re Papa hîc voluerit punire hæredes:id eſt deſcendẽtes ab iſtis malefactoribus.nam quẽdoq; appellatione hęredum veniunt etiã hæredes extranei,niſi quãdo apparet de tacita voluntate diſponẽtis:vt hîc:vel profertur hoc verbum in materia quæ de ſui natura non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes extraneos.de quo in.l.gallus.in.§.etiã. ff.de libe.& poſt. ¶ Et in fi.gloſſ.de hoc enim qualiter vnus poſsit puniri pro delicto alterius.vide bonã gl.j. q.iiij.in ſumma.&.xxiiij.q.iij.in ſumma. ¶ †In gloſſ.in ver. *prælationis.* in fin.Sed certè ibi nõ ſoluitur hoc cõtrarium:nec poteſt ſolui ex theorica ibi tradita.Hoſti. dicit ꝙ iſte tex.facit pro hoc quod Papa hîc ſpecificè inhibuit,ne in relegationibus iſti aſſequerentur prælaturam:ſecus ergo ſi nõ dixiſſet:Vel dic & melius,ꝙ per ingreſſum religionis nõ tollitur defectus cauſatus ex delicto alterius quo ad prælaturã conſequendã:vt eſt text. in.c.j.in fi.de fil.præſby. ¶ †In gl.fin.ibi: *epiſcopus poteſt diſpenſare.* No.bene gl.ꝙ vbicunq; in iure permittitur diſpenſatio,& non reſeruatur ſpecificè Papæ,videt poteſtas diſpenſandi indulta epiſcopo.& idem no.gl.in.c. poſtulaſti.in ver.diſpenſatũ.de cle.excom.mi.& Inn.in c.dilectus.de tempo.ordi.Et hanc opi.gl.tenet hîc Vin. & Goffre.& Philip.& eſt opi.ſatis æqua cũ iſti laborent alieno morbo.Hoſti.dicit tutum & eccleſiæ expediens vt ſolus Papa diſpenſet.argu.in.c. aduerſus.de immu. eccle.ſed prima op.mihi placet,tum propter theoricã prædictam:tum quia fienda eſt benigna interpretatio contra laborantes maximè alieno vitio.argu.in.c.odia. de reg.iur.li.vj. ¶ †Extra glo.quæro.quid ſi canonicus occidit prælatũ vel canonicum:nunquid debeat perdere beneficiũ,& ſic habeat locum in eo pœna hîc poſita? Et videtur primò ꝙ non,nõ obſtãte litera quæ dicit ꝙ *beneficiati beneficium amittant &c.* quia nõ debet intelligi de beneficijs eccleſiaſticis,ſed de feudis,& conſimilibus:quia beneficium capitur largo modo.vt dixi in.c. ad aures.s̃.eo.Pro hoc quia tex.hîc ſubijcit ꝙ iſta nõ debent peruenire ad hæredes,& ſic nõ poteſt intelligi de beneficijs eccleſiaſticis:quia illa non perueniunt ad hæredem:vt in.c.tranſmiſſa.de fi.prẽſby.Itẽ iſtud ca.emanauit ad prouiſionẽ & fauorem canonicorũ & clericorum.ergo non debet eos ligare:in regula quod ob gratiam.de reg.iur.li.vj.Tertiò.quia cõſocij non debẽt puniri pœna ſtatuta contra alios.ar.in.c.ex tenore.de ſen. excommu.&.c.quoniam.s̃.de vi.& hone.cleri.His non obſtantibus Io.an.hîc.& cõmuniter Doc.tenẽt oppoſitum:quia litera loquitur indiſtinctè.Nõ ob.quod dixi de beneficijs.quia illud verbũ quo ad hæredẽ non perueniãt,ſic debet verificari vbi poteſt.Nõ ob.etiã quod dicitur ꝙ emanauit in fauorem clericorũ &c.quia certum eſt conſociũ delinquere:& ideò puniẽdus eſt.Nec ob.tertium.quoniã cõſocius incidit in excõmunicationem verberãdo conſociũ clericũ:ſicut ſi verberaret extraneum:licet facilius abſoluatur.vt in dictis iuribus.s̃. alleg.in contrariũ.Hæc opi.licet ſit cõmunis:eſt tamen multum rigoroſa.& videtur cõtra mentẽ literę:cũ tex. hîc non faciat mentionẽ niſi de patronis, aduocatis,ſeu datarijs & vicedominis,ergo non eſt extẽdendus ad clericos beneficiatos:nam iſti vt plurimũ excedebant in talibus:ideo nõ debet pœna ad alios extẽdi.ar.in.c.pœnę. de pœ.di.j.Vnde verbum beneficium capitur hîc largè: quia in quibuſdã locis aduocati habent beneficia certa pro officio aduocationis: vnde nec ex ipſo principio, nec ex fine huius literæ poteſt colligi iſta communis opi. ¶ †Secundò quæritur.nunquid iſtæ pœnę de quibus in tex.intelligantur inflictę ipſo iure,an verò requiratur ſentẽtia.quidã dicunt ꝙ requiratur ſententia per verbum amittant:quod eſt verbũ futuri tẽporis[b].pro hac theorica gl.in regula in pœnis.de re.iur.li.vj.Doc. hîc cõmuniter tenent oppoſitũ per hãc dictionẽ prorſus poſitam in tex.q.d.id eſt ipſo iure,vel ipſo facto.Et no.ſemper hoc dictũ.ꝙ hæc dictio prorſus [c]iuncta cũ verbo futuri tẽporis inducit diſpoſitionem pœnæ ipſo facto.Idem dic de hac dictione penitus.pro hoc text.j.c. proxi.in fi. ¶ Vltimò ſcias ꝙ Hoſti.hîc tractat illã quęſtionem.nunquid appellatione filiorũ veniãt nepotes. & ſi pœna eſſet impoſita alicui ex filijs ſuis:intelligãtur etiam nepotes.& ponit hîc aliqua dicta:ſed materia eſt multum larga.& magis tacta per Bar.in.l.liberorum.ff. de verbo.ſignifi.vbi plenè vide per eum.& vide gloſ.in cle.j.de bap.

a SEBA. SAPI. ¶ Hęredum.Vide latè Fel.in.c.in prę ſentia.col.xx̃j. ver. in ea.glo.s̃.de proba. poſt Abb.ibi: col.vij̃. verſi.in.iij̃. parte gl.& Iaſo.in d.l. in annalibus. C.de legatis.

b ZACHARI. ¶ Verbum futuri temporis. Adde Ludo.ro.ſing.j.& ij̃.& quod ibi no. in apo.Franciſc.de cre.fin.vij̃.inci. Tuſcis ꝙ verbũ.Mat. math.ſing.cxx̃j.inci.no.ꝙ vbicunq;. & quod notaui in apoſt.ad iſtũ.in.c. vnico.nume. iij̃.in apoſt.in ver.colligitur.s̃. de ſagitta. & in.c.j.nume.3.in apo.in ver.requiritur ſentẽtia.s̃.ne præla.vices ſuas.

c ZACHARI. ¶ Dictio prorſus. Adde Ro.in loco præalle.An corſe. in ſuis ſing.in ver. omnino.Ang. plenè poſt gl.in auth. vt defuncti ſeu func.col.v. Bart.in.l. j.§.ſi pecunia.ff.de po. Alex.in.l. imperator.ff. de iure fiſc.& Phili.Frãc. plenè in.c.j. de poſtu.præla.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Subditi non debent fidelitatem domino excommunicato, quia abſoluuntur ab eius debito, ſi monitus nõ paruerit eccleſiæ: & ipſo iure tales ſubditi ſunt liberati.nu.6.8.*

2 *Verberans clericũ eſt ipſo facto excommunicatus:ſecus ſi non iniecerit manus ſed alter:quia tunc requiritur ſententia.*

3 *Excommunicatus ſi ſteterit in excommunicatione per bienniũ, eſt ſuſpectus de hæreſi.diſtingue vt j̃.nu.7.*

4 *Contra nobiles mitius proceditur quàm contra alios:etiam de iure canonico.*

5 *Excommunicati qui perſeuerãt in excommunicatione poſſunt priuari per iudicẽ eccleſiaſticum bonis ſuis:& poſſunt prohiberi eorum debitores ne eis ſoluant,imò ibi poſſunt à tali debito liberari.nu.8.*

¶ *CAP. XIII.*

1 GRauem. †Domino excõmunicato manente ſubditi fidelitatem non debent: & ſi longo tẽpore in ea perſtiterit:& monitus nõ paruerit eccleſię,ab eius debito abſoluũtur.hoc dicit.Primò ponitur querela.Secundò prouiſio ibi.*licet igitur.* ¶ Caſus literalis.Comes regiſtreñ.multas iniurias & grauamina irrogauit capitulo Laudunẽſi:propter quod per iudices delegatos apo.ſedis fuit excõmunicatus:& per duos annos & amplius in excõmunicatione perſiſtens noluit parere iuri,claues eccleſiæ contennendo:vnde capitulũ Laudunẽſe, iterũ ſignificauit hoc domino Papæ.Quamuis igitur huiuſmodi pertinacia non careat ſcrupulo hæreticæ prauitatis.Mandat Papa

quibuſdam,quatenus ſi Comes ille cõmonitus iuri parere noluerit,abſoluant eccleſias in quibus ius habet ab eius debito,& fideles ipſius ab ipſius fidelitatis iuramẽto quandiu in excõmunicatione perſtiterit denuntient abſolutos. Ber. ¶ No.j.ex tex.laicũ poſſe conueniri coram iudice eccleſiaſtico pro iniurijs clerico irrogatis. concor.c.cũ olim.s̃.de iniu.&.c.cùm ſit generale.de fo. compe. ¶ †Secũdò no.ꝙ pro iniurijs irrogatis clerico poteſt laicus excõmunicari:nõ ergo eſt excõicatus ipſo facto ſi iniuria eſt illata citra manuũ iniectionẽ:de quo in.c.ſi quis ſuadẽte.xvij.q.iiij.& intellige ꝙ põt excommunicari pro iniurijs.i.qa nõ ſatiſfacit:vel nõ vult parere iuri cõuẽtus ſuper iniurijs:nã directè nõ põt quis excommunicari pro crimine,vt in.c.ſacro.de ſen.excom. & no.xj.quæſtio.iij.c.epiſcopi. ¶ †Tertiò not.ꝙ perſiſtens in excõicatione per biẽniũ,eſt ſuſpectus de hęreſi. nam præſumit malè ſentire de ſacramẽtis eccleſiæ:cùm non faciat nec facere poſsit id ad quod fidelis quilibet tenetur:vt in.c.omnis.j̃.tit.proxi.Itẽ præſumit malè ſentire de poteſtate eccleſiæ:ex quo nõ curat de eius excõmunicatione:& licet hîc dicatur de biẽnio:tamẽ idẽ eſt ſecundũ Hoſti.& alios de anno.ar.in,c.rurſus.&.c.quicunqꝫ.xj.q.iij.& in.d.c.omnis.& hæc tene mẽti:quia ad hoc quotidie ſolet allegari hoc.c.Et quid operetur hęc ſuſpicio hæreſis j̃.ſubijciã. ¶ Quartò no.ꝙ nõ ſolũ contemnit excõmunicationem celebrãs abſolutione nõ petita,vel ingerẽs ſe cõmunioni hominũ: vt in.c.illud.& in.c.ij.s̃.de cleri.excõ.mini.ſed etiã dicitur cõtẽnere excommunicationẽ,qui longo tẽpore ab ea abſolutionẽ non petijt. ¶ †Itẽ no.ꝙ in pœnis inferendis per romanum pontificẽ deferendum eſt nobilitati: nã hîc Papa potuiſſet acrius procedere[a] contra iſtum, indicẽdo ſibi purgationẽ de hæreſi,vel eũ excõmunicando ſi eũ non priuaret:iuxta formã.c.excõicamus.el.j.in.§.qui autẽ.s̃. de hæreti.ſed voluit deferre nobilitati:non enim debet Iudex maximè eccleſiaſticus indifferenter exercere ſeueritatẽ cõtra omnes: quia(vt dicũt Doc.& benè)ex hoc ſæpe prodeunt ſcãdala & ſchiſmata.quibus obuiandũ eſt.ar.in.c.nihil cũ ſcandalo.s̃.de preſcrip. ¶ †Item no.ꝙ ex contẽptu excõmunicationis põt excõicatus puniri per eccleſiã,priuãdo eũ iure ſibi quęſito in eccleſijs.Idẽ notabiliter dicit Hoſti.ſi laici eſſent ſibi obligati in debito pecuniario,vt ratione huius contẽptus poſsit eccleſia eos abſoluere ab illo debito.arg.in.c.pro humani. de homi.li.vj.& in.c.cũ ſecundũ leges.de hęre.eo.li.vj. Ex quo etiã infero.ꝙ Iudex eccleſiaſticus põt mulctare, & tẽporaliter punire laicũ pertinaciter perſeuerãtẽ in excõmunicatione.& hoc bene no.quãq̃ enim non ſit in vſu põt exerceri. ¶ †Vltimò collige ibi: *penitus abſolutos*: quòd vaſalli & ſubditi excõmunicatorũ ipſo facto abſqꝫ alia ſententia ſunt abſoluti ab omni obediẽtia domini excõmunicati:q̃diu dominus perſtiterit in excommunicatione:de quo in.c.interj̃.de ſen.excõ.& in.c.quoniam multos.xj.q.iij. ¶ †In gl.in ver. *hæreticæ prauitatis*. in fi.dic tamẽ ꝙ aut fuit quis excõicatus pro contumacia cõmiſſa in cauſa hæreſis:& tunc per lapſum anni habetur pro hæretico,& põt puniri vt hæreticus: vt in c.cũ cõtumacia:de hære.li.vj.Aut fuit excõicatus[b] pro contumacia in alia cauſa:& tunc licet ſteterit per annũ, vel plus in excõicatione:nõ tamen habeť pro conuicto de hæreſi:vt no.in.d.c.cũ cõtumacia.ſed tantũ inſurgit ſuſpicio contra eũ de hæreſi:vt eſt tex.no.hic.& eſt hęc ſuſpicio probabilis,& nõ violẽta ſecundũ Inn.qui dicit hãc ſuſpicionẽ nõ ſufficientẽ ad condẽnandũ eũ de hæreſi:ſed poterit ſibi indici purgatio.in qua ſi defecerit, habetur pro cõuicto:vt in.c.inter.in fi.s̃.de pur.can.& in.d.c.excõicamus. ¶ In gl.in ver. *nobilitati*. in fi.Et dic vt no.in.c.ea quæ.&.c.qui cõtra pacẽ.alle.in glo. ¶ †In gl.in ver. *eccleſias*. ibi. *vt interim eccleſiæ ei reſpondere teneantur &c.* Vult ergo gl.ꝙ hîc eccleſiæ nõ abſoluãtur purè ab omni debito in quo tenerentur iſti excõicato: ſed ad tempus q̃diu perſtiterit in excõicatione. Contrarium ſentiunt hîc Doc.& melius:nã in abſolutione eccleſiarum tex.loquiť ſimpliciter:vnde dicit litera:*abſoluentes &c.* ſed reſpectu vaſallorũ apponitur tẽpus:nã quia contẽnendo excõicationẽ videť contẽnere claues eccleſiæ:ideô æquum fuit:vt omnes eccleſiæ purè abſoluerentur ab eius debito. Sed reſpectu vaſallorũ iſta eſt quædã denuntiatio:nõ enim tenentť vaſalli obedire excõmunicato,vel ſecũ cõicare,etiã expectato biennio, vel anno:vt.xv.q̃ſtio.vj.c.nos ſanctorũ.&.c.iuratos. & plus dico ꝙ eccleſia potuiſſet etiã purè & in perpetuũ in pœnã abſoluere omnes fideles ſeu vaſallos à fidelitate huius.ſicut propter delictũ quãdoqꝫ cõfiſcat omnia bona laici:vt in.c.ita quorũdam.de iude.&.c.cũ ſecũdũ leges.&.c.pro humani.p̃alle.ſed hîc papa noluit ita ſeue rè procedere cõtra iſtũ.p̃ hoc tex.ibi. *nobilitati parcere.*

a SEBA.SAPI. ¶ Prorſus.De hoc meminit Feli.in.c. rodulphus. colũ. xviij.in ver. omni no.s̃.de reſcri. vbi multa ponit quæ verba ſint latæ ſententiæ.

a SEBA.SAPI. ¶ Procedere. Vide Feli.in.c.paſtoralis.in princ.s̃.de offi.delega.vbi tamen dicit:ꝙ in hæretico nõ conſideratur nobilitas aut dignitas:quia in tali crimine ęquè punitur nobilis ac ruſticus.

b ¶ Aut fuit excõmunicatus. Vide quæ dixi in.c.poſtulaſti. de homi. Andr.Barb.

ZACHARI. ¶ Adde quod no. in ſimili Ludo.ro. ſin.ſuo. cccij. inci. De hoc heri fui interrogatus.vbi faciẽdo iſtam diſtinctionẽ tenet ꝙ qui ſtetit in excommunicatione pro cauſa criminali in eũ lata per vnum annum,poteſt priuari omnibus ſuis beneficijs eccleſiaſticis. de quo vide iſtum in ca.poſtulaſti.nu. 4.in apo. in ver.fuerunt per annum.s̃.de homi. volũ.vel caſua.

De pœnitentiis & remiſsionibus *Rubrica.*

¶ Suprà viſum eſt de pœnis quæ imponuntur in foro iudiciali:nunc competenti ordine ſubnectitur de his quæ imponuntur in foro pœnitentiali, verum quia huiuſmodi pœnæ ſeu pœnitentiæ quãdoqꝫ relaxantur per indulgentias ſeu remiſsiones:ideò hîc ſubjicit de remiſsionibus.

¶ *CAP.* *I.*

MAniſeſta. Breue eſt: & per alia verba poteſt ſic ſummari.Pro manifeſto pœnitentia publica imponi debet.h.d. ¶ No.j.ex tex.ꝙ eccleſia poteſt cõpellere peccatorem ad agendũ pœnitentiam.& ſi peccatum eſt publicũ,publica debet eſſe ſatiſſactio, vt cęteri metũ habeãt & arceantur à ſimilibus.tex.eſt in.c. plurimos.lxxxij.di.cõtra defendẽtes errorẽ proprium: vnde alibi dicit canon:publicè peccantẽ publicè argue. xlv.diſt.c.ſed illud.Ex quo infertur ꝙ cũ qua qualitate peccatum eſt productũ ad eſſe:cũ eadẽ per pœnitentiã abolendũ eſt:vnde hoc.c.cõuertiť,vt dicamus ꝙ peccata manifeſta debẽt manifeſtè corrigi: occulta verò occultè.Et hoc vltimo caſu intellige illud euangelicum.Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eum inter te & ipſum ſolũ.iij.c.ſi peccauerit.& no.in.c.nouit.s̃. de iudi. ¶ Sed oppo.cõtra tex.hic tex.nõ videtur facere ad tit.quia hîc loquiť de purgatione:vt patet in fin.Sol. non loquitur hîc de purgatione innocẽtiæ:prout tit.de purga.cano.ſed intelligiť de purgatione culpæ quæ fit per ſatiſſactionẽ condignã. ¶ In gl.in fi.No.ergo ex gl. & ex iuribus alleg.in ea ꝙ quędã pœnitẽtia eſt publica, non tamẽ ſolẽnis:quædã verò diciť ſolẽnis.& ſciẽdum ꝙ omnis ſolennis eſt publica:ſed non omnis publica eſt ſolennis.Solẽnis dicitur illa de qua habetur.l.diſt.in.c. in capite.& illa non imponitur niſi pro delicto enormi & ſcandalizanti totã vrbem.xvj.q.vj.c.ſi.& no.in.d.c. in capite.Publica verò eſt illa quæ imponitur in publico ſine ſolẽnitate:de qua habetur in.d.c.in capite.& hęc imponitur ſiue delictũ ſit graue,ſiue leue:vt hîc in glo. Nunquid autẽ publica vel ſolennis ſit indicẽda clerico: dic melius:vt no.in.c.preſbyter.xxviij.diſt.& bon.text. cum glo.in.c.quæſitum j̃.eo.& dic vt ibi dicitur.

¶ *CAP* *II.*

QVi preſbyterum. Ponit pœnitentiam occidẽtis preſbyterũ. ¶ Not.j. ex tex.tres pœnas ſeparatas imponendas interfectoribus ſacerdotum.Prima eſt. quia cõpelluntur agere pœnitentiã.xij.annorũ.Et ita ꝙ agetur iſta

agetur iſta pœnitentia per.xij.annos ſecundū diſcretionem ſacerdotis:vt puta ieiunando aliquibus diebus in ſeptimana,vel peregrinando, vel aliud opus licitum & pœnitentiam exercẽdo:ad hoc quod no.in.c.accuſaſti. s̃.de accu.& in.c.propoſuiſti.&.c.preſbyter.lxxxij.diſt. Secunda pœna:quia debet priuari cingulo militiæ. Et poteſt iſte tex.intelligi dupliciter inquãtum dicit. *conuictus &c.* vt intelligatur cõuictus.ſ.in foro contentioſo:& tunc eccleſia priuabit eũ militia.Ex quo no.ꝙ ratione delicti eccleſiaſtici poteſt eccleſia priuare laicum militia temporali.Ex quo infero ꝙ idẽ eſt de doctoratu,vt quis poſsit priuari doctoratu vt nõ habeat illam dignitatem.arg.in.l.ij.in.§.miles.ff.de his qui no.infa.& in.l.grammaticos.C.de profeſſ.& medi.lib.xij.& nimirum:nam ratione delicti eccleſia priuat quẽ imperio & dignitate regali.xv.q.vj.c.alius.& in.c.ad apoſtolicę.de re iudi.li.vj.& in.c.venerabilẽ.s̃.de elec.¶ Secundò poteſt intelligi.ſ.in foro pœnitentiali,vt intelligit Inno.& ſecundum eũ preſbyter iniunget ſibi pœnitentiã vt debeat abſtinere à militia & intendere pœnitentiæ,argu. xxxiij.q.ij.c.admonere.& poſſet intelligi ſecundũ eum iſtud verbũ largè pro quolibet negotio ſeculari, vt abſtineat à mercimonijs & ſimilibus.arg.de pœ.diſtin.j.c. qualitas.Tertia pœna:quia priuatur facultate cõtrahendi matrimoniũ vt in pœnam ſui vitã ducat ſolitariam: & ſic decedat ſine ſobole.Et aduerte:quia licet impona
a tur hæc pœnitentia[a]:non tamẽ tollitur poteſtas iudicis ſecularis quominus poſsit procedere cõtra eũ.arg.in.c. felicis.de pœnis.lib.vj.&.xxiij.quæſtio.v.c.ſunt quædã: nec etiã tollitur poteſtas iudicis eccleſiaſtici:quominus poſsit procedere iudicialiter in foro cõtentioſo:& alijs grauioribus pœnis afficere.argu.in.c.cũ ſit generale.de foro cõpe.& in.c.fœlicis.de pœnis.li.vj.&.c.ad apoſtolicæ.de re iudi.eo.lib.¶ In gl.j.ibi: *ſeptennis pœnitentia.* Et dic hoc eſſe ordinariũ cũ ſacerdos ex cauſa poſsit mitigare hanc pœnam:vt in.c.Deus quij.eo.& in.c.menſuram.de pœ.di.j.Imò poſſet eſſe tanta contritio peccatoris,vt fieret abſolutio ſine iniunctione alicuius pœnitentiæ exterioris:vt no.de conſe.diſt.iiij.c.baptiſmi vicem.&.d.c.menſurã.nam & ipſa maxima contritio eſt maxima pœna,de pœ.di.j.c.quẽ pœnitet qđ tene mẽti.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Peccatum non euitat ille qui facit malum ad bonum finem: ſed ei debet alleuiari pœnitentia.*
2 *Pœnitentia non eſt iniungenda illis qui nõ poßunt illam agere.*
3 *Imperatori omnes tenentur obedire:dummodo huiuſmodi obedientia non veniat contra libertatem eccleſiaſticã: vel contra iuſtitiam,& ſuam propriam libertatem.*
4 *Clauſula vt tibi viſum fuerit, importat arbitrium boni viri.*
5 *Defendens ſe,ſi exceßit modum in defendẽdo,venit puniẽdus.*

¶ CAP. III.

Significauit. Cõſideratis circunſtantijs arbitraria pœnitentia indicenda eſt ei qui ſe defendendo modum exceſsit.hoc dicit.Primò ponitur petitio. Secundò prouiſio ibi:
b *quoniam.*¶ Caſus literalis[b].Quidã nobilis.P.nomine cũ Federicus imperator rediret ab vrbe Romana tempore quo habuit guerram cum Alexandro, denegauit ei quoddam caſtrũ,vnde cõtigit ꝙ quatuor caſtra deſtructa fuerunt,& multi homines interfecti: & alia multa mala cõmiſſa:dictus.P.ſignificauit hoc domino Papæ petens ſuper hoc prouideri animę ſuę:vnde mãdat Archiepiſcopo Mediolanẽ.quatenus ſecundũ ꝙ ſibi viſum fuerit pœnitentiam eidem imponat.conſiderans ꝙ pro libertate ſua & eccleſiæ deuotione hoc fecit, vnde talẽ diſcretionem adhibeat vt tam ipſe q̃ alij timore pœnitentiæ à ſeruitio eccleſię nõ retardentur,nec aliquod ſa
1 lutis periculũ debeant formidare.Ber. ¶ †No.j.ex tex. ꝙ licet quis faciat malum propter bonũ finem, non tamen peccatum excuſatur:tamẽ alleuiari debet pœnitentia:ex quo finis erat bonus:licet modũ exceſſerit.¶ Secundò no.ꝙ licitum eſt pugnare pro libertate propria
2 etiam contra principẽ.¶ †Tertiò no.ꝙ ſacerdos nõ debet eſſe auſterus in imponenda pœnitentia:debet enim talem imponere pœnitentiam qualem præſumat poſſe peccatorem peragere:nec debet peccatorẽ adducere ad periculum deſperationis.& dicit Hoſti.notabile verbũ in ſumma huius tit.ꝙ ſi peccator non valet agere pœnitentiam quam imponit ſacerdos:tamen cõtritus eſt de peccato ſuo,ꝙ tũc debet ſacerdos eum abſoluere cũ leui pœnitentia:& etiã ſine aliqua pœnitentia,ſi ille diceret ſe non poſſe agere pœnitentiã. Ratio:quia ſi nõ agit hîc pœnitentiã luet illa peccata in purgatorio: nã pœnitentia quæ peragitur hîc, tollit peragendã in purgatorio:& ſi hîc non perficitur.perficietur ibi.xxv.diſtin.c. qualis.& quod not.in.c.ij.s̃.de rap.&.xxiij.quæſtio.v.c.
3 quid ergo.¶ †Oppo.contra tex.& videtur ꝙ ex parte iſtius nobilis bellũ fuit omnino iniuſtum: quia reſiſtebat imperatori.cui quilibet obedire tenetur.viij.diſt.c. quo iure.& in.c.ſolitæ.de maio.& obe.eſt enim dominus mundi.l.deprecatio.ff.ad.l.rho.de iac.& in.l.benè à zenone.C.de quadri.præſcri.Sol.dicũt Hoſti.& Ioã.an. ꝙ iſte licitè reſiſtebat imperatori pro deuotione eccleſiæ.Nam non tenetur quis obedire imperatori contra eccleſiam & cõtra iuſtitiã.xj.q.iij.c.Iulianus.&.c.ſi dominus.nã quilibet princeps debet eſſe aduocatus & protector eccleſiæ.xxiij.q.v.c.princeps.&.c.regũ.Itẽ pugnabat pro libertate ſua:quia fortè imperator iniuſtè volebat eum captiuare: pro hoc clem.paſtoralis.de re iudi.
4 ¶ †Secundò quæro,quia hîc Papa[c] dicit iſtũ archiepi-
c ſcopum debere imponere pœnitentiam ſecundũ quod ſibi viſum fuerit &c.nunquid poſsit ad voluntatẽ ſuam pœnitentiã imponere?dic ꝙ non:ſed debet facere ſicut diſcretus vir.nã per hoc verbum: *ſi ibi viſum fuerit &c.* non datur libera poteſtas:ſed denotatur boni viri arbitrium:vt no.gl.in.c.ij.de corpo.vitia.& Inno.in.c.cũ inferior.de maio.& obe.Bar.in.l.ſi ſic legatum.ff.de lega. j.& videtur tex.no in.l.fideicõmiſſaria.ff.de fideicõ.lib. & hoc no.quia facit ad ſtatuta & ad multas alias diſpoſi
5 tiones.¶ †In gl.in ver. *eccleſiæ deuotione.* in fine.Fortè enim ſecundũ Hoſtien.interfecit quos conſeruare tenetur vel poterat:vel deſtruxit domos innocentium, vel condemnauit non damnificantes:nã in ipſo cõflictu rarò ſeruatur modus:licet ergo ageret rem licitã: tamen quia exceſsit modum,debet pœnitentiã agere: ſic & in foro iudiciali punitur qui ſe defendendo exceſsit modum:vt in.c.olim.el.j.de reſti.ſpo.l.ſcientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad.l.aqui.& plenè no.in.l.j.C.vnde vi.& in.d.c. olim.Item ſi iſte nõ exceſsiſſet modum, adhuc propter remorſum conſcientię quẽ habebat,debebat ſibi iniungi pœnitẽtia.arg.in.c.per tuas.el.ij.s̃.de ſimo.& quia bonarum mentium eſt timere culpam vbi culpa minimè reperitur vide.c.ad eius verò.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Indulgentiæ conceßæ per non ſuum prælatũ:non proſunt non ſubditis.*
2 *Pontes reficere eſt actus pius,quod eſt notandum pro teſtamentis ad pias cauſas.*
3 *Confiteri nemo poteſt alij quam proprio ſacerdoti: quia non eſt ſuus iudex,& ſi confiteatur,non poteſt ab eo nec abſolui nec ligari.*
4 *Indulgentiæ conceßæ per epiſcopum vnius Diœceſis, an proſunt alijs alterius Diœceſis?*
5 *Confiteri quis non poteſt peccata ſua alieno ſacerdoti, licet in*

✠SEBA.SAPI.
a ¶ Hæc pœnitentia. Vide multa cõgeſta per Feli.in.c. de his.col.ij.verſi. quintò limita.s̃.de accuſationi.
b ¶ Hîc eſt vna glo. quę dicit ꝙ appellatione vrbis intelligitur de Roma. & appellatiõe apoſtoli intelligit de Paulo.& idẽ text. & gl.in.§.ſed quoties.inſti. de iu.na. gen.& ci.quæ glo. etiã dicit ꝙ appellatione ſapiẽtis intelligitur de Catone,text.eſt in.c.cũ omnes.de cõſtitu.
✠SEBA.SAPI.
c ¶ Papa. Vide Bar. in extraua.ad reprimendũ in verbo,videbitur.cum allegatis per Fli.iu c.j.col.xx.verſi.& ſi dicitur.s̃.de conſtitutioni.

eius părochia peccauerit.

6 *Iuriſdictio in pœnitentialibus non poteſt prorogari,ſed in iudicialibus ſic.*

7 *Peregrinis tutum eſt quòd habeant licentiam à proprio epiſcopo ad hoc vt gaudeant indulgẽtijs quæ reperiuntur in locis ad quæ habent peregrinari.*

8 *Indulgentiæ ad quid & quando proſunt?*

¶ CAP. IIII.

1 QVod autem. † Indulgentiæ a quæ conceduntur per prelatos nõ ſubditis nõ proſunt, niſi proprij iudices hoc concedant.hoc dicit.In prima ponitur cõſultatio.In ſecunda reſpõſio ibi: *hoc volumus.* ¶ Caſus literalis.Quę ſitum fuit à Papa vtrũ remiſsiones quæ fiunt in dedicationibus eccleſiæ aut conferentiũ ad ædificationẽ pontium proſint alijs q̃ his qui ſubſunt illis qui has remiſſiones faciũt.Reſpondet Papa ꝙ cùm à non ſuo iudice nullus ligari valeat vel abſolui, huiuſmodi remiſsiones illis ſolummodo proſunt quibus proprij iudices cõceſſerũt.Ber.¶ No.j.ex tex.duos caſus in quibus licitè cõceduntur remiſsiones,ſeu indulgẽtiæ:videlicet ad dedications eccleſiarũ:nam quãdo eccleſia quælibet conſecratur ſolet epiſcopus cõſecrãs concedere certa tẽpora indulgentiarum intrãtibus illã eccleſiam,ſeu porrigentibus aliquod auxiliũ vel ſubſidiũ,vel qd ſimile.¶ † Secundus caſus pro ędificatione pontiũ.Ex quo collige ꝙ conſtructio ac ædificatio pontiũ eſt actus pius:quod intellige quãdo pons fit ſeu efficitur in aliquo loco periculoſo,vbi peregrini & pauperes ſæpe patiebãtur mortis periculũ in tranſitu:pro hoc facit.l.ad inſtructiones. C.de ſacroſanc.eccle.&.l.ad portus.C.de ope.publi.& idem dicendũ in alijs actibus pijs:de quo in.c.cũ ex eo. &.c.noſtro j̃.eo.titu. ¶ Secũdò no.ꝙ forus pœnitentialis in multis regulatur ad limites fori contentioſi,ſicut enim in foro cõtentioſo nõ poteſt quis abſolui vel ligari à non ſuo iudice,ita in foro pœnitẽtiali.¶ Et ex hoc & ex tex.no.ꝙ in foro pœnitentiali nõ poteſt etiã laicus prorogare iuriſdictionẽ nõ ſui iudicis.¶ † Et ex hoc in 3 fero & ex generalitate tex.ꝙ licet quis cõfiteatur proprio ſacerdoti ſemel in anno:nõ tamen in alijs vicibus in eodẽ anno cõfiteri debet alieno ſacerdoti ſine licẽtia proprij ſacerdotis:quia ab alieno iudice nõ põt quis abſolui vel ligari:& ſic intellige.c.omnis j̃.e.licet enim qui libet ſacerdos dũ ordinatur recipiat poteſtatẽ ligãdi vel abſoluendi:habet tamẽ illã in habitu:& nõ in actu:quia niſi habeat ſubditos illã exercere nõ poteſt:vt dicit tex. xvj.q.j.vbicũq;.§.ecce.facit in arg.l.obſeruare.in fi.ff.de offi.procon.&.c.præſenti.de offi.ordi.lib.vj.& hoc tene.quia eſt de mẽte Doc.licet aliqui theologi teneãt cõtrarium.¶ † Itẽ no.ꝙ in foro pœnitẽtiali nõ ſortit quis forum ex actu cõmiſſo intra limites alienæ parochiæ:licet enim intra parochiã alieni epiſcopi cõcedẽtis indulgentiam exerceãt actũ propter quẽ cõceditur indulgentia:non tamẽ propter hoc gaudeo indulgẽtia.¶ † Idem ſi delinquo intra limites alienæ parochiæ: nõ enim per hoc teneor cõfiteri preſbytero alienæ parochiæ: vt eſt gl.no.xvj.q.j.c.placuit.el.j.dixi in.c.j.de rap.optimè facit iſte text.nã ſicut ex actu permiſſo & meritorio non ſubijcior iuriſdictioni alterius in foro pœnitentiæ:fortius nec in actu dãnato.¶ † Et ex hoc & ex text.etiã no. 6 ꝙ non põt etiã laicus ſe ſubijcere iuriſdictioni alterius: licet aliud ſit in foro iudiciali:de quo i.l.j.ff.de offi.procon.& in.c.romana.de foro cõpe.li.vj.& in.c.per venerabilẽ.qui filij ſint legiti.¶ † Vltimò not.ꝙ indulgẽtiæ 7 conceſſæ ab alienis epiſcopis poſſunt prodeſſe nõ ſubditis,ſi proprij iudices hoc conceſſerint.& ideò tutiſsimum eſt & valde expediẽs vt voleus peregrinari & viſitare loca pia,habeat licentiã à proprio iudice,& gratiã pereipiendi de alienis indulgẽtijs:hoc tamẽ intelligo de indulgentijs cõceſsis ab alio quã à Papa:nã reſpectu Papæ quilibet eſt ſubditus.c.cuncta per mundũ.&.c.per principalẽ.ix.q.iij.Vnde in gaudẽdis indulgẽtijs cõceſsis per Pa.nõ fit differẽtia inter ſubditos & nõ ſubditos, niſi indulgentia eſſet reſtricta ad arbitratores certi loci:quod tamen cõiter ſic nõ cõceditur ſed generaliter.

8 ¶ † In glo.in ver. *proſint*. Ex hac gl.colliguntur quinq; opi.circa effectũ indulgentiarũ.Prima ꝙ proſunt quo ad Deum:ſed nõ quo ad eccleſiã:quia nihilominus tenetur hic peccator agere pœnitentiã de peccato.Hęc opi. damnatur:quia minuit priuilegium cõceſſum Petro & eccleſiæ,cui data fuit poteſtas ligandi reſpectu cæli & terræ.xxiiij.q.j.quodcunq;.Itẽ videtur tex.contra hanc opi.in.c.cũ ex eo j̃.eo.vbi dicitur ꝙ per indulgentiã ſatiſfactio pœnitẽtialis eneruatur.Secũda opi.vt proſint indulgentiæ quo ad pœnitentiã hîc iniunctã ex ſuperabundanti & ad cautelã.Hæc opi.nimis vilificat claues eccleſiæ ſecundũ Ioã.an.& parum prodeſſent indulgentiæ.Tertia opi.vt proſint quo ad Deum & quo ad eccleſiam:ſed concedẽs onerat ſe ad ſatiſfaciendũ pro illo ieiunijs & orationibus.Contra hanc opi.facit.quia concedens hoc nõ intendit:imò quandoq; ita ſunt modica merita concedentis vt ſibi ſoli nõ ſufficiant.vnde communicare alijs non intẽdit.Quarta opi.eſt ꝙ valent in purgatorio reſpectu pœnitẽtiæ hîc neglectæ.Sed hæc opi.remunerat negligentiã.Vltima opi.vt proſint etiã quo ad pœnitentiã hîc iniunctã, dummodo proprius ſacerdos qui indulſit pœnitentiã hoc concedat,vt poſſit compenſare pœnitentiã cũ indulgentia : aliâs ſecus. Hęc opi.nimis reſtringit poteſtatẽ & effectũ indulgentiarum.Nam cũ hæc indulgentia proficiſcatur ex theſauro eccleſię:cuius poteſtatem diſpẽſandi habet Papa, debet prodeſſe quibus ipſe Papa concedit,vel alius prę latus ad hoc habens poteſtatẽ : vnde non eſt neceſſaria licentia ſacerdotis:licet ſit conſiliũ vt habeatur licẽtia. ¶ Vltra glo.datur & alia opi.quę videtur cõmunis.quã ſequuntur Goffre.Hoſti.& Ioan.and.& cõmuniter alij b Doc.to.quòd iſtę indulgẽtię proſunt b:prout verba ſonant:& quo ad Deũ & quo ad pœnitentiam hîc iniunctam :pro hoc tex.in.d.c.cũ ex eo j̃.eo.¶ Nã ſcire debes quòd ex effuſione ſanguinis chriſti, & multis meritis martyrum,& aliorum ſanctorũ conſtituitur theſaurus eccleſię.cuius poteſtatẽ habet vicarius chriſti.& claudit & aperit cui vult & quando vult:nã minima gutta ſanguinis chriſti fuiſſet ſufficiens ad redimendum totum mundum.Itẽ martyres fuerunt hîc puniti vltra quàm eorum delicta meruerunt:vnde eorũ merita remanſerunt in eccleſia vniuerſali:quia ſicut nullũ malum impunitum:ita nullũ bonum irremuneratũ.Ille ergo qui concedit indulgentiam intendit cõmunicare illa bona irremunerata cõpenſatione quadã.¶ In hac ergo communicatione & compenſatione non eſt neceſſaria preſbyteri licentia.Conſiliũ tamen datur vt quiſque agat hîc pœnitentiã iniunctã:& has indulgentias ſibi reſeruet pro peccatis de quibus non egit perfectã pœnitentiam.Si tamen vult hanc pœnitentiã hîc iniunctã eneruare per has indulgentias,bene poteſt.Dicebat tamen quidam(vt refert Inn.)quòd ſex requiruntur vt indulgentię proſint.Primò requiritur poteſtas in cõcedẽte. Secundò requiritur neceſsitas loci ſeu perſonę, vt perſona non poſsit poenitentiam agere.Tertiò requiritur deuotio.Quartò ſtatus ipſius poenitentis,vt ſit contritus de peccato.Quintò requiritur diſcretio.vt tantùm donet pro quanto nollet agere illam poenitentiam iniunctam. Sexto requiritur iuſta ipſius æſtimatio, vt iuſtè æſtimet quantitatem boni quod facturus eſt ſecundum poenitentiam ſibi iniunctam : hęc omnia non videntur mihi neceſſaria. Quid enim quando epiſcopus

a ¶ Indulgentiæ.ade hic quę in ſecũda oppo.præſcribit .d.Ant.vbi ponit vtrũ epiſcopi poſsint concedere ſubditis ſuis indulgentiã extra propriam dioceſim & vtrum poſsint exercere ea quę ſunt fori pœnitẽtialis. & vide glo.magnã in.c.nuper.de ſenten.excõ.& vide 2 Pet.de anch.in repeti.c. poſtulaſti. in.iij̃.oppo.de fo. compe.vbi ponit vtrũ epiſcopi poſſint ſubditis cõcedere indulgentias pro opere in alterius Dioceſi conſtruendo.& ſi epiſcopus cõcedit indulgẽtias pro opere cõſtruendo in alterius Dioce.ſine licentia illius epi- 3 ſcopi:an hęc indulgentia proſit ſaltẽ ſubditis concedentis.vide Oldra. in cõſil.lxxxiij̃.& an ille qui deceptus iuſto errore credens indulgẽtiam veram quę nõ erat vera, tradidit eleemoſynam, conſequatur indulgẽtiã ac ſi fuiſſet vera.vide Oldra.in conſi. 4 lxxvj.Itẽ an interdicti gaudeant beneficio indulgẽtiarum.vide Io.Cald. 5 in tractatu de eccle. interdic.in. vj. membro.in.lj.quæſtione.

SEBA.SAPI.

b ¶ Proſunt. De indulgentia plenaria quantũ proſit chriſtianis . vide Feli.in.c.ad liberã dum.col.fi.ver.itẽ circa indulgentiã 7 plenariam.ſ.de iudæis.

epiſcopus ex ſola intereſſentia in duinis cõcedit.xl.dies indulgentiarũ?nam certè ibi nõ adeſt neceſſitas in perſona, nec iuſta ęſtimatio.quia modicũ temp⁹ ibi occupat reſpectu.xl.dierum. Item ſi teneť tantũ donare pro quãto nollet pnĩam agere: eſſet potius quædã cõtumacia pœnę quã aliqua gratioſa cõceſſio.Itẽ cũ(vt.s. dixi)hĩc cõicanť bona irremunerata: ergo hoc peccatũ reſpectu ipſius peccatoris nõ eſt ſufficienter punitũ, ſed intelligiť punitũ virtute illius compẽſationis.

✤ SVMMARIVM.✤

1 *Confitenti & non habenti propoſitum ſe emendãdi, an debeat & ad quid iniungi pœnitẽtia?*

2 *Bonæ operationes factæ in peccato mortali ad quid proſunt?*

3 *Clericus exiſtens in peccato mortali, an mereatur dum dicit horas canonicas?*

¶ CAP. V.

a QVod quidam. [a] Non eſt verè pœnitens qui peccãdi animũ nõ depon[1]t:tn recipiť eius cõfeſſio.h.d.vł ſic.Nõ eſt reſpuẽda cõfeſſio nõ valentis abſtinere à peccato:ſed debet recipi & ſibi exhiberi ꝓuidũ cõſiliũ.h.d.Prĩò poniť cõſultatio.Scdò rnſio.ibi.*Cõſultationi.*¶ Caſus lite.Aliq qnq; veniũt ad cõfeſſionẽ,& de crĩbus ſuis petũt ĩponi pnĩam:tn nollũt cõfiteri de oĩbus,& dicunt ſe cõtinere nõ poſſe. Quęriť quid de his ſit agendũ?Rn.pa.ꝙ eorũ cõfeſſio audienda eſt,& eis de criminibus alijs conſiliũ impẽdẽdũ:quia licet huiuſmodi pnĩa nõ ſit vera.i.fructuoſa quo ad vitã æternã, admitti tn debet eorum confeſſio,& pnĩa eſt eis indicẽda. Bern.¶ Not.j.ex tex.ꝙ regulariter ꝓſeuerãs in peccato nõ repelliť à cõfeſſiõe qnq; tn cõtrà vt in vſurario manifeſto:vt in.c.quãq̃.de vſur. lib.vj.tn in veritate licet doct.excipiãt illũ caſum nõ videť mihi recta exceptio:qa ibi cõfeſſio & abſolutio deneganť.& hĩc tn abſolutio:nã admittere ad cõfeſſionẽ debet ſacerdos quẽlibet:qa fortè dicet ſe velle de cętero abſtinere,ſed abſolutionẽ nõ cõtrito non faciet. ¶ Secũdò not.ꝙ vera pnĩa requiriť in homine propoſitũ vlteri? nõ peccãdi hnte:alĩspnĩa nõ eſt fructifera quo ad vitã æter.qa quã diu quis eſt in peccato,eſt hoſtis & inimicus Deo.ideò põt mereri vitam ęternã,nec agere perfectã pnĩam.de pœ.di.iij.c.ſunt plu
CVm non ab homine. Ante denuntiationem vitandus est excõmunicatus pro violenta manuum iniectione in clericos, nisi sit occult⁹. h.d. Primò. † Interficiens clericum qui cõtempto clericali[a] habitu se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est. hoc secũdò. Et duo sunt dicta. Secundũ ibi: *in articulo.* ¶ Casus literalis. Aliquis est excommunitus pro violenta manuum iniectione: sed nondum est denuntiatus. quæritur vtrum ab alijs sit vitandus? rñdet papa ꝙ licet nondũ sit denuntiatus: debes tamẽ illum euitare: nisi fortè id tibi soli constet in quo casu ipsum priuatim q̃diu ab ecclesia toleratur tantummodo debes euitare, vt saltem rubore confusus pro latẽti excessu satisfacere compellatur. Secundò quæritur. Aliqui occidũt clericos qui cõtempto habitu clericali enormitatib⁹ se immiscebãt: quæritur an occisores taliũ clericorum sint excõicati? respondet papa ꝙ in odiũ clericalis excessus, & in terrorẽ similium excommunicationis sñiam non incurrunt: tamen pœnitentia aliquãtulum asperior est illis imponenda, q̃ si in laicos talia cõmisissent. Ber. ¶ † Not. j. ex text. ibi: *pro sacrilegio &c.* ꝙ inijciens manũ violentã in clericum committit sacrilegiũ: & tanq̃ sacrilegus coherceri potest: & coram iudice ecclesiastico cõueniri. xvij. q. iiij. si quis deinceps. & c. quisquis. & s. de fo. cõpe. c. cũ sit generale. ¶ † Secundò no. ꝙ vitare tenemur excõmunicatos nedum nominatim ab homine: sed etiam excõmunicatos à iure, licet adhuc per hominem denuntiati nõ sint excommunicati. & hoc quãdo certum est illos esse excõicatos. ¶ † Tertiò no. ꝙ in publico non debemus vitare excommunicatum à iure quando excommunicatio probari non potest: vt quia alicui tantum hoc notum est. Et hanc puto rationem huius literæ: ex quo enim non possumus eum conuincere de excommunicatione, non debemus eum vitare in publico cum dedecore vel infamia sua. ar. vj. q. ij. in. c. si tantum. & c. placuit. facit. l. diffamari. C. de ingen. manumis. ¶ † Quartò no. ibi: *pro latenti excessu &c.* ꝙ canon pœnam ipso iure pro delicto inferens, afficit delinquentem quantũcunq; occultè: constitutio ergo fori cõtẽtiosi ligat criminosos quantuncunq; occultos. pro quo vide bonã gl. in cle. j. de hære. ¶ † No. in. §. *in articulo.* secundũ veram lectu. casum in quo clericus sine alia admonitione perdit ipso facto priuilegiũ canonis si quis suadente. videlicet quando contempto clericali habitu immiscet se enormitatibus. Et hoc est notandum contra istos clericos qui indebitè relicto habitu efficiuntur stipendiarij, seu armigeri, quantuncunq; isti cognoscant, & notum sit alijs eos esse clericos, nõ habeant priuilegiũ immunitatis personæ. Nam si non cognoscerentur: tunc non esset dubium per. c. si verò. s. eo. Nec hoc esset in odium istorum clericorũ: sed propter probabilem ignorantiam percutientium. Verus ergo intellectus huius. §. est. ꝙ licet sciatur ipsos esse clericos: tamen propter hunc excessum exuti illo priuilegio canonis si quis suadente. sicut dicimus in clericis coniugatis. quia relicto habitu pariter perdunt priuilegium immunitatis personæ. Et aduerte. quod iste text. nihil dicit de priuilegio fori. ¶ Nunquid ergo tales clerici capti in huiusmodi enormitatibus possunt puniri per iudicem laicum. de quo dicam plenè in. c. perpendimus. j. eo. ¶ † In glos. f. j. ibi: *nisi solus hoc sciam.* Not. bene glo. nam Inno. in. c. inquisitioni. j. eo. in quadam addit. visus est voluisse excommunicatum à iure debere vitari[b] citra denuntiationem, quando notorium est illum in excommunicationem incidisse. Secus vbi non est notorium: licet multis pateat. arg. ij. q. j. c. multi. Sed certè illud dictum Inno. videtur contra istum text. cùm in principio generaliter dicat excommunicatum à iure vitãdum absq; alia denũtiatione. & excipit tantum vnum casum. quando scilicet vni soli hoc pateret. secus ergo si pluribus, licet non inducatur notorium. nam exceptio firmat regulam. xxxij. q. vij. c. dominus. & vt. s. dixi. Ratio huius exceptiõis esse potest. quia ex quo solus scio: & sic probare non possem debeo silere: aliãs de facili daretur materia infamãdi[c] aliquem. Sed quando pluribus hoc notum est, audacter debeo eum euitare etiam in publico, cùm possum eũ conuincere. arg. in. l. diffamari. C. de inge. man. & melius in. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. Non ob. c. multi. ij. qõ. ij. quia loquitur de criminosis. quos nisi sint excommunicati vitare non debeo. nõ autem loquitur de excommunicatis à iure. dicit tamen Inno. in præalleg. c. inquisitioni. quòd si quis in vna prouincia esset excommunicatus notoriè, & in alia prouincia mihi soli pateret, quòd debeo eum vitare ibi etiam in publico: quod satis placet: quia nõ potest iste dici ab ecclesia toleratus: pro quo facit quod no. glo. in. c. ad nostram. iij. de iureiur. & Inn. in c. tua. in fi. de coha. cle. & mulier. ¶ In glo. in versi. *minimè cohercentur.* ibi: *perpendimus.* & ibi plenissimè dicã. ¶ † In glos. fi. Sed quæro nunquid ista pœnitentia imponatur istis occisoribus clericorũ de necessitate? Doc. videntur velle hîc quo ad cautelam tantũ. vt sic potius necessitate q̃ voluntate ad talia prosiliant. Puto aduertẽdum ꝙ aut ex parte occidentium bellum est iustum: & tunc procedat dictum doctorum: vt ad cautelam imponatur hęc pœnitentia: aut bellum est iniustũ. & tunc imponenda est de necessitate. & hunc puto intellectum. c. nam licet propter hoc delictum clerici perdant priuilegium immunitatis personæ, nõ tamen per hoc sequitur ꝙ impunè licet tales clericos occidere. & hunc puto esse verum intellectum huius. c. cùm tex. præsupponat pœnitentiam imponendam etiam pro occisione laicorum quod est menti tenendum in perpetuum.

ZACHARI.

a ¶ Clericali habitu. Adde Gemi. ĩ rub. de vi. & honest. cle. nu. 6. & ibi Cels. in apo. in ver. vestiũ istũ. ĩ. c. j. post Inn. nu. 5. & qđ ibi posui in apo. ad eũ in ver. ipso facto. s. de aposta. & præalle. Gemi. in. c. j. nu. 2. & ibi iterũ Cel. in apostil. ad ipm. in ver. ipso iure p̃alle. tit. de vi. & honest. cleri. lib. vj.

SEBASAPI.

b ¶ Vitari. An excõicat⁹ debeat euitari añ denũtiationẽ: vide q̃ cumulat Feli. in. c. rodulphus. col. xxvij. s. de rescrip.

c ¶ Infamandi. Adde de hac materia vidẽdũ Lud. ro. cõsi. cccixxxvij.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de excommunicatione, est vitandus donec se purgauerit.*

2 *Participans cum excommunicato, incurrit excommunicationẽ etiam quòd sit participans episcopus, vel in alia dignitate cõstiutus.*

3 *Papa participans cum excommunicato, non incurrit aliquam excommunicationem, licet aliter peccet.*

4 *Iuramentum quod præstant absoluendi ab excommunicatiõe, an sit de substantia absolutionis. & nu. 8.*

5 *Excommunicatus licet satisfecerit damnum passo: adhuc tamẽ indiget absolutione.*

6 *Habitus pro excommunicato per solam famam, est vitandus.*

7 *Absolutio ab excommunicatione, an possit peti per procuratorem.*

¶ CAP. XV.

CVm desideres. Ante absolutionem cõicãdum non est excõicato, licet iurauerit parere mandatis ecclesiæ, vel composuerit cum offenso. Vel sic. † Infamato de excõmunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absoluatur. hoc dicit. & tria sunt dicta. quæ patent per. §. ¶ Casus literalis. Primò talis qõ hîc ponitur.

a ¶ Nemo. vide quod no. Ioã. calder. in tract. de eccle. interdic. in. vj. membro princip. in. iiij. quæstio.

b ¶ Si publica fama. Hãc tenet Dñi. in. c. pro humani. §. fi. pe. col. de homi ci. li. vj. & vide qđ no. gl. in. c. cũ dilectus. §. fi. in ver. faciẽdi circa medium de or. cog. Adde hîc Bal. in. c. j. in princ. circa princ. ver. nota q excõicatio in tit. hic finit lex deinde cõsuetu. re inci. vbi dicit q p famã ꝓbat excõicatio donec ꝓbetur cõtrarium, per aliã famã, vel indiciũ: quia Eps ei cõmittat. & ita dicit no. in nouel. j. c. prudentiã. de off. dele. & oĩno adde hîc q̃ latè scripsit domi. Bar. de bellẽ. post gl. in vers. sciuisti. i c. cũ contingat. de rescript. vbi sing. ista declarat.

SEBA. SAP.

b ¶ Si publica fama De hac gl. facit mẽtionẽ Bal. in. c. j. in prin. in tit. hic fin. lex. in vsi. feud. & Gemi. in. c. pro humani. §. fin. in vlti. col. de homi. li. vj.

c ¶ Purgationem. Cõcor. c. ad hęc. iĵ. de app. sed interdũ iuratur de parẽdo mãdatis absoluẽtis. vt in. c. cũ in eccleſ̃s. de maio. & obe. Idem dixit gl. i. c. ex tenore. & vide tex. i. c. nuper in fi. de sen. exc. & i. c. prudẽtiã. §. fi. de off. deleg. & ibi do. Ant. in. iĵ. col. dicit q inter hæc nõ est differentia.

d ¶ De parẽdo. vtrũ absolutio ab excõmunicatione possit impetrari per procuratorẽ. & ad de gl. in ver. absens in. c. de manifesta. ij. q. j. vide Specu. in tit. de procur. §. ratione igitur sui. in. vj. co. versi. xvj. in petẽda absolutione. vide bonam glo. mag. in. c. q ad agendum. de procura. lib. vj. quæ dicit q absolutio ab excõicatione sicut legitimatio persoę non absurdè dici posset q nõ possit impetrari nisi habeat speciale mãdatũ. & alleg. c. q de his. j. eo. qui tex. iudicio meo nihil facit sed dic q absolutio ab excõicatione sicut legitimatio personæ nõ absurde dici posset q non possit impetrari per procuratorẽ: per text. sing. in. l. iĵ. C. de his qui ve. æta. impe. quẽ tex. etiã ad hoc alleg. gl. in reg. potest quis per alium. li. vj. & de qõne hic posita per do. Abba. vide oĩno in terminis pulchrè per Archi. in. c. cũ aliqs. xj. qõ. iĵ. vbi cõcludit idẽ quod Specu. in. d. §. ratione igitur. vide. s. de quo per do. de Rot. deci. ccccv. in ordine nouissimo.

e ¶ Ad quęstionẽ. Vide circa hoc q̃ scribit do. Ant. in. c. ab excõicato. circa

ponit. Aliqs erat excõicatus, & iurauit stare mãdatis ecclesiæ? Eps ante absolutionẽ reddidit ei cõionem: quærit vtrũ sibi ab alijs sit cõicandum: & an Eps ei cõicare debuerit? Rñ det Papa q iuratoria cautio quã præstãt excõicati poti 9 ad cautelã ex cõsuetudine ecclesię introducta est q̃ ex rigore canonũ: nec ꝓpter iuramẽtũ debet qs dici absolut9, nisi absolutio fuerit subsecuta: nec debet cõioni restitui aliorũ, cũ cõstet ipsum excõicatũ fuisse & verũ sit eũ absolutum nõ esse: nec eps nec alij debent ei cõicare, nisi secundũ formã ecclesię post iuramẽtũ fuerit absolutus: qa qui excõicato cõicat, est excõicatus. Secũda qõ talis est: publica fama est aliquẽ esse excõicatũ ꝓpter violentã manuũ iniectionẽ in cleri cũ: quęrit an propter famam illã debeat euitari? Rñdet Papa q nec Eps nec aliæ debẽt ei cõicare, nisi de hoc ad arbitriũ Epi se purgauerit, vel saltẽ ad cautelã antè fuerit absolutus. Tertio qõ est. aliqs verberauit clericũ, & ipso mediãte verberator cũ clerico est recõciliatus. quęritur an sit ei cõicãdũ ab alijs? rñdet Papa q licet ille talis clerico satisfecerit, tñ ecclesię quã offẽdit nõ satisfecit. & nisi secũdũ formã ecclesiæ fuerit absolutus, non est ei ab alijs cõmunicãdũ. B. ¶ †Nota. j. ex tex. q nemo [a]debet cõicare excõicato ante absolutionẽ quãtæcunq; dignitatis existat. Vnde etiã Eps cõicando cũ excõicato an̄ absolutio nẽ incidit in excõicationẽ: nam ius indifferenter excõicat participantes excõicato cui oẽs subijciunt: vt in. c. j. de cõst. ¶ †An aũt Papa cõicãdo excõicato incidat in excõicationẽ. gl. in. c. nulli. s̃. e. cõcludit q nõ. & rõ est manifesta: quia hoc vinculũ excõicationis contrahitur à iure positiuo. quo Papa non ligat. vt in c. proposuisti. de cõcess. prębẽ. dic tamen no. ad illã glo. q aliâs papa peccat. q intellige qñ nõ subest cã sibi cõicãdi. nam tũc Papa nõ solũ facit cõtra ius positiuũ. sed etiam cõtra ius diuinũ: qa (vt habetur in euangelio) q̃ nõ vult se corrigere, & excõicat, propter hoc debet haberi velut Ethnic9 & Publicanus. Vnde Papa cũ sit subiectus legi diuinæ. xxv. q. j. c. sunt quidã. peccat nõ habẽdo eũ tã q̃ Publicanũ & infidelẽ. qualis aũt sit excõicatio q̃ cõtrahit ꝓpter participiũ. dic vt i. c. nup. & i. c. si cõcubi nę. j. e. vbi de hoc dicet. ¶ Secũdò not. q Eps nõ põt ex sua volũtate aliquẽ absoluere ab excõicatiõe. & iõ licet velit p cõionẽ suã illi reditã eũ haberi ꝓ absoluto, nõ põt. secus est in papa: quia ipse nõ subiacet certæ formæ. sed Eps subijcit dispositioni iuris. de quo in cle. si sumus. e. ti. ¶ †Tertiò no. q iuramẽtũ q p stãt hodie absoluẽdi ab excõicatione. de quo

2 a

3

4

finẽ. in. xxvj. col. & qđ ibi not. latè de rescrip. super gl. in ver. difficultate. & ibi no. aliqua ad materiã. Itẽ adde q sicut q absoluitur ab excõicatione debet præstare iuramẽtũ: sic & ille qui absoluit à suspẽsione. tex. est in. c. venerabilis. j. eo. Et ꝓbat etiã in. c. sup eo. j. inducẽdo à speciali & alibi nõ probat hoc secũdũ Io. an. & do. Abb. ibi: & vide dñm Abbatẽ in. c. qõni. de appell. in. j. no. tabil. & adde q illud qđ dixi de suspẽsione habet locũ in suspẽsiõe hominis: sec9 in suspẽsione iuris. ita sing. dicit Arch. in. c. sacerdos. l. dis. Itẽ de hoc an iuramentũ sit de substantia in absolutione à snia excõicationis: vide elegãter & fortè melius q̃ alibi ꝓ do. Ant. in alio loco in. d. c. ab excõicato. de rescript. in xvij. co. ver. venio ad secũdũ q̃ ĩcipit partes. Itẽ adde q cautio quã pręstat absoluẽdus ab excõicatione pręstat in relaxatione interdicti. vt dicunt do. de Rota in antiqs deci. ccij. Item q in absolutõe ab excõicatione req̃rat cautio iuramẽti tenet sanct9. T. in. iiij. sen. di. xviij. q. ĵ. arti. v. circa mediũ de quo vide p do. An. ĩ. c. odoardus. ĩ. ĵ. col. de sol. adde hic Bal. in. l. si qs mihi bona. §. iussum. ff. de acq̃r. hęre. vbi dicit per illũ tex. esse arg. q nõ sufficit ꝓcuratori dari speciale mẽdatũ ad petẽdũ absolutionẽ ab excõicatione nisi specialiter exprimat excõicatio. & de postea hæc relinquit Canonistis. ¶ Adde hic Bald. in authen. interdicimus. C. de episc. & clericis. vbi dicit q petitio absolutiõis à sententia excommunicationis potest peti per procuratorem: sed non ipsa absolutio quia per procuratorem non ostendit sepœnitentem nec in procuratore potest seruari forma absolutiõis

in. c. ex tenore. s̃. eo. fuit introductũ ex quadã consuetudine ecclesiæ. Ex quo infert, q iuramentũ non est de substantia absolutionis. de quo tamen dic vt j. subijciam cum gl. ¶ Quartò no. in. §. ij. q. ar. op. pro his quę dixi in. c. pc. q vbi excõicatio pluribus nota est. debẽt scientes vitare excõicatum citra omnẽ denuntiationẽ. nam si sola fama sufficit, fortius vbi habetur certitudo. ¶ †No. in. §. iij. q non sufficit excõcato satisfacere de eo pro quo fuit excõicatus nisi absolutionem consequatur. Imò excommunicatus donec satisfacerit ęget absolutione. de quo per gloss. not. ĩ clemen. j. de deci. Itẽ not. quod ex iniuria illata clerico nascunt duæ actiones iniuriarũ. vna competit ipsi clerico, quatenus iniuria tãgit psonã suã: alia cõpetit ecclesię, cui iniuria infert ex persona clerici. & remissio seu cõpositio facta cũ clerico nõ tollit actionẽ cõpetentẽ ecclesiæ. & hoc tex. ibi: *ecclesiæ tamẽ quã offendit, &c.* Nã loquit de ecclesia particulari. cui satisfaciẽdũ est ꝓpter iniuriã illatam clerico: vt dixi in. c. parochianos. s̃. e. Et puto q etiã patri ipsi9 clerici cõpetat actio iniuriarũ. pro hoc qđ no. in c. per venerabilẽ. q filij sint legi. cũ clericatus non eximat à patria ptãte. licet aliud senserit gl. in. c. indecorũ. de ęta. & quali. Sed primum verius. vt probatur in. d. c. per venerabilẽ. per locum à speciali. ¶ †In gl. in ver. *si publica fama.* [b] Sed quęro quando iste est vitandus? Ino. ponit duas opi. Quidam dicunt cũ defecerit in se purgando. Alij verò quod cùm differt pręstare purgationem: [c] & hoc videtur placere Innocen. sed puto incontinenti hunc vitandum cùm infamia inualuit contra eum arg. in. c. illud. de cle. excom. mi. Nam tractat hoc casu de modico ꝑiudico & de fauore aię. Ideo fama hoc casu facit plenam probationẽ & hoc videtur velle iste tex. nam indistinctè dicit eũ vitandum: nisi se purgauerit, & purgationem pręstiterit. Non ergo reddenda est sibi communio ante purgationẽ pręstitã, vel absolutiõem obtentã ad cautelam. ¶ In gl. fi. ibi: *vt. ſ. iuramẽto præſtito, &c.* Dic q imò tex. loquitur de forma absolutionis tradita in. c. à nobis. ij. in fiĵ. eo. vt scilicet pręstito iuramento de parendo [d] mandatis ecclesię introducatur: postea in ecclesia cum psalmo pœnitentiali oratione dominica, &c. vt ibi dicit. nec opus est quod alia sententia feratur super absolutione. ¶ †Et ex his infertur ad quæstionem [e] nunquid absolutio ab excõicatione possit peti per procuratorem? Inn. dicit q nõ: qa hæc forma requirit præsentiam personę. fatetur tamen q vbi subest iusta causa poterit procurator interuenire. ꝓ hoc. c. quãto. ij. q.

5

6 b

c

7 e

d

quæ fit per manus impositionẽ. & allegat Host. in. c. p venerabilẽ. ĩ. xxiij. ver. requirit et an aliquis. qui filij sint legi. an autẽ pręstatio formę iuramẽti possit fieri p procuratorẽ: vide Bal. in. c. j. in. ĵ. col. de iureiu. & de qõne hic posita videlicet an absolutio ab excõicatiõe possit peti p ꝓcuratorẽ: vide p Dñi. in. c. eos. in prin. in. fi. j. col. post Arch. ibi: de sen. excõi. li. vj. & per Bal. in. c. imperatorũ. in. ĵ. col. ver. extra q̃ro. de iura. calũ. & facit qđ no. Bar. ĩ. l. gallus. §. forsitã. de lib. & posth. vbi cõcludit q legitimatio põt peti p procuratorẽ. de quo etiam per Bart. in. l. post mortem. ff. de adop.

a ¶ Ad aliam. Idem dicit Archid. v.q. iiij.C.ī loco. & all. hic.cā.veniens. & optimè facit quod no.Barto. in.l.j.§. hoc interdicto. in princ.ij.colū. ff.de itinere actuq; priuato.

SEBA:SAPI.

b ¶ Excōicatio. Ad de tex.quē ad hoc ibi ponderat do. Anto.de butrioin c.olim.s̄. de reſcri. 8

c ¶ Peruenit. adde a hic Lap.alle.lxxvij.vbi dicit ꝙ epiſcopus poteſt abſoluere excōicatū quia dedit maxillatam vni canonico eccleſiæ cathedralis,quia hęc nō dicitur enormis in iuria.Item adde ꝙ iſtam abſolutionē pro leui iuiuria illata in perſonam clerici non poteſt facere inferior ab Epiſcopo non inſtante neceſsitate, uiſi hoc ſibi ab epiſcopo mandetur ita dicit Archi. in c.ſi quis ſuadente. in fi.xvij.q.iiij.qui ita dicit tenere Innocen. in.c. decætero.de ſen. excōi. ¶ Adde Cal.conſi.iiij.hoc ti.Lu.roma.ſingu. ſuis.vbi dicit hoc ſingulare.

SEBA. SAPIA.

c ¶ Peruenit.Hunc tex. contulit inter ſingularia Roma. in ſing.decij.īcipi. incidens in excōicationem. & vide Card.in conſi.xlij. incip.reuerendiſsime pater ſuper caſu ſupraſcripto.

d ¶ Iniuria. Statur arbitrio iudicis q̄ ſit leuis vel grauis iniuria. Sed tu de hoc iterminis iſtis vide omnino Spe. in titu. de leuo.§. nunc dicamus. in iij.colum.ver. quę autem dicat atrox vel grauis. ¶ Adde Alexan. conſil.cxij.ij. libr. Ioann.de Anania. conſi.xliij.

e ¶ Et quod ibi. In gloſſ.in ver. membrum.& in ver.effuſionem.

v.ſed Hoſt.tenet ꝙ indiſtinctè non poteſt interueniere procurator quo ad eccleſiam militantem:quia abſolutio requirit confeſsionē contritionem,& introductionem in eccleſiā cum ſolennitate prædicta.& dictū glo. communiter tenetur.nam ſi valet excommunicatio etiam nō ſeruata debita forma fortius abſolutio.Satis tamen mihi placet opi.Inno. vt vbi non ſubeſt cauſa compareat abſoluendus & pro hoc vide bonam gl.in.d.c.quāto & dicit Spec.in ti.de procu.§.j. verſ.item opponitur ꝙ in curia Romana hoc ſeruatur. de quo etiam per Archi.in.c.vt officium.de hęret.li. vj. ¶ † Infertur etiam ex prędictis ad aliā[a] qō nem quę ſequitur in gl. nunquid valeat abſolutio iuramento nō præſtito? Quidam quod non quos ſequitur Hoſti. nam cùm ſit de forma non valet abſolutio forma nō ſeruata.ar. in.c.quia propter:de elect.Non ob. iſte text. dicens fuiſſe inductum hoc iuramentū ex cō ſuetudine:quia hodie hæc conſuetudo redacta eſt ad ius commune.Glo.hic concludit cō trarium.& communiter tenetur opi.gl.Nam vt dixi in præce.q.ſicut tenet excommunicatio [b] non ſeruata forma ita abſolutio.arg. de pœni.diſtin.j.in.c.verbum.facit.c. venerabilibus.in.§.vbi autem.eo.tit.lib.vj.vbi patet ꝙ abſolutio iuſta tenet.quod not.

b

SVMMARIVM.

1 *Injiciens manus violentas in clericum turbantem diuina,officia nō incurrit excommunicationem.*

2 *Monialis gaudet priuilegio cano. ſi quis ſuadente.*

¶ *CAP. XVI.*

VEniēs. Sacerdos ejiciens regularem de eccleſia officia diuina turbantē excōicatus non eſt.h.d. In prima cōqueſtio.In ſecunda prouiſio.ibi: *ideoque*. ¶ Caſus literalis. Quędam monialis dum ſacerdos matutinum officium celebraret intrauit eccleſiam & cœpit ludere cum alio clerico præſtando impedimentum diuino officio propter quod ſacerdos aliquā tulum commotus vt diuinum officium liberius celebraret manū in eam appoſuit vt ipſā extra eccleſiam poneret.Sed cùm nollet exire in trahendo ipſam coegit eandem extra eccleſiam reſidere propter quod Epiſcopus ſacerdotem illum tanquàm excommunicatum vitiabat & faciebat ab alijs euitari:vnde ipſe ad papam accedens factum ſibi expoſuit:mandauit papa epiſcopo quatenus ſi res ita ſe habet ipſum non euitet cū non ſit excōicatus. Ber. ¶ † No.j.ex tex.ibi:*cōmotus, &c.* ꝙ injiciens manum in clericum ſeu religioſum turbantē diuina officia excommunicatus nō eſt etiam ſi commotus hoc fecerit.commotio ergo ex iuſta cauſa non operatur vinculum excōmunicationis vbi ſubeſt iuſta cauſa manus injciēdi. ¶ † Secundò no.ꝙ monialis gaudet priuilegio ſi quis ſuadēte.vbi ſine iuſta cauſa manus in eam injcitur.vt in.c. de monialibus j. eo.ti. ¶ Opponi.contra tex.nam videtur ſibi contrarius.nam primo dicit iſtum ſacerdotē iniecisse manum in monialē vt eā extra eccleſiam poneret:& poſtea dicit quod compulit eam reſidere intra eccleſiam.Sol.duplex.nam vna litera habet extra eccleſiam: & tūc ceſſat contrariū.Alia verò litera habet intra:& tūc intellige ꝙ iſti in hac eccleſia erant canonici regulares & moniales habentes diuerſos choros: vnde ſacerdos iſtam monialē ingreſſā chorum virorum extraxit & duxit ad chorum proprium & intra eccleſiam coegit eam reſidere. ¶ In gl.j.in fi. Alij verò intelligunt quod iſte ſacerdos erat ibi prior etiam monialium ſicut reſeruat in ordine ſancti Marci vnde ratione prælationis fuit excuſatus. Alij verò intelligunt indiſtinctè quod quantūcunq; non habebat iſte prelationem excuſatur ab iniectione manuū ex quo turbatur. Et ex hoc & ex tex. not.ꝙ turbantes diuinū officiū in eccleſia pñt de ea expelli ſicut facientes tumultū ī iudicio.de quo vide bonum tex.in.c.in loco.v.quęſtio.iiij.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus plures ſi poſſunt dari ad aliquem textum ille eſt dandus qui cō tinet dubitationem.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione canonis ſi quis ſuademte, an aliquo caſu poſsit fieri per Epiſcopum.*

3 *Iniuria leuis:mediocris:vel enormis quæ ſit ſtatur arbitrio iudicis.*

¶ *CAP. XVII.*

c PEruenit. [c] Legitur multis modis:ſed ſecundum communem lec.h.d. Excōicati pro leui iniectione manuū in clericū poſſunt per Epiſcopū abſolui.& eſt iſte text.ſingu.ſecundū hāc lect. ¶ Caſus literalis. Aliqui leuem & modicam iniuriam inferunt clericis propter quā ſunt excōicati: vtrū accedere debeāt ad ſedē apoſtolicam:dominus papa committit arbitrio epi vt videat an leuis ſit iniuria: vel non: & ſi iniuria leuis fuerit eos abſoluat:aliās ad papam remittat eoſdem.B. ¶ In gl.in fi. Primam opi.tenuit Inn.hīc & pro hoc adducebant literam in fi.ibi:duxim[9] committendam.quaſi velit dicere hanc fuiſſe ſpecialem cōmiſsionem.Sed alij cōiter ſequuntur dictū gloſ. vtquia facit ius cōe quo ad omnes nam ſi contineret ſpecialem indulgentiam cùm non appareat cui loquatur & cuius ſit priuilegium erit hęc decr.omnino ſuperflua.pro hoc facit quod habetur in antiqua vbi ſcribebatur: quod iſte deberet abſoluere mulieres,ſenes,&c. & poſtea ſubijciebatur de his abſoluendis,&c.vt in litera.vnde ſicut epiſcopus pōt iure ſuo mulieres ſenes & alios huiuſmodi abſoluere vt in.c.ea no ſcitur.s̄.eo.ita & iſtos pro leui iniuria excommunicatos.& iſte intellectus tanquam benignior amplectendus eſt. ¶ † Et pro hoc facit quod vbi duo poſſunt elici intellectus debemus ſequi illum q̄ continet in ſe aliquem dubitationem & de aliquo prouidet.l.ꝙ la. ff.ad carbo.& in.l.j.ff.ad munici.facit.c.cū in iure.de off.leg. Item conſuetudo quæ hoc habet in dubio multū eſt attēdenda: & minimè ſunt mutanda, &c.l.minime.&.l. ſi interpretatione.ff.de lega. & in.c.cùm dilectus.de conſue.Sed contra hunc intellectum facit c.ſi verò.s̄.eo.vbi in caſu ſpeciali eps abſoluit quando iniuria non eſt enormis.ad idē.ca.quoniam.s̄.de vi.& hone.cle. vbi hoc eſt priuilegium clericorum communiter viuentiū. † Sol.dicit Io.An. & bene diſtinguendum fore iniuriam leuem:mediocrem:& enormē vt pro leui iniuria quilibet eps poſsit abſoluere iure ſuo authoritate huius decr.nō aūt hoc licet regulariter inferiori prelato.nā hęc decr.dirigitur epō:vt patet ibi: *fraternitati tuæ, &c.* Inferior em̄ ab epō nō appellat frater ſed filius.vt in.c.quā graui.de cri.fal. pro iniuria vero mediocri nō poteſt Eps abſoluere niſi priuilegiatos. & hoc caſu locum habeant contraria ſuperius alle.& ſimilia iura.pro iniuria vero enormi eps regulariter non abſoluit niſi in neceſsitate & vbi ſpecificè ſibi committitur. ¶ Sed quęro nunquid Eps poterit abſoluere laicos leuiter iniuriantes clericos? Cōiter tenetur qd ſic:quia iſte tex.loquit indiſtinctè:ꝙ no. † Et q̄ dicat iniuria [d] leuis, mediocris,& q̄ enormis recurrēdū eſt ad arbitriū iudicis. ar.inſti. de iniu.in.§.atrox.facit.c.cum illorum.& quod ibi [e] not.j.eodem.

1
2
3
d
e

SVMMARIVM.

1 *Participans ſcienter cum excommunicato in diuinis officijs excommunicatus eſt & per ſolum papam abſoluitur.*

2 *Excommunicatio maior & minor priuat à ſacramentis.*

3 *Excommunicatio per participationem hodie non incurritur niſi canonica monitione præmiſsa.*

¶ *CAP. XVIII.*

1 SIgnificauit. † Communicans in diuinis excōicatis ꝑ Papam: qa diuina celebrat excōicatus

excõicatus eſt excõicatione maiori & per ſolũ papã abſoluẽdus. h. d. ſcdm vnũ intellectũ. Vel ſic ſcdm alium. Clericus qui ſcienter & ſponte participat excõicato in diuinis officijs excõicatus eſt maiori: & tñ abſoluendus per papam. ¶ Caſus literalis. Aliqui erant excõicati à papa propter ſuos exceſſus: quidam clerici ſciẽter & ſponte participauerũt illis excõicatis: & ipſos ĩ officijs receperũt. quæritur à quo iſti clerici ſint abſoluendi: rñdet papa ꝙ per ipſum tã tũ cùm ſint inuoluti eadem excõicationis ſnĩa qua & illi. Ber. ¶ In gl. j. in fi. Ex hac gl. colliguntur tres lect. ad tex. Prima lec. vt loquatur de excõicatione minori quã regulariter incurrunt participantes excõicato. vt in. c. nuperĩ. eo. & c. ſi celebrat. de cle. excõica. mini. & in. c. à nobis. de except. † & tunc ad tex. dum dicit eadem ſententia. reſpondetur ꝙ eſt eadem in genere & quo ad quid. puta reſpectu priuatiõis ſacramẽtorũ: quia ſicut excõicatio maior priuat ſacramẽtis ita & minor. vt in. d. c. ſi celebrat. ſed contra hanc lec. facit quia tex. reſeruat hic abſolutionem papæ: quòd nõ faceret ſi loqueret de excommunicatione minori. vt in. c. nuperĩ. eod. Et ideo fortè gl. tranſit ad aliam lect. vt intelligaẽ text. de excommunicato cum omnibus ſibi participantibus. nam tunc participantes inuoluuntur eadem excõicatione. & iſta lec. eſt vera in ſe: ſed diuinat ad tex. † & hodie non poteſt ferri talis excõicatio in participantes canonica monitione non præmiſſa. vt in. c. ſtatuimus. e. ti. li. vj. Tertia lect. gl. vt loquatur de participantibus excommunicato in crimine pro quo fuit excommunicatus: & tunc oportet intelligere ꝙ fuit aliquis excõicatus à papa qui celebrauerat diuina poſt ſuſpẽſionem quo caſu participantes ſibi in diuinis officijs cõmunicant excommunicato in crimine & inuoluuntur eadem ſnĩa. vt in. c. ſi cõcubinæĩ. eo. & iſta lect. bona eſt ſecundum eam primò ſummaui. ſed aliqñtulũ diuinat ad iſtũ tex. ꝙ hic participauerũt in crimine. Quartò lect. datur extra gl. quæ videtur cõis vt intelligaẽ. c. de participantibus excommunicato: & non in crimine. Sed ad hoc vt incurrant excommunicationẽ maiorem requiruntẽ [a] quinꝙ quæ narrãtur in tex. Primò ꝙ participantes ſint clerici: vt patet ibi: clericos. item ꝙ ſcienter participauerit: vt patet ibi: ſcienter. Item qd ſpontè. vt in tex. ibi: *& ſponte*. Quartò ꝙ excommunicato à papa: vt patet ibi. *à nobis*. Item & quintò ꝙ in diuinis officijs participauerint: vt patet ibi: *in officijs*. Nam cum hęc decre. inducat ſeu contineat nouam excommunicationis ſpeciem debet intelligi ꝓpriè prout iacet interuenientibus omnibus de quibus in tex. nam aliãs regulariter vt dixi ex participio cũ excõicato tantùm incurriẽ excõicatio minor. Sed contra hãc lectu. facit quia iſte text. non videẽ inducere nouam ſpeciẽ excõicationis cùm papa non videaẽ hic nouum ius velle ędere cum reſpondeat ad conſultationem. & poſtea dicit: *& nos volumus &c.* & ſic loquitur in caſu aliãs deciſio à iure antiquo: ſed illo iure non reperitur hęc ſpecies excommunicationis inducta. Item tex. iſte loquiẽ de præterito: vt patet ibi: *participauerunt, &c.* Sed ſi contineret nouum non extenderetur ad factum de præterito. vt in. c. cognoſcentes. & in. c. fi. de conſt. ſed poteſt dici ſuſtinẽdo cõmunem lectu. quod fortè hoc erat deciſũ aliqua conſtitutione antiqua: & ideo papa reſpondet hic per illa verba ſupradicta: & quia alię lect. de nihilo nobis ſeruirent. ideo hæc amplectanda & hactenus ſic eſt intellecta hæc decreta. & minime ſunt mutanda, &c.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum etiam volentem incurrit excommunicationem.*
2 *Incendiarius an ſit ipſo facto excõicatus: & an poſſit abſolui ab epiſcopo.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione quantũcunque reſeruetur papæ, tamẽ in articulo mortis ſolet & poteſt fieri ab epiſcopo per totum.*
4 *Abſolutio ab excommnnicatione reſeruata papæ: an poſſit fieri per eius legatum. videĩ. c. proxi.*

¶ *CAP.* XIX.

b Va. Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum vel incendiarius [b] poſt publicationem à ſolo Papa abſoluitur. primò deciſa cõſultatio. Secundò reſponſio. ibi: *fraternitati*. ¶ Caſus literalis. Quęſitum fuit à papa vtrũ illi tantũ ab ipſo ſint abſoluendi: qui manus violentas in clericos iniecerunt. rñdet papa ꝙ non ſolũ qui violentas manus mittunt in clericos: ſed etiã incendiarij ſi pro incendio ſint excõicati: poſtq̃ ſunt per ſnĩam eccleſię publicati à ſede apoſtolica ſunt abſoluẽdi. Ber. ¶ In gl. j. in fi. quaſi velit dicere glo. qd quandoꝙ ſine violentia manus temeraria extendiẽ ad clericũ: exemplũ in percutiente clericũ volẽtem: nã violentia ſibi nõ infertur. vt in reg. ſciẽti. li. vj. & tamen percutiẽs incurrit excõicationẽ: quia temerè facit. vt in. c. cõtingitĩ. eo. ſed contra hoc facit quia. c. ſi quis ſuadente. requirit violentiam: ergo non debet extendi cùm ſit pœnalis. ſed poteſt dici ꝙ licet non ſit violentia reſpectu perſonæ illius clerici volentis eſt tamen violentia reſpectu totiꝰ ordinis clericalis. Nã collegium clericale ĩ cuius fauorẽ principaliter illud priuilegiũ emanauit non pręſumitur conſentire: vnde non potuit iſte clericus renuntiare illi priuilegio. vt in. c. ſi diligenti. de foro comp. & in. c. cùm 2 deſideres. §. fi. s̃. eo. ¶ † In gl. fi. in fi. Conclude ergo mẽtem gl. ꝙ aut qs incendit eccleſiã ſeu locum religioſum. & tunc excommunicatus eſt ipſo facto & ante publicationem ipſius excommunicationis poterit abſolui ab epiſcopo loci: ſed poſt publicationem non: quia papa reſeruat ſibi hanc abſolutionẽ: vt hîc. aut incendit alium locum: & tunc nõ eſt excõicatus ipſo facto ſed excõicãdus poſt publicationem & abſolutio reſeruaẽ papæ. de hac materia vide bonã gl. in. c. cùm deuotiſsimam. xij. q. ij. in ver. incẽdiarios. & gl. in. c. comes. xvij. q. iiij. & tex. in. c. canonica. xj. q. iij. & Hoſti. in ſum. de rap. & incen. §. & qua pœna. ver. ſed ſecundũ canones. cũ ſeq. ¶ † Et ex prædictis & ex tex. no. duos caſus in quibꝰ abſolutio ab excommunicatione reſeruatur papæ: fallit in articulo mortis vbi etiam incendiarius abſolui poteſt à ſacerdote: vt in. c. in literis. de rapto. 4 ¶ † Sed extra gl. quæro nunqd legatus poſſit abſoluere iſtos incendiarios poſt publicationẽ? Et videẽ ꝙ ſic: quia legatus abſoluit excõicatũ pro iniectione manuũ in clericum vt in c. ſeq. ergo poteſt abſoluere incendiariũ cùm iſta duo procedant hîc à pari. Guil. contrariũ: & communiter tenetur. nã licet iſta parificentur quo ad difficultatem obtinẽdi abſolutionem: non tamen ſequitur qnod permiſsio facta in vno caſu extendatur ad alium: maximè quia in iſtis exorbitantibus non procediẽ ſeu b non fit extenſio etiam per maioritatem rationis: vt in reg. in argumentũ. de re. iu. li. vj. & in l. quod vero. ff. de leg. ſolus ergo papa abſolure poteſt poſt publicationem quod eſt no.

SVMMARIVM.

1 *Legati de latere dicuntur ex eo: quia mittũtur de latere papæ ex eo qd ſemper aſsiſtãt lateri papæ.*
2 *Legati de latere nõ cogũtur oſtendere mandatũ in his quæ veniũt iure legationis, ĩ aliꝭ verò ſecus.*
3 *Legatus de latere põt abſoluere excõicatos vigore cano. ſi quis ſuadente: ẽt de enormiſsima iniuria.*

¶ *CAP.* XX.

A Deminentiam. Legeti de latere abſoluere pñt excommunicatos ꝓ iniectione manuũ in clericos. h. d. Secũda pars ibi: *ſuper quo*. ¶ Caſus literalis. Quidam dubitauit vtrùm illi ſint ꝓ abſolutis habendi qui à cardinalibus de latere papa miſsis abſoluũtur ab excõicatione quã incurrerũt ꝓ iniectione violenta manuum in clericos vel

a ¶ Requiruntẽ. Iſtã lect. ad iſtũ text. ad literam ponit & ſequitur Archi. in. c. ſi quis Epiſcopus. conſi. xj. qõ. iij.

b ¶ Incẽdiarius. De pœna incendiariorũ, vide text. gl. & oĩno Sali. in. l. data opera. C. qui ac. & not. in. c. peſsimam. xxxiij. q. viij. & qñ teneatur de icẽdio: vide Imo in. c. ſicut dignum. de homic. & do. Abba. in. c. ſi egreſſus. de iniur. & de pœna incendiarij vide elegantiſsimè per Bar. in l. j. de offi. præfect. vigi.

alias religiosas personas : cùm ipsi cardinales nullum super hoc mandatum expressum ostẽ dant.quæsiuit à papa quid iuris sit? & ipse re-
1 spondet qd illos debet habere pro absolutis quos constiterit à talibus beneficium absolutionis adeptos.Ber.¶ †No.j.ex text.ꝙ legat⁹ cardinalis dicit legatus de latere : quia mittit ex latere Papæ. assistunt em̃ cardinales lateri papę:quia ferè omnia cõsilia eorum explicat. hîc dicũtur legati de latere.de quo ĩ.c.j.de of.
2 leg.li.vj.¶ †Secũdò no.ibi:*mãdatũ super hoc nõ extẽdẽt,&c.*ꝙ sup his q̃ veniũt iure legationis ex dispẽsitiõe legis vel cõsuetudinis nõ est op⁹ ꝙ legatus ostendat mandatũ expressum. Trãs eunt enim ista ex generali demandatione legationis.secus dic in his quæ non competũt iure legationis: quia tunc oportet ꝙ probetur mandatum expressum.ar.hîc per locum à speciali.& vide quod no.Io.an.in.c.j.de offi.leg. li.vj.dixi plenè in.c.quod super his. de fide instrum.¶ †Sed quęro pro declaratione literę
3 nunquid isti legati possint absoluere excõicatos pro enormi iniuria:& maximè pro interfectione clericorum seu mutilatiõe?Host.hic & communiter doct.quod sic:quia litera hic
a loquitur indistinctè:[a] vt patet ibi:*eos habeas, &c.* indefinita enim æquipollet vniuersali. vt no.in.c.vt circa.de elect.lib.vj. Et maximè hoc probatur secundum aliam literam q̃ habet dictiõem vniuersalem:vt omnis,&c. Sed idem Host.aliud sentit in.c.pe.s̃. de offi.lega. vbi dixit quod pro enormi iniuria solus papa absoluit:tamẽ quo ad legatũ appellabat enormem iniuriam homicidium, & membri mutilationem.secus autem dicebat in effusione sanguinis etiam cum effractione ossis . & illã opi.Hostien.sequuntus est Specu.in tit . de legato.§.nũc dicamus.ver.quod etiam dixi. Sed opi.Hosti.communiter hîc approbatur . pro qua facit secũdum Io.an.quia legatis daꝛ hęc potestas absq; aliqua exceptione.iura enim excipientia enormem iniuriã non loquũtur in legatis sed in inferioribus.Et hanc opi . tenet Archi.in.c.j.de offi.lega.lib.vj . allegat.c.eos. de sen.excom.eo.lib.dum ibi : *dicitur à quibus sententijs,&c.*Et sic videtur pręsupponere ꝙ pro qualibet iniuria potest legatus absoluere quidam tamen legati solent abstinere quando commissum fuit homicidium. aliqui verò in distinctè absoluunt.tamen prima opi.vt indistinctè possint absoluere est benignior. pro qua facit.c.ꝙ translationem.s̃.de offic. deleg. & vide quod no.in.d.c.pen.¶ In gl.fi.in fi. Et de triplici specie legatorum & eorum potestate.dic vt in.d.c.pe.& in.c.j.de off.leg. li.vj. plenè per Specu.in tit.de lega.in.§. nunc dicamus. Abbas.

☞ ✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Excõicans non ligat sibi non subditos.*
2 *Canonem non potest tollere inferior à papa condendo statutum cõtrarium,sed bene põt adiuuare per appositionem nouæ pœnæ.*
3 *Excõicatio fertur ipso iure per ista verba,excõ.sit.*
4 *Statutum quantũcũque generale restringitur ad habiles & subditos rõne potestatis statuentis.*
Statutũ laicorũ imponens pœnã proroganti iurisdictionẽ ptãtis,nõ extenditur ad clericos.
Verba qnãtũcũque generalia siue statutis, siue iudicis,vel cuiuscunque,restringũtur ad habiles.
5 *Statutũ quod nõ possint vendi immobilia in non subditos:non extenditur ad clericos non subditos.*
6 *Statutum certi loci apponens certam pœnam:an afficiat non subditos delinquentes in loco data scientia statuti?*
7 *Legatus antequam ingrediatur prouinciam nõ põt causas delegare, & idẽ in quolibet alio officiali.*
8 *Excõicatio nõ solet ferri pro futuris culpis:tamen lata tenet.*
9 *Statutũ an liget nõ subditos delinquẽtes ĩ loco statuti:& ignorãtes statutũ.*
10 *Ignorantia,vel scientia præsumitur ex coniecturis:& probatur ipsa ignorantia per iuramentum.*
11 *Subditus delinquens extra territoriũ statuẽtis, an ligetur pœna statuti sui?*
22 *Statutum,vel sententia,an habeat vires vltra tempus disponentis,scilicet statuentis,vel iudicantis?*
Statutum factum à capitulo sede vacãte:durat etiam citato episcopo nisi ex preßè reuocet.

¶ *CAP. XXI.*

b Nobis.[b] †Generalis excõicatio nõ ligat ni-
1 si subditos proferentis.h.d. Primò ponitur quæstio. Secundò solutio.ibi. *Ad quod.* ¶ Casus literalis.Quidam episcopus protulit sentẽtiam excõicationis sub hac forma.quisquis furtum fecerit,sit excommunicatus.quæritur vtrũ hæc generalis sentẽtia extendatur solùm ad subditos excõicantis,an ad omnes qui nõ sũt de iurisdictione illius? Ad hoc respon.Papa quod hac sententia nõ ligãtur nisi subditi excõicantis,nisi fortè plus cõtulerit maior, &
2 largior authoritas delegantis.B. ¶ †No.j.ex tex.inferiorẽ à Papa posse per statutum suum factum iã à iure dãnatum ꝓhibere sub certa & noua pœna:licet ergo inferior nõ possit tollere canonẽ cõdendo contrarium statutum:potest tamen canonẽ adiuuare ꝓ appositionem nouę pœnæ.concor.c.vt aniarum.de const.li.vj.& vide quod no.Io.an.in.c.fi.de offi.archipresby.& gl in cle. ne romani.de ele.¶ †Secundò not.ꝙ per hæc verba. *excommunicatus*[c] *sit,*
c *&c.*profertur excommunicatio ipso iure.pro hoc vide glos. in.c. quicunq;.de hęre.li.vj.quod no.licet aliud senserit gl.in.c.ij.de foro comp.& vide quod ibi dixi.¶ †Tertiò.no.quod generalia verba statuentis seu sententiam proferentis restringuntur ad limites potestatis suę:vt q̃q̃ ex propria verborum significatione apta sint etiam non subditos comprehendere,tamen propter potestatis defectum verba quantuncũq; generalia restringuntur vt non comprehendant nisi subiectos.Facit pro intellectu statutorũ secularium & maximè illius statuti quo cauetur.ꝙ declinans iurisdictionẽ potestatis incidat in certas pœnas,vt non extendatur in clericos iurisdictionem declinantes:quia clerici non sunt subditi.& statutũ mẽ
5 suratur secundũ potestatem statuentis. ¶ †Idem dicendum est si statuto caueatur vt venditio bonorum immobilium non fiat non subdito,vt non comprehendat clericos propter generale priuilegium quod habent in acquirendo.de quo in.c.fi.de immu.eccle.li. vj.secundũ Ioan. Andr.& per Docto.in.c.relatum.el.j.s̃. de testa. ¶ In gl.j.in fin. De hoc quis dicatur nominatim excommunicatus seu interdictus:vide plenè per Inn.& alios Doc.in.c.in Lateranen. de præben.& an tales committentes furtum debeant vitari añ publicationem:dic vt no.ĩ.c.cùm non ab homine.s̃.e.¶ In gl.ij. not. glos.solet enim multum allegari.& comprehendẽdo glo.& materiam pertinentem ad eam videnda sunt quatuor.Primò nunquid statutum certi loci apponens certam pœnam afficiat nõ subditos delinquentes in loco data scientia statuti.Secundò datò quòd sciẽtes ligentur,quid de ignorantibus statutum.Tertiò nunquid subditus statuentis delinquens extra territorium afficiatur pœna statuti.Quartò & vltimò nunquid statutum seu sententia duret, vl-
6 tra statuentis tempus,seu sententiam proferentis.¶ †Quo ad pri
d mum glo.concludit quod non subditi[d] ligẽtur ex quo delinquũt in loco statuentis.Idem communiter legistæ in.l.cunctos populos C.de sum trini.& fide catho.& optimè facit.c. quæ ad perpetuam
7 viij.di.Inn.hîc variè loq̃t.¶ †Et vt appareat dubiũ q̃nis pro cõtraria parte.ꝙ non subiditus non ligetur,adducitur talis ratio . nã tempore quo fit statutum statuens non habet iurisdictionem in actu in non subditos : ergo cùm statutum assumat vires tempore promulgationis,non est potens ad comprehendendum non subditos,cũ antè q̃ veniat casus iurisdictionem tribuens non possit iste

suam

✠ SEBA:SAPI.

a ¶ Indistinctè. hãc opi.sequitur dom. Abb . & ponderat ibi tex.in.c.q̃uis.j. hoc tit.quam limita septẽ modis: vt hic per Felinum.

b ¶ A nobis. Vide do.de Rot. decisio. cccxxvj . in ordine nouissimo.

✠ SEBA. SAPI.

c ¶ Excõicatus sit. Vide Bal.in.l.j.C. de secun.nup. cum allegatis per Fel.in c.rodulphus. colũ. xxj.versi. si excõicatus.s̃. de rescrip.

d ¶ Subditi. Vtrum statuta loci ligent non subditos. & vide Bal . in sua marga.Inn.in versi.statutum.in.j.qõ.

ſuam iuriſdictionem actualiter exercere.arg.opti.in.c.j.de off. or. lib.vj vbi patet quod Archiepiſcopus non poteſt officiales deputare in Dioceſi ſui ſuffraganei pro appellationibus interponendis ad eum:quia ex quo appellationes non ſunt interpoſitæ,nō habet iuriſdictionem actu.ad idem.l.obſeruandum.in fi.ff.de off.procō. vbi procōſul antèq̄ ingrediatur prouinciam nō pōt cām delegare: qa adhuc non habet actualiter iuriſdictionem:licet habeat in habitu:facit etiam.l.vſusfructus.ff.de ſtipu.ſer. Conclude capiendo mentem eorum quæ tangit hîc Inn.& quæ mihi plus placēt. quod aut quærimus de ſtatuto,aut de ſententia.primo caſu, aut ſtatutū eſt aptū comprehēdere ſubditos & non ſubditos.vt in exēplis huius literæ. & tunc etiam non ſubditi delinquentes in territorio ligantur. nam lex ſemper loquitur:vt.l.arriani.C.de hęre.Ideo incontinenti cùm non ſubditus delinquit efficitur de iuriſdictione ſtatuentis, & ligatur ſtatuto ſuo. Aut ſtatutum non poteſt comprehendere niſi non ſubditos: vt quia dicit ſtatutum Archiepiſc. quicūq̄ Archiepiſcoporum fecerit aute ſe crucem deferri in prouincia mea,ſit excōicatus.& tunc ſecundum Inn.non valet ſtatutū quia Archiepiſcopus non habet Archiepiſcopum aliquem in ſubditum:& ſic hoc ſtatutum non poteſt comprehendere niſi ſubditos.Hoſti.hoc impugnat ar.c.ex tuarum.de autho.& vſu pa.Item quia ſequeretur ſecundū opi.Inno.quod non poſsit fieri ſtatutum contra peregrinos in loco delinquentes.Articulus iſte ſatis eſt dubius.& poteſt teneri hoc opi.Hoſti.nam cùm ſtatutū habeat tractum ad futurum.& ſic lex territorij referatur ad tempus habile, videtur ſtatutum valere cùm dicat iuriſdictionē in territorio ſuo: aut ſertur ſententia generalis,& tunc poteſt habere locum q̄.s̄.dixi. vt tantùm extendatur ad ſubditos ſententiātis reſpectu delicti commitēdi:& poteſt eſſe differentia inter ſtatutum & ſententiā. quia ſententia aſſumit vires incontinenti in eum contra quem fertur.vnde habet comprehendere tantùm ſubditos.ar.in.l. vſusfructus.Sed ſecus in ſtatuto.cùm habeat actum ſucceſsiuum,& vinculum ſumat tempore delicti.& in ſententia generali poteſt intelligi iſte tex.vt non ſubditi delinquentes in loco ſententiātis non afficiantur illa ſententia: & ita propriè videtur loqui iſte tex. Nam intellect⁹ gl.eſt indubitabilis in eo quod intelligit tex.de non ſubditis delinquētibus extra territorium:nam hoc nulli debet eſſe dubium:intelligitur ergo in ſnīa generali.pro quo tex.ibi : *pronuntiauerit,&c.*& hoc habetur illud nobiliſsimum dictū. vt nō ſubditi poſtmodum delinquentes in territorio non incidant in pœnā ſen
8 tentię.& hoc ſentit hic Inn.in fi. ¶ † Sed contra prædicta facit.c. romana.§.caueant.eo.ti.li.vj.vbi dicitur q̄ ſententia excōicationis non poteſt ferri pro futuris culpis,niſi ſubſit aliqua cauſa de præſenti.Sol.licet non deceat talis ſententia ſic ferri, lata tamen tenet:
9 & dic hodie vt no.in.d.§.caueant.¶ † Quo ad ſecundū dudiū, pręa ſuppoſito quòd non ſubditi[a] hîc delinquentes ligētur ſtatuto data ſcientia ſtatuti:quid de ignorantibus.Glo.no.hîc dicit quod ſi ſtatutum punit factum aliâs damnatum,punit & ligat etiam ignorātes.Contrarium tenet Io.and.hîc & in.c.vt animarum. de conſtit. li.vj.& videtur ibi tex.pro eo.nam ſtatutum ibi excōicabat committentes furtum,& tamen non ligat ignorantes.q̄q̄ enim factum ſit damnatum:pœna tamen noua eſt.Bar.in.d.l.cunctos populos. ſentit idem quod gloſ.hîc.quam ſequitur.d.Ant.& ad.c. vt animārum.Reſpondet quòd loquitur in ſententia excommunicationis: quia non ligat niſi ratione contemptus,& vbi datur ignorātia ceſſat contemptus.Et pro hac opin.optimè facit.l.vulgaris.in.§.ſi quis.ff.de furt.vbi patet quòd ſi credens furari modicum,& furatus eſt multum quòd tenetur non habito reſpectu ad intentionem & ignorantiam ſuam.& hæc opini.videtur verior de rigore iuris.licet opi.Ioan. And.ſit ęquior.non enim licitè poteſt allegari ignorātia,cùm ſciret ſeu ſcire debebat factum eſſe damnatum : vbi autem ſtatutum puniret factum aliâs non damnatum: tunc probabiliter ignorātes nō ligant:vt.lxxxij.di.c. ꝓpoſuiſti: & no.in.d.l.cū-
10 ctos populos.¶ † Et ex coniecturis pręſumitur ignorantia vel ſcientia.& in dubio recurreretur ad iuramentum iſtius delinquentis
11 argumen.in.c.ſi verò ſupra eodem.titu.¶ † Quo ad tertium[b] dubium.nunquid ſubditus[c] delinquens extra territorium ſtatuentis
b incidat in pœnam ſtatuti.Innocen.ſentit hîc quòd ſic.In contrariū
c eſt tex.in.d.cap.vt animarum.Bart.in.d.l.cunctos populos.diſtinguit quod aut ſtatuens expreſsè agebat ligare ſubditos delinquentes etiam extra territoriū & tunc ligantur ſubditi.Exemplum. dicit ſtatutum quicūq̄ commiſerit furtum vbicūq̄, ſit excommunicatus.Aut ſtatutum eſt generale.& tunc reſtringitur ad territorium ſtatuentis:ſed multi moderniores legiſtę in.l.fi. ff.de iuriſdi.omni.iudi.tenent oppoſitum:q̄ credo verius . vt nunquam delinquentes extra territorium afficiantur ſtatuto.per rationem illius.l.fi.&.d.c.vt animarum.nam ratio illorum iurium eſt:quia extra iuriſdictiōem iuſdicenti non paretur impunè.Item quia ſta
a tutum ꝓpriè eſt lex territorij,nec poteſt vires ſuas exercere extra territorium.quia videretur ibi legem dicere. & de hoc plenius di-
12 co in.c.ij.de foro comp.¶ † Quo ad vltimū dubium.nunquid ſtatutum ſeu ſententia duret vltra tempus diſponentis. conclude q̄ ſtatutum cùm ſit lex quædam perpetuò durat, niſi reuocetur expreſsè.vt eſt tex.in.c.fi.de offi.leg.vnde dicit Fede.in conſilijs ſuis . quod ſi capitulum ſede vacante fecit ſtatutum durat etiam creato Epiſcopo,niſi expreſsè reuocetur per Epiſcopum quod not . In ſententia dic concludendo notabiliter ſecundum no.in.l.fin.ff.de pœnis.& in.l.j.C.de poſtu.& in.c.vnico.de maio.& obe.li.vj.quod aut ſententia iniecit vinculum tempore proferētis, aut non primo caſu aut vinculum eſt momētaneum:& tunc durat vltra tempus proferentis.exemplum ī excommunicatiōe vel publicatione bonorum:vt in.d.c.vnico.vnde excō municatus per Epiſcopum remanet excommunicatus poſt mortem Epiſcopi.c.paſtoralis.§.j.de off.ordi.Aut habet cauſam ſucceſſoriam.& tunc aut cum cauſæ cognitione ſententia fuit lata,& durat vltra temp⁹ proferētis.& ſic loquitur.d.l.fi.& prædictis adde gl. in.c.pe.de cle.non reſi.quę notabiliter ſentit ſententiam expirare poſt tempus concedentis:& prædicta procedunt quo ad effectū ex ſententia productum:ſed reſpectu proceſſus vel effectus producendi in futurum ſentētia tollitur per remotionem ſententiantis: quia pēdebat ex iuriſdictione ſua:& hoc caſu procedat iſta glo.¶ In gloſſ. vltima ibi . *ſententia quæ nulla eſt,&c.* hoc argu.non colligitur ex tex.nam mens literę eſt quòd non ſubditi nō ligātur,niſi ex ſpeciali authoritate ſuperiorū fuerit iſti conceſſum, quod etiam non ſubditi aſtringantur eius ſententia ſecundum Inn. & bene.quod tene menti. Abbas.

Adde an ſtatutum liget ſtatuentes Ludo.rō.conſi.ccccl v.

ZACHARIAS. ¶ Adde Matt.marthe.ſin.ſuo.cxlv.īci.no. mirabile dictū.& Fel.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in prīa cōcluſiōe.vj.q.prī.s̄. de cōſti.

a ✤ SEBA. SAPI. ¶ Non ſubditi. Vide Alex.in conſi.xliij. incipiē. Alphonſus.in.v.vol.& Moder.in.l.j.co.vj.C.de ſum.trini. & fid.catho.& in.l.fin.vbi Paul.de ca.ſt.de iuriſdi. om. iudi.& nunquid delinquēs in iſta ciuitate qui ex tali delicto ſit excōicat⁹ vigore ſtatuti Epiſcopi poſsit abſoluī à ſuo ꝓprio Epō.vide Abba.in.c. grauc.ad fi.s̄.de prębē. & quę no.Ro.ī ſingu.ccccl xj.incip.rō ne delicti. & Abb. in.c.j.s̄.de rapto.

a ¶ Nō ſubditi . vide p.d.Ant.ī.c. cognocentes. in antepen. colum.de conſt.

✤ SEBA. SAPI.

b ¶ Ad tertium. vide Alex.in conſil. cxj. inci.pōderatis verbis.in.j.vol. & quæ no.Fel.in.c.fi.col.īj. s̄.de foro compe.

c ¶ Nūqd ſubditus. Adde hic q̄ ſcribit do.Ab.in.c.j.de rapto.ver.ſz circahoc dubitatur . & vide Cal.in repe.c.cū ex cōicato.in vlti. col. xj.q.iīj.vide.d. car. in repe.c. perpendimus.vltra medium ver.itē not.q̄ ſtatu. j.e.titu. & an poſsit fieri ſtatutū q̄ cōprehēdat ſubditos extra territoriū delinquētis. vide Bar. in.l.prætor ait in fi. ff.de incen. ru.nau. & in.l.j.C. de commer.& me. & vide Bar.ī.l.fi.ff.de decr. ab ord.fa.& de. qō. hic poſita.p.d . Ab. poſt.d . Anto.vide in terminis ꝑ Bald. in.fi.ff.de iuriſ. om. iudi.per Bar.ī.l.j.in viij.q.C.de tū.trin. per Bal.in.l.mercatores.C . de cōmer. & per Bal.in ſua repe.l . ſi vacantia.C. de bo.va.lib.x.vide omnino quę ſcripſi poſt do.Abba.in.d. c.j.

Adde videndum latè Federi . conſilio. xvj.

✍ ✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Damnificans eccleſiam non ſolum tenetur ipſi eccleſiæ damnum reſarcire : ſed etiam eidem de iniuria ſatisfacere.*

2 *Rapiens bona eccleſiæ, an ſit ipſo iure excōicatus.*

¶ *CAP. XXII.*

Onqueſti. Qui cum effractione ſpoliāt eccleſias , excōicati ſunt,& ꝑ papam tantùm poſt denuntiationem abſoluuntur

